

R E P E T I  
T I O N I S C A P.

R A Y N V T I V S . E X -

trade Testamentis,

P A R S T E R T I A .

Authore Gulielmo Benedicto Jurisconf. Clariss. nouissimè ex authoris ipsius lucu-  
brationibus recognita & emendata.

*Qua particula huius Capituli in Tertia hac parte explicentur,  
indicat proximè sequens pagina.*



L V G D V N I

Apud Bartholomæum Vincentium.

M. D. LX XV.

Cum Priuilegio Regis.

R E P E T I  
T I O N I S C A P.

R A Y N V T I V S . E X -

TRADE Testamentis,

P A R S T E R T I A .

Authore Gulielmo Benedicto Iurifconf. Clarif. nouiffimè ex authoris ipfius lucubrationibus recognita & emendata.

*Qua particula huius Capituli in Tertia hac parte explicentur,  
indicat proximè fequens pagina.*



L V G D V N I

Apud Bartholomæum Vincentium.

M. D. LX XV.

Cum Priuilegio Regis.

SECTIONES CAP. RAY-  
NVTIVS. QVÆ IN

hac Tertia parte de-  
clarantur.

\*

Quæ filium ex eo suscipiens.	folio 2.
Qui cum alia matrimonium contrahens.	folio 7.
Tutores impuberis.	folio 19.

Tractatus adiecti.

Tractatus de Ducatu Normania, Aquitania, & comi- tatu Andegavia. &c.	fol. 20	Questio de homicidio, qualiter scilicet debeat puniri dicitur Presbyter homicida.	fol. 38
Questio de Episcopatu, seu Tractatus qualiter & quando possit Episcopatus conferri.	fol. 27	Questio de Canonicatu.	fol. 42
Arrestum Parisiis habitum super Camerariatu Lugdu- nensis ecclesie.	fol. 31	Questio de Thesauraria.	fol. 44
Questio Guilielmi Benedicti breuissima super collatione dicti Camerariatus.	fol. 33	Questio de Legitima.	fol. 46
Questio de Matrimonio, eiusque contractibus.	fol. 34	Masbæi Bossi, epistola de causis & occasionibus delin- quendi.	fol. 46
Processus prauentionalis aduersus quendam Presbyterum homicidam.	fol. 35	Questio Guilielmi Benedicti de pœnis delinquentium, sci- licet, An occidere peccatores liceat.	fol. 47
		Questio eiusdem de Venditione.	fol. 52

2

G V L I E M I B E N E D I C T I  
P O N T I F I C I I E T C I V I L I S I V R I S,  
D O C T O R I S F A M O S I S S I M I, T O L O -  
S A N I Q V E S E N A T O R I S C L A R I S S I M I,  
R E P E T I T I O N V M C A P I T V L I R A Y N V T I V S P A R S

tertia, quæ quidem antehac nondum  
excusa, nunc iam absolutissi-  
mis typis manda-  
ta est.

SS

S V M M A E S E C T I O N I S.

Quæ filium ex eo suscipiens.

- |   |   |
|---|---|
| 1 § Filius mariti presumitur qui domi natus est.  | 29 Filij an censeantur portenta omnino dissimilia.                                      |
| 2 Filius concubinarij quomodo quis probetur.  | 30 Occidens monstruosum est homicida.   |
| 3 Generandi potentia in quouis presumitur.  | 31 Monstrorum varia genera.   |
| 4 Generare infirmus potest, etiam ea nocte qua moritur.   | 32 Monstruosus ubique gentes ab Adamo ducere origi-<br>nem.                             |
| 5 Digestio cibi trina.  | 33 Antipodus esse negavit Augustinus.   |
| 6 Facilitas vera in quibus consistat.   | 34 Faunorum & satyrorum natura.   |
| 7 Testiculum unum habens generare potest.   | 35 Monstrorum generationis causa, & nu. 36.   |
| 8 Filius non tenetur credere parentibus ipsum spurium asse-<br>rentibus.                            | 37 Anima quid, & quomodo infundatur.  |
| 9 Presumptio iuris & de iure nullam in contrarium admit-<br>tit probationem, nisi per confessionem. | 38 Fœmina à feditate dicta.   |
| 10 Filiatio extra domum quomodo probetur.   | 39 Menstrui muliebris virus.  |
| 11 Filius presumitur qui ita à parentibus nominatur vel ut<br>talis tractatur.                      | 40 Monstra aliquando nasci ob peccata parentum.   |
| 12 Filiatio à parentibus semel agnita non potest reuo-<br>cari.                                     | 41 Matrix mulieris habet receptacula septem.  |
| 13 Filius quomodo intelligatur eò quod ut talis tracte-<br>tur.                                     | 42 Hermaphroditorum generationis causa.   |
| 14 Filiatio quibus actibus probetur, & nu. 15.  | 43 Monstrum intelligitur esse duo homines si sint duo corda,<br>non si sint duo capita. |
| 15 Similitudo forme an filiationem probet.  | 44 Saturnini martyrium Tolosæ.  |
| 16 Filij quare aliquando non similes parentibus.  | 45 Bernardi de Rosergio Archiepiscopi Tolosani vitæ<br>beata.                           |
| 17 Alexandri figura ex planetis.  | 46 Gallia sola monstrorum semper nescit.  |
| 18 Monstra unde, & quid significent.  | 47 Similitudo fœtus ad patrem vel matrem quare maior vel<br>minor.                      |
| 19 Portenta quare dicantur, & nu. 21.   | 48 Anis quare magis fœtus aliquando similis.  |
| 20 Sagittarij cuiusdam Amazonum portentosa effigies.  | 49 Similitudinis filiorum ad parentes non esse certam le-<br>gem.                       |
| 21 Centaurorum monstra.   | 50 Fœna sola an filiationem probet.   |
| 22 Scythæ unde sumpserint nomen.  | 51 Partus semper presumitur in meliorem partem.   |
| 23 Mynotauri generatio.   | 52 Filius cuius duorum sit maritorum quomodo iudice-<br>tur.                            |
| 24 Labyrinthi duplicis historia, & nu. 27.  | 53 Filius non potest duobus patribus tribui.  |
| 25 Portenta alia ratione dicta.   |   |

Qua filium ex eo suscipiens.



**Q**uilibet Petro marito suo, cum quo morabatur. ¶ Natus enim ex vxore simul cum marito continuè stante presumitur ex eo solo mariti filius, & non alterius, si duo concurrant, videlicet quòd tempore conceptionis maritus erat præsens, & ad copulam carnalem habilis. l. filium eum diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel aliena. iur. & l. si vicini scientibus. C. de nup. Et nedom præsuntur filius mariti, sed etiam coispos censetur esse legitimus. Quæ cohabitatio licet sola sufficiat ad presumendum filiationem, & legitimitatem filiorum, tamen non satis præsuntur facit matrimonium inter illos contractum, si alius titulus non probaretur, secundum Panorm. singulariter in cap. lator. vbi glo. qui filij sunt legitimi. & plenè in cap. illud. de præsuntio. & gloss. not. in l. j. §. si ea. ff. de ventre in posses. mitten. ¶ Et pari modo probatur filiatione vbi ex concubina natus esset filius: quia ex supradictis solis præsuntur concubinarij filius, & non alterius vagabundi. Et potius iudicatur filius naturalis bastardus ex concubinario, quam spurius, aut vulgò conceptus ab alio, secundum gloss. in cap. Michael. de filiis presbyter. quam sequuntur Bal. Panorm. & communiter omnes in cap. per tuas. de proba. Nec audiretur pater contrarium asserens. Imò nec mater dicens ex alio concepisse. l. pen. §. mulier. ff. de probat. Et minus audiretur ceteri parentes successione prætendentes, & talem filium excludere volentes: etiam si vxorem meretricem & impudicam probare vellent & probarent: quia non minus præsuntur mariti filius etiam si probaretur eam nocte cõceptionis cum extraneo dormiuisse, & rem carnalem habuisse cum eo sicut cum marito. Quia postquam eo tempore erat cum marito, & secum habitabat, præsuntur favore legitimationis esse mariti, & non illius extranei filius. Et idem in concubina vt potius dicatur de concubinario concepisse, quam de illo extraneo, vt d. c. Michael. per omnes. Pro quibus optime facit text. in l. miles. §. defuncto. ff. de adulter. vbi non admittitur talis consequentia: tempore conceptionis mulier erat adultera, ergo filius natus est illegitimus: vel non est veri concubinarij filius nisi probaretur absentia viri vel impedimentum ad copulam, puta, frigiditas vel maleficium aut defectus membrorum ad generationem necessarium: quia in dubio præsuntur habitas, & generandi potentia in viro: adeò qd si ei aut filio de impotentia coitus obijceretur, & potètia negaretur, certè onus probandi incumberet neganti. Cum præsuntio naturæ sit pro affirmante: quia sicut non præsuntur alicui abesse cerebrum aut cor vel hepar, ita nec aliud membrum principale. Nam videmus non habentes sanum cerebrum & furiosos prolem generare. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Natura enim semper plus studet generationi quam intellectui. Quod patet: quia videmus etiã bruta penitus intellectui carentia generare: quia natura magis curat de esse rerum, qd de substantia earum, secundum Bal. singulariter in d. l. filium in princ. ¶ Quinimò infirmus vsq; ad mortè etiã ca nocte qua moritur generare potest: vt tenet gl. super verbo, in decem mensibus. in l. gallus. in prin. ff. de libe. & posth. & dixi super ver-

bo. In extremis positus. Quandiu enim cibù quis sumere potest, ad generatione dispositus cõsuetur: quia humor ille sperma vocatus ex tertia digestionè procedit. De isto humore qualiter ex cibo & potu dicitur generatur, loquitur Bal. supra in proœmio super verbo, pudicos. ¶ Et dixi. §. super verbo, qui cum alia matrimonij cõtrahens. loquendo de feminis intra annu luctus renubentibus. ¶ Prima certè digestio cibi fit in stomacho, vbi separatur purù ab impuro. Impurum hoc à corpore expellitur per organa, & vias fecales tanquã inutile & superfluum. Et purum trãsmittitur ad hepar vbi fit secunda digestio, per quam separatur ibi purù ab impuro. Impurù hoc cõsistens in humoribus superfluis & inutilibus, mingendo, expuendo, & per sudores à corpore expellitur. Et purù trãsmittitur ad cor, vbi fit tertia digestio, qua iterù separatur purù ab impuro. Hoc purù retinetur & conuertitur in substantiam alii. Et impurù sperma in masculo vocatum, & in muliere menstruù, descendit ad vasa generationis, scilicet ad testiculos, ex quibus per coitum expellitur & in matrice mulieris recipitur, coagulatur, ex quo foetus concipitur, iuxta illud Iob. x. Sicut lac multisti me, & sicut caseum coagulasti: pelle & carnibus vestisti me, ossibus & nervis cõpogisti me, & c. vt plenè declarauit super verbo, Et soboles quã gestabat in utero. Vnde non sine causa fit tanta in emissionè seminis delectatio in masculo, & plus in muliere vt dixi super verbo, duas habens filias. quia talis humor cordialis est, & creatura Dei de se bona, licet male ventibus sit sociata, secundum Augustinũ, [vt habetur super verbo, Et vxorem nomine Adæ. in secundo principali articulo successione. circa fi.] quoties demittitur extra vas mulieris ad hoc naturaliter dispositum, vel aliud quã coniugale: quòd omnis etiã simplex fornicatio sit mortale peccatũ. Cle. ad nostrũ. de heretic. Cum igitur omnia ferè animalia ex cibo & potu viuãt naturaliter sicut homines, generare possunt mediante motu cœli, qui operatur corruptione, sine qua generatio non procederet: quæ tamen cessabit in fine mundi post diem iudicij, quo tẽpore cessabit motus cœli: & consequenter cessabit generatio & corruptio. Ex quo verè hæretica iudicatur Saracenorũ & quorundam Iudæorũ peruerfa opinio, dicentium beatos post iudicij existentes in gloria bibere, comedere, & cõ puellis cõmisceri: beatitudinẽ futuræ vitæ in delectationibus & voluptatibus corporalibus ciborũ & venerorũ ponendo: quòd non solum apud catholicos, sed etiã apud gentiles philosophos absurdũ reputatur, qui beatitudinem hominis ponunt in operibus intellectuæ partis, asserentes vitã voluptuosam esse vitam peccudũ, vt habetur. j. Ethicorum. Ideo non est ibi ponenda beatitudo: ¶ quum felicitas nullo modo pertineat ad bruta animalia, sed solũ ad intellectualem rationabilem creaturam, que beatitudinem habebit in sola visione & fruitione Dei. A qua beatitudine animæ fiet post resurrectionem redundantia ad corpus, quod per eam fiet gloriosum per quatuor dotes, inter quas est impassibilitas. Et sic resurrectio erit ad vitam immortalem operibus nutritiue & generatiue non indigentem: quia satiabitur quisque cum apparuerit gloria Dei iuxta illud Psalmistæ. Satiabor cum apparuerit gloria tua. De quo plenè per Lyrã super verbo, Creatũsq; Deus gradia. Genes. j. Et pariter Philosophus dicit, qd anima rationalis nunquam quietabitur donec suo iugatur creatori. Ex quibus omnibus resultat, qd ex cohabitatione coniugum natus in domo ex vxore præsuntur mariti filius, etiam si maritus ille

¶ ille altero careret testiculo: quia ¶ cum reliquo generare potuit. l. Pomponius. iuncta glo. ibi. ff. de edil. edicto. & l. qui cum vno. ff. de re milit. vbi plures narrantur valentissimi viri, etiã in armis, qui altero testiculo caruerunt. Quod secus esset, si carerent ambobus, quia tunc generare non possent, tanquã virtute carentes. Nec tunc natus ex vxore in domo mariti castrati, vel spadonis & eunuchi præsumeretur eius filius. Castrati enim animum & vocem puffillam habent, & ferè in omnibus ad muliebria declinant. Nec propter hoc meliores aliis existunt, aut fideiores, & mansueti, quum secundum Philosophum omne animal castratum sit melius, excepto homine, qui factus eunuchus, nõ propter hoc est plus mansuetus, imò magis ferocescit, vt dicitur in d. c. per tuas. secundum Paul. allega. conf. clxxv. Ex quo per Bart. & omnes in d. l. filium. §. & in d. c. per tuas. ¶ reputatur nimis credulus quidam regis filius, qui ad dictũ folium matris [Etiam ei nõ crederetur, si moriendo hoc dixisset, cũ mentiri potuerit in odium filij, velut irata contra eum.] de adultero ipsum concepisse consentis, cõsistit regno: quod facere non tenebatur, etiam si ambo parentes hoc esse verum declarassent: quia illa ¶ præsuntio iuris & de iure nullam in contrarium recipit probationem, nisi pars favore cuius hoc præsuntur, scilicet filius sic natus, confiteretur se nõ filium, vt fecit ille regis filius & hæres, in cuius potestate erat renunciare hereditati paternæ: quacumq; stante filiatione. Nec tunc proprie dicitur contra præsuntionẽ admitti probatio: quia confessio partis, pro qua præsuntur, non est probatio, sed à probatione relictio, secundum Panorm. & ocs super Rubri. de probatio. Vel dicitur effectus & lucri ex tali præsuntione resultantis renunciatio & repudiatio paternæ aut maternæ hereditatis, quæ euilibet permittitur de iure. l. j. C. de pactis. Et dixi plenè super verbo, duas habens filias, in tertia principali fallentia, loquendo de filiis hereditati paternæ renuntiantibus. Talis enim partis confessio, & nõ quæcumq; alia probatio contra talem admittitur præsuntionem, secundum gloss. ab omnibus approbatam in l. in contractibus. C. de non nume. pecu. & in Authen. sed iam necess. C. de dona. ante nuptias. Plus dicunt aliqui, qd talis præsuntio probat omnino natum ex vxore in domo mariti esse suum filium, etiam si talis vxor non semper viro cohabitasset, sed aliquando diuertisset, & se absentasset. vt d. c. per tuas. Tamen non vltimo casu putant aliqui solam cohabitationem tempore partus filio non sufficere ad se probandum filium, nisi fuerit à patribus vt filius tractatus & nominatus, vt ibi cõcludit Felynus. [Omnia iura de filiatione loquentia ponderant locum natiuitatis potius quam conceptionis filij. Et ratio est: natiuitas certa est, & dies conceptionis est incertus, & certum trahit ad se incertum. Et illa prima materia, ex qua puer concipitur, ex toto corrumpitur, ita, quòd aliqua pars formalis ipsius nõ remanet in embryone, sicut nec aliquid simplex ele-

mentum, quod est minima pars rerum naturalium, remanet formaliter in isto, secundum Physicos: ergo tempus conceptionis, seu locus non inspicitur: ex quo etiam dicunt iura, qd origo facit domicilium, non cõceptio, secundum Bald. in d. c. per tuas. Similiter non consideratur locus, in quo conceptus nutritur, dum tamen in domo mariti nascatur, vt d. l. filium. sed quãdiu est in utero, non dicitur homo, nec in eo habet potestatem, vt plenè habetur super verbo, & soboles quã gestabat in utero. Igitur vt homo & filius iudicetur, locus natiuitatis consideratur. ¶ Si autem filius natus fuisset ex vxore vel concubina extra domum mariti vel concubinarij non sufficeret, nisi filiatione probaretur aliis cõiecturis & medijs, puta si natus communiter reputatus fuerit, & nominatus à parentibus filius. c. transmissi. qui filij sunt legitimi. Nam talis nominatio & reputatio filiationem sufficenter probat, etiam si extra iudicium emanauerit, duobus tamẽ concurrentibus. Primò, quòd talis natus veraciter & non fictè per adulationem fuerit communiter nominatus & reputatus filius à parentibus: non autem blandiendo, aut verbis communibus, extraneo sicut filio conuenientibus, puta, si maritus dixerit: bene venerit filius meus. Quia talia dici solent etiam non filiis, secundum Panorm. & alios in d. c. per tuas. Secundo requiritur, qd talis nominatio sit à parentibus dispositiue facta, & principaliter propter se, & non enuntiatuè propter aliud, id est, ob aliam causam, quam ad fines probandi filiationem. Quia tunc non probaret, secundum glo. in d. c. per tuas. quæ ibi bona iura allegat. Nisi talia verba dicerentur filio præsenti, secundum Imo. in l. ex hac scriptura. ff. de donatio. pro quo facit tex. in l. quidam. ff. de probatio. per quem iuncta petitione cum responsione, videtur hoc principaliter decidi. facit l. non epistolis. ibi, quasi ad sororem. C. de probat. Præterea si nominatio aut confessio filiationis facta in epistola tertio missa & directa probat semiplenè filiationem. l. in. in princip. iuncta glo. ff. de probat. Certè plenè probat, facta in præsencia filij, vt præsencia aliquid operetur. Et si tacita confessio ex contumacia mariti resultans, qui vxori se pregnantem dicenti custodes non misit, plenè probat filiationem. l. ij. vbi Bal. ff. de libe. agnos. fortius plenè probabit expressa confessio, licet propter aliud, & sic enuntiatuè emissã. l. ij. §. diuus. & Bart. in l. eius, qui delator rem. ff. de iure fisci. & Bald. in l. si tutor. C. de interdicto matri. ¶ Similiter probatur filiatione, & præsuntur, quotiens quis ab aliquo tractatus fuit tanquam filius, etiam si non fuerit nominatus filius secundum Iac. Butrig. in d. l. quidam. Panorm. in d. c. transmissa. & Bar. in d. l. ij. ff. de libe. agnos. & in l. j. §. ad quæstionem. per illum tex. ff. de quæstio. Ang. in l. vxorem. ff. de manumiss. testa. & plenè Pau. in d. l. si. ff. de probat. [Quia licet per tractatum probetur filiatione: non tamen probatur matrimonium inter parentes filij, si aliter de illo non constaret. Et hoc propter periculum animæ ex concubinato resultans: vt plenè dixi in c. illud. de præsuntio. & Bald. in d. l. filium. in secunda lectura.] Ideo notanter dicit Bart. in d. §. ad quæstionem. quòd cautela articulandi per aduocatos in tali materia, est concipere articulum primum de filiatione, scilicet qd talis est filius talis. Et postea dicat, quòd pater ipsum habuit, & tenuit ac tractauit tanquam filium, quo probato præsuntur filius. Nec sufficeret articulare, qd ille se gesserit pro filio talis: sed oportet dicere, qd pro tali fuit habitus à patre, & tractatus scietibus vicinis, secundum gloss. in d. c. Michael. de filiis presby.

presbyt. & in c. accedens. de purga. cano. & in c. nihil. de electio. Ad quod faciunt notata in l. Barbarius. ff. de offic. prae. & consuluit Ange. consi. lxxxij. incip. Spurius. vbi dicit hoc non solum habere locum in naturalibus & legitimis, sed etiam in spuriis: vt illo probato resulter probata filiatione, saltem quo ad possessionem filiationis: vt concludit idem Angelus consilio clxxxij. incip. in quaestione. & c. Et Praepositus in d. c. transmissa. super gloss. penul. & Paul. allegato consil. clxxxv. Quod est verum, etiam si parentes, postquam ipsam tractauerunt vt filium, negarent filiationem, quia certe huic negationi & nouae contradictioni praefertur tractatus velut potentior, secundum gloss. in d. c. transmissa. qui filij sunt legit. quam ibi ad hoc poterat Panor. & in d. c. per tuas. Quod est verum, siue vnus parentum nunc negaret filiationem, siue vterq;.

12 ¶ Quia sicut ad praedictum filij reuocari non possent confessio semel facta, vt dicit glo. in dicto c. per tuas. minus reuocari possent ille tractatus, qui fortior est simpliciter nominatione: vt dicit Bald. in l. non ignorat. C. qui accusa. non possunt. nisi filius consentiret huic sequenti contrariae tractationi, quia tunc ei staretur contra se, quia vltima quasi possessio non turbata praedictat praecedenti quo ad cognitionem status. l. si iure. C. ne de statu defuncto. post quinquentium que ratur. Etiam de conuerso, si quis prius fuerit tractatus tanquam non filius, & postea vt filius, primus tractatus vt quaedam assertio reuocatur per secundam a parentibus factam contra se, etiam si primo tractatus filius consensisset, ductus forte probabili assertionem parentum. l. j. §. si. & ibi no. ff. quando actio de pecul. est

13 annalis. ¶ Or domini, non ita crudeliter intelligatis quod dixi, quod quicumque tractatus probet filiationem, quia non sufficeret tractatus indifferens extraneo sicut filio conueniens: sed requiritur quod a parentibus fuerit tractatus tanquam filius per tales actus, qui sint proportionabiles soli filiationi, secundum Bartol. in d. l. ij. ff. de libe. agnoscen. & Docto. in d. c. Michael. & c. per tuas. & c. transmissa. actus autem filiationi proportionabiles & non extraneae conditioni sunt, si pater quem exhaeredit vel emancipat, vel haereditem instituit in legitima, quum soli filio, & non extraneo proprie conueniat, & necessaria sit exhaereditatio vel emancipatio, aut legitima assignatio, vt plenè dixi super verbo, in eodem testamento relinquens. Et idè est, si eum haereditem institueret, non simpliciter nomine suo proprio expresso, vel eum nominando filium: sed eum instituit nominando filium naturalem & legitimum. Quo casu sufficit ad probandum filiationem contra parentes testatoris ei ab intestato succedere volentes, etiam si postea in alio sequenti testamento primam institutionem reuocaret, dicendo, eum non filium suum. Quia per primam nominationem & tractationem remaneret in quasi possessione filiationis, per tex. in l. quidam cum filium. ff. de verbo. obli. pro qua in dubio iudicaretur. ¶ Pariter probatur filiatione, si pater ipsum nominaret filium suum adijciendo pronomen meum, dicendo talem filium meum, & c. quia nominando eum suum, satis declarat & intendit, eum habere in potestate (sicut Panor. videtur sentire contrarium in d. c. per tuas.) & sic vt legitimum, secundum Bald. in c. innotuit. ij. §. v. col. de elect. Pro quo facit illud Apostoli ad Hebr. j. per hunc modum diuinam filiationem probantis in Christo: Cui dixit aliquando Angelorum scilicet Deus, Filius meus es tu, & c. quasi dicat, per talia verba a patre prolata sufficienter probari filiationem, quia de aliis non consueuerunt

dici. Similiter probatur, si quis vocet aliquem filium suum naturalem. Tales enim qualitates aliquid conferunt, & plus quam simplex nominatio filij, quae sola non sufficeret: vt dixi super verbo, & uxorem nomine Adelaesam. in primo successione articulo. eodem modo probatur filiatione, si pater tenuit eum in scholis, eum alendo, & vestiendo vestibus ab indumentis famulorum differentibus. Et idem si eo nato fecit eum describi in libro natalium, in quo soli filij consueuerunt describi: sic hodie est mihi natus talis filius ex tali vxore mea, vel concubina mea. Quae descriptio est vera filiationis probatio, secundum gloss. in §. fin. Instit. de ingenis. Quam notat & sequitur Bald. in l. i. C. de confis. & tenet in dicto c. per tuas. Et in filio naturali tantum plenè probatur filiatione, si pater fecerit eum legitimum secundum Petr. de Anchar. consi. cccxj. incipiente, videtur prima facie, penult. col. Et Bald. in l. vulgò. ff. de statu. homi. quia omnes praefati tractatus solis filijs, & non extraneis conueniunt. ¶ Etiam probatur filiatione per confessionem patris per se & principaliter, & non enunciatiue propter aliud factam. Nec rumpetur per confessionem contrariam, quauis iurata a patre postea factam, secundum Panor. & omnes per illum tex. in dicto c. per tuas. quia durè esset in potestate parentum fore, ius filio ex confessione semel quaesitum auferre, contra text. ibi, & in l. fin. ff. de proba. & l. ij. §. j. ff. de liber. agnoscen. vbi si maritus confessus fuit, aliquem esse filium suum, semper praesumitur pro filio: licet maritus in iudicio postea negaret, etiam prius iurato de calumnia. Et posito etià, quod talem confessionem praecessisset negatio filiationis: tamen adhuc stabitur confessioni pro filiatione, quia negatio praecedens patris fauorem, respicit negantis & praedictum filij: confessio vero sequens respicit praedictum confitentis. Et regula est, quod in praedictum tertij assertio alicuius non valet. l. qui seruum. ff. de interrog. actio. & l. inter chartulas. C. de conuenien. si ceteri debito. libro x. Confessio autem semper nocet confitenti, & operatur contra ipsum femper in dicto c. per tuas. Et praedicta probatio filiationis per praesumptiones procedit in patre, pro quo haberi non potest vera probatio, nisi per coniecturas praecedentes. Sed in matre, nec certa, nisi per coniecturas praecedentes. Sed in matre, quae certa semper est, non est vagandum per coniecturas. l. quia mater. ff. de in ius vocando. Praeterea excepta prima coniectura procedente ex natiuitate partus ex vxore in domo mariti ad coitum habilis, & tempore conceptionis simul cum vxore habitantis, quae praesumptione inducit iuris, & de iure, vt dixi: ceterae coniecturae non sunt nisi praesumptiones iuris, quibus statatur, donec contrarium probetur, quia si negans filiationem pertinenter probare vellet quod non est filius, certe indirectè ad hoc probandum reciperetur. Veruntamen illo in pendente, ille, qui vt filius tractatus est, pro filio tenebitur, & vt talis tractabitur, ac iure filiationis gaudebit propter iuris praesumptionem, quae pro ipso facit: cui semper stabitur, donec contrarium probetur. l. siue possidetis. vbi gloss. C. de probatio. & in l. ij. ff. illo eodem titulo. & in c. j. vbi bona gloss. vt ecclesiasti. benefi. sine diminutio. conferan. Et dabitur interim talis prouisio, quae vero competeret filio, solum duratura quouf que de non filiatione aduersarius plenè docuerit. l. si iudex. vbi glossa & Doctores. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Nam cum per praedicta sit ipse in possessione filiationis, non debet pendere iudicio illa priuari. c. j. de iudiciis. in fine. ¶ Addunt nonnulli aliam coniecturam & praesumptionem, ad probandum filiationem,

liationem, scilicet quod quis sit filius alicuius, puta per similitudinem, vt quia partus assimilatur marito, quod ex hoc praesumatur mariti filius. Et si adultero assimilatur, dicitur esse eius filius. Vel vbi mulier quae peperit, duos habuerat successiuè maritos, siue longo intervallo post mortem primi, puta, infra tres vel paucos dies: & nascitur cuius mariti, primi vel secundi sit filius: quia iudicabitur esse illius cui assimilatur, secundum Iacobum de bello visio, post Socratem: quem Baldus refert in dicto capite. per tuas. volentem quod filius sit illius cui similis est in forma faciei. Pro quibus facit gloss. in l. quod si nolit. §. si mancipium. ff. de adilitio edict. dicens: saepe solet similis filius esse patri. Sed non est verum secundum Baldum & omnes in l. Gallus. §. j. vlt. colum. ff. de libe. & posthu. dicentes, talem coniecturam filiationis esse multum fragilem, & periculosam: quum aliquando contingat etiam inter extraneos similitudinem reperiri. vnde libr. ix. titu. de similitudine formae refert Valerius de Pompeio magno, cui Vibius ingenua stirpis, & Publicius libertinus adeo similes fuerunt, vt permutato statu, & Pompeius in illis, & illi in Pompeio saluari poterat. Et idè de pluribus aliis, quos ibi scribit refert. Idè talis coniectura non est virgens ad probandum filiationem. Quinimò dicit Iacobus Buttriga. in l. fina. ff. de Carbon. edict. quod filij qui assimilantur patri, id est marito, non sunt propter hoc iudicandi legitimi, sed potius illegitimi. Et ratio est, quia quando mulier adulteratur, propter timorem mariti, semper habet cor ad eum: ex qua cogitatione filium generat marito similem. Et ita refert quendam suum

17 anticum summum medicum sibi dixisse. ¶ Pariter dicit diuus ille Hieronymus in quaestionibus super Genesim scriptum fuisse in libris Hippocratis, quod cum mulier quaedam suspitione adulterij esset puniendae, eod, quod filium peperisset pulcherrimum, vtrique parenti omnino dissimilem. Hypocrates ad hoc vocatus, monuit videri, ne forte talis pictura esset in cubiculari camera, qua inuenta, fuit mulier a poena adulterij liberata, pariter & suspitione. Et idem in effectu dicit gloss. in l. non sunt liberi. ff. de statu hominum. Similiter refert Iulius Quintilianus quandam liberam matronam de adulterio accusatam, quod filium Aethiopiensem peperisset, quod ex imagine nigri coloris in cubiculo depicta, iudicatum fuit contigit. Prout etià recitat Aurelius Augustinus libro quinto contra Iulianum, quod quidam rex Cypri deformis specie, cubiculum suum pulchris imaginibus depingi fecit, vt per talem aspectum vxor sua pulchram conciperet prolem, prout fecit. Nec mirum esse ait, libro vndecimo de ciuitate Dei, sobolem generari similem conspectae imaginis: quum diuus scribat Hieronymus, hoc ipsum in equorum gregibus apud Hispanos obseruari. per textum Genesim xxx. vbi Iacob nouam talem inuenit artem, vt ex varicoloribus gregibus varij nascerentur colores. Ex quibus omnibus resultat ex similitudine vel dissimilitudine non probari filiationem, nec iudicari posse legitimum vel illegitimum. Quod doctrinae Christi conuenit in Euangelio dicentis, Ioannis vij. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Praeterea talis similitudo aut dissimilitudo secundum Galenum in libro de Spermate, etiam contingere potest propter debilitatem virtutis generatiae, quae tunc facere non potest rem generatam patri vel matri, generantibus similem. Quo casu pro refugio caput partus figuram

18 vel naturam forte alicuius planctae. ¶ Et ita Alexan-

der ille magnus, Philippi Regis Macedonum filius, honoris & gloria supra modum appetens, quam potuit diligentissimè per Philosophos figuram & naturam Planetarum tempore sua conceptionis & natiuitatis regnantium exquisiuit. Quia in sua natiuitate Sol erat in signo Leonis: vnde crines habuit crispas, croci coloris, aspectum mirabilem, iram magnam, nasum longum, & vim grandem. Et quia Saturnus tunc erat in signo Tauri, dentes habuit acutos, vnum oculum vt draco, alterum verò sicut aquila. Pariter quia Saturnus est aliorum ceteris Planetis, Alexander habuit cor altissimum, de quo per Augustinum de ciuitate Dei, libro decimo sexto, capitulo octauo & nono, & Isidorus libro vndecimo Etymologiarum, capitulo penulti. ¶ Etiam interdum nascuntur tunc monstra (de quibus plenè diximus, & clarius super verbo, *Et soboles quam gestabat in utero*) contra formam humani generis, vt dicitur lege, non sunt liberi, quae aliquando vocantur prodigia, per quae Deus aliquoties demonstrat & significat futura, veluti pestilentias, famas, guerras, ac Principatum perniciem, vt contigit Regi Xerxi, qui Babilonis interdixit, ne ferrent arma: cui Deus sinem Regni sui ostendit per lumentum, quod peperit vulpem. Etiam mors Alexandri ostensa fuit per mulierem, quae partum enixa fuit, habentem in parte superiori figuram hominis mortui, & pars inferior vivebat, habens figuram diuersarum bestiarum. Aliquando dicuntur portenta propter excessiuam magnitudinem: vt dicit Plinius de Tityone, qui magnitudine corporis occupabat septem iugera terrae. Et verè homines olim erant grandiores. Nam recitat Philostratus libro tercio de vita Apollonij, quod dictus Apollonius philosophus in arte magica expertus tempore Vespasiani Imperatoris viuens, sepulchrum Achillis adiuit in portu Sigaeo, vbi institutum fuerat ei templum, cuius vmbra ei apparuit altitudinis septem, & postea duodecim cubitorum. Lacedaemonij Orestem filium Agamemnonis Regis longè post eius mortem repererunt. Qui, Herodoto libro octauo referente septem cubitorum altitudinis erat. Et tempore Henrici secundi Imperatoris, circa annum millecimum quadagesimum, vt Martinus in sua 15. Chronica refert: Pallas filius regis Euandri, fuit prope Romam repertus integer, & adeo mirabilis altitudinis, quod muros ciuitatis excedebat. Et vultus, quo per Turnum pro querela Aeneae Troiani percussus fuerat, erat apertura quatuor pedum. Pariter fertur, quod quidam Magicus Carolo Duci Burgundiae vltimò ostendit simulachra & imagines Hectoris & Achillis, quorum statura enormis erant & stupendae altitudinis. Cui conuenit, quod dicit Virgilius libro xij. Aeneidos, quod tempore Homeri poetae Graeci, qui fuit circa annum centesimum post Troiam deletam, homines incipiebant decrescere, eo dicente: Nam genus hoc viuo iam decrescerebat Homero, & c. ¶ Etiam possunt homines ita dici propter excessiuam paruitatem, & exiguitatem, vt dicitur de Pygmaeis, qui sunt homines cubitales, vnum solum in altitudine habentes cubitum. Et interdum ita vocantur propter deformitatem speciei: quia, vt dixi, nascuntur contra formam humani generis: vt, quia nascitur partus, habens corpus hominis, & caput canis vel leonis. [ De quibus habetur super verbo, *qui cum alia matrimonium contrahens*, dum loquor de aetate legitima contrahendi

2 matrimonium.] \* Sicut legitur de Sagittario, quem  
Episcopus rex Liciniae de finibus Amazonum in suc-  
cursum Troianorum duxit, visu mirabilem: cuius  
medietas ab umbilico superius erat homo: & ab um-  
bilico deorsum erat equus. Et medietas humana co-  
rio erat cooperta piloso, sicut corium equi: oculos  
tamen habebat flammicos velut igne rubentes: doctus  
in arcu & sagittatione, ac timorosi aspectus: qui ad-  
uersus Græcos pugnavit, multos timores incussit, &  
damna quam plurima eis dedit, dum multos ex Græ-  
cis letiferis vulneribus peremisset. tandem fuit per-  
23 Diomedem occisus in bello. \* Huic similes centauri  
Thesaliæ populi secus montem Pelium habitantes  
qui media parte viri, & media equi describuntur, qui  
à Lapithis originem traxere, & ipsi aspestres popu-  
24 li in Thesalia fuerunt. \* Pariter fabulantur Scythæ  
per natam apud eos ex terra virginem umbilico  
tenus hominis forma, reliqua viperæ. Eam genuisse  
puerum cuius nomen fuerit Scythæ. Hunc cum om-  
nium qui ante eum fuerant clarissimus euasisset, in-  
diditisse populis Scytharum nomen, Diodoro de anti-  
25 quorum gestis libro tertio referente. \* Etiam de  
Minotauris legitur, quem regina Pasiphae peperit in  
parte hominem, & in alia parte taurum. Pasiphae e-  
nim Minois Cretensium regis vxor inflammata tau-  
ri concupiscentia, Dædali freta artificio, se in li-  
gneam vaccam includi fecerat, atque ita è Tauro  
& paulò post è Minoc marito suo, Minotaurum con-  
cepit monstrum bifforme, id est, partim humana &  
partim taurina forma. Vnde Virgilius eam incre-  
pando, Bucolicorum Ecloga sexta carmen Sileni re-  
ferens, sic dicit,

*Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent,  
Pasiphaen nivei solatur amore Iuenci,  
scilicet Tauri.  
Ab virgo infelix, que te dementia cepit?  
Præcides implerem falsis mugitibus agros:  
At non tam turpes pecudum tamen vlla secuta est  
Concubitus: quantum collo timuisset aratrum,  
Et sape in leui quæ fuisset cornua fronte.  
Ab virgo infelix tu nunc in membris erras:  
Ille laeus niveum mollis fultus hyacintho  
Illice sub nigra pallentes ruminat herbas, &c.*

26 \* Ad quod occultandum, Dædalus Labyrinthum  
construxit, domum cæcis erroribus, multisque via-  
rum ambagibus implicatam, in quibus exitus inue-  
niri non poterat, donec Theseus ab Atheniensibus  
vt à Minotauris deuoraretur missus, Consilio Ariad-  
nes seu Ariadnides filia regis antedicti, filo in fori-  
bus annexo rexit vestigia, de quo Labyrintho aliqua  
27 tetigi super verbo, *domum*, in principio. \* Alij di-  
cunt Miridim regem Aegypti, quam nonnulli Ma-  
ronem cognominant (vt Diodorus libro secundo re-  
fert, de antiquorum gestis) sepulchrum sibi constru-  
xisse, quod Labyrinthus appellatur, quam rem mi-  
randam dicit, non tantum operis magnitudine, quan-  
tum arte ad imitandum difficili. Nam ingredientibus  
non facile regressus datur, nisi duce itineris ex-  
perto. Vnde ferunt quidam Dædalum ad Aegyptum  
penetrantem admiratum huius operis artem simi-  
lem in Creta regnanti Minoi construxisse: in quo fa-  
bulantur extitisse Minotaurum. Sed Cretensis Laby-  
rinthus defecit sine opera hominum: tempore corru-  
ptus, Aegyptus verò vsque ad nostra tempora inte-  
28 ger manet. Hæc ille. \* Aliquando dicuntur porten-  
ta propter omnimodam dissimilitudinem, & diuer-  
sitate, vt legitur de illa quæ peperit taurum pu-

rum. \* Et tales omnino contra formam humani ge-  
neris nascentes non censentur esse filij, nec appella-  
tione liberorum veniunt, vt dicta l. non sunt liberi.  
Secus si aliquam effigiem humanam haberent, tamen  
deformem: quia tales dicerentur liberi, quantuncun-  
que monstruosi: & dicuntur filij Adæ sicut nos: vt te-  
nent communiter theologi secundum Ioannem Fab.  
in *S. ius* autem gentium, in principio. Institutio. de  
iure naturali. \* Aded, quod si quis tale monstrum  
occideret, puniretur, ac si hominem perfectum &  
formosum occidisset, secundum Baldum, in l. quod  
dicitur. ff. de liberis & posthum. Etiam si haberent cap-  
ut animalis bruti supra collum, vel transfuersos hu-  
meros, vt dicit Felynus in capi. fina. de homicidio. &  
dixi super verbo, *Et soboles quam gestabat in utero*. Et  
plenè Alexand. in dicta l. quod dicitur. de monstruo-  
30 sis generibus hominum. \* De quibus gentium histo-  
ria: narrant, dicit Augustinus libro xvj. de ciuitate  
Dei. cap. viij. & sequenti, quod perhibentur quidam  
vnum oculum habere in fronte media. [Hi vt Iu-  
stinus scribit, cyclopes viri gigantes in Sicilia iuxta  
Ethnam habitantes.] Quibusdam plantas verfas ef-  
31 se post crura. [De quibus loquitur Plinius lib. vij.]  
Quibusdam vtriusque sexus esse naturam & dextra  
mammarum virilem, sinistra muliebrem, vicibusque  
inter se cocundo & gignere, & parere. Aliis ora non  
32 esse, eosque per nares tantum halitum sumere. [De  
quibus idem Plinius vbi supra, Astomorum gens si-  
ne ore, corpore toto frondium lanugine vestitur,  
halitu tantum viuens, nullus illis cibus, nullus po-  
tus.] Alios statura esse cubitales, quos pygmaeos  
Græci à cubitu vocant. Alibi infra, quinque annos  
concupere feminas, & octauum vitæ annum non  
excedere. Ferunt præterea esse gentes vbi singula  
crura in pedibus habent, nec poplitem sectant: &  
sunt mirabilis celeritatis. Quosdam scitopodas vo-  
cant, qui per æstum in terra iacentes resupini, um-  
bra se protegent pedum. [Vt refert Solinus de  
Cynocephalis, de quibus loquitur idem Solinus, di-  
cens eos vnguibus armatos.] Quosdam sine ceruice  
oculos habentes humeris. Quid dicam de Cynoc-  
phalis, quorum canina capita, atque ipse latratus  
magis beltiis quam homines consistetur? Sed omnia  
hominum genera quæ dicuntur esse, credere non est  
33 necesse. \* Verum quisquis vspiam nascitur moritu-  
rus homo, id est animal rationale mortale, quamuis  
inuitatam nostris ngerat sensibus corporis formam  
seu colorem siue motum, siue sonum, siue quantilibet  
vim quantilibet partem: quantilibet qualitatem natura-  
lem: tamen ex illo vno Protoplasto originem du-  
cere nullus fidelium dubitet, & inde per eum ex Noe  
post diluuium. Qualis autem ratio redditur de mon-  
struosis apud nos hominum partibus, talis de mon-  
struosis quibusdam gentibus reddi potest. Deus enim  
creator est omnium, qui vbi, & quando creati quid  
oporteat, vel oportuerit, ipse nouit, sciens vniuersita-  
tis pulchritudinem: quarum partium, vel similitudi-  
nem, vel diuersitatem, ipse contexerat. Sed qui totum  
inspicere non potest, tanquam deformitate partis of-  
fenditur: quoniam cui congruat, & quo referatur,  
ignorat. Ponit exempla de monstruosis aliquibus  
suo tempore & patria, vt de habente plantas lunatas,  
& duos digitos tantum in eis, & duos in manibus.  
Et de homine nato duplici in superioribus mem-  
bris, simplici in inferioribus, habente duo capita,  
duo pectora, quatuor manus, ventrem vnum, &  
pedes duos. Quid si præterea Deus sic voluit non-  
nullas

nullas gentes ita creare, ne in his monstris quæ apud  
nos nasci oportet ex hominibus, eius sapientia quam  
natura fingit humana, cuiuspiam minus perfecti opifi-  
cis putaremus errasse? \* Antipodas autè esse, vt qui-  
dam fabulantur, id est homines à contraria parte ter-  
ræ, vbi sol oritur quando occidit nobis, aduersa pedi-  
bus nostris calcare vestigia, nulla ratione credendum  
est. Hæc ille. Etiam Hippopodes populi sunt in Oceano  
Scythico, qui teste Solino, humanam vsque ad vesti-  
gium formam tenent, sed in equinos pedes desinunt.  
cui concordat Plinius libro quarto. Carmanij (teste  
Pomponio) sine veste ac fruge, sine pectore ac sedi-  
bus, coris piscium vestiuntur, præter capita toto cor-  
pore hirsuti. Satyri sunt in Aphrica, vt idem Pompo-  
nius refert, in cõsibus Aethiopiæ: quibus præter fi-  
guram nihil moris humani: qui, vt Plinius lib. vij.  
scribit, sunt sub solanis Indorum montibus pernicis-  
simum animal, tanquam quadrupes tam rectè cur-  
rentes humana effigie, vt propter velocitatem nisi se-  
34 nes, aut ægri non capiantur. \* De quibus Hierony-  
mus in vita Pauli ita scribit: cum beatus Antonius  
ad Paulum pergeret, vidit homunculum ad uncias na-  
ribus, & fronte cornuta, cui extrema corporis in ca-  
prarum pedes deficiebant. Et cum quisnam esset, in-  
terrogasset Antonius, respondisse fertur, mortalis ego  
sum, vnus ex accolis Eremi, quos vano errore delusa  
gentilitas Faunos Satyròsque, & incubos colit. Pariter  
refert Plinius libro secundo, in Aethiopia esse gen-  
tes diuerso modo môstruosas. Alia sine vtriusque  
totius corporis planicie informes habent vultus. A-  
lia concreta ora sunt, modicòque foramine calamis  
auenarum pastus hauriunt. Nonnulli linguis carent.  
sermonis loco nutibus vtentes. Blemij populi sunt  
in Aphrica vltra deserta illius regionis, vt libro primo  
Pomponius refert, quibus capita absunt, & vul-  
tus habent in pectore. Neutri populi Scythiæ Eu-  
ropæ, qui æstatis temporibus in lupos transfigurantur,  
deinde exacto spatio in pristinam formam re-  
uertuntur, secundum eum, hominesque pro victimis  
35 habent: lignorum egentes ignem ossibus alunt. \* De  
quorum, vnde proueniunt, difficili iudicio, sic vbi  
suprà concludit Valerius in primo titulo. De simili-  
tudine, inquit, oris & totius corporis altiore doctri-  
na præditi subtilius disputat, eorumque alij in ea sunt  
opinionem, vt existiment illam originem & contextum san-  
guinis respondere. Nec paruum argumentum ex cæteris  
animalibus trahunt, quæ ferè gignentibus si-  
milia nascuntur. Alij negant certam hanc esse natu-  
ræ legem, sed species mortalium, prout fortuita fors  
conceptionis obtulit, attribui. Atque ideo plerunque  
ex speciosis deformes, & ex robustis inualidos partus  
edi videmus. Hæc ille. Nam sæpe videmus pueros di-  
uersæ dispositionis: quosdã magis durg, & quosdam  
plus mollis propter dominium diuersorum elemen-  
torum. Et quia ossa fiunt ex parte menstrui magis ter-  
restri, quod semper dominatur, Medulla verò & ce-  
rebrium de parte eius magis aquæ: sed spiritus vitalis  
naturalis & animalis ex parte fit magis aërea. Et ca-  
36 lor naturalis ex parte plus ignita. \* Organizado au-  
tem corpore Deus creat vnam animam in homine  
rationalem, sine macula, & creando, illam infundit.  
Non autem ante organizationem infundit: quia ani-  
ma rationalis est actus primus corporis physici orga-  
nizati: vt dicit Philosophus secundo, de Anima. \* Ali-  
quando procedit deformitas in partu ex coitu inor-  
dinato coniugum, scilicet laterali vel stationario: vt  
quando coniuges laterali aut stando cocunt. Quo

fit vt sæpius pueri generentur indifpositi & môstruosi  
quia tunc semen ex inordinato modo inordinate lo-  
catur in matrice: & consequenter inordinate for-  
mantur: ita quod aliquando generantur gibbosi, vel  
alios quam plurimos defectus habentes. Pariter dicit  
Hieronymus super Ezechielem, quod pueri tunc  
conciuntur membris dampnati, scilicet claudi, cæci,  
leprosi, elephantici, & huiusmodi, cum vir sine mo-  
do vel loco aut debito tempore, puta, menstrui, co-  
gnoscit mulierem: quia tali tẽpore prohibetur etiam  
actus matrimonialis, vt habetur Leuitici. xx. & cano.  
ad eius verò concubitum. v. distinct. Et summe cau-  
dum est tempore menstrui ad vxorem accedere: quo  
38 tempore verè dicitur \* femina à sæditate, eò quod  
fœdas & enormes superfluitates menstruales emittit.  
Sola enim fœminea est animal menstruale, \* cuius  
cruoris contactu fruges non germinant, arescunt  
herbæ, arbores amittunt fructus, ferrum rubigine  
corrumpitur. Et si quidam canes comedunt, rabiem  
39 incurrunt: quæ in adamante verifcantur. \* Ali-  
quando etiam permittit hoc Deus, in signum & pœ-  
nam exardescens concupiscentiæ in muliere: sicut  
contigit supradictæ Pasiphae. Quæ (quicquid fabu-  
lentur poetæ) non ex tauro animali bruto concepit,  
sed ex tauro pulcherrimo milite, qui Minois mariti  
sui magister militum, vel secundum alios, secretarius  
seu notarius erat. Ex quo & rege marito gemellos  
summe deformes concepit in detractionem tanti cri-  
minis, dicente Virgilio. Aeneidos lib. vj. Hic crude-  
lis amor Tauri, suppositaq; furto Pasiphae: mixtumq;  
genus prolesque biformis Minotaurus inest, veneris  
monumenta nefandæ. Et interdum duo generantur  
corpora, ab umbilico suprà: quod fit cum semen  
funditur ad cellulas per generationem duorum ge-  
41 mellorum: \* quia septem habet mulier receptacula  
ad semen virile recipiendum. l. si pater. ff. de solutio.  
& l. antiqui. ff. si pars hæredi. pet. & gloss. in l. sed si  
restituatur. §. fina. ff. de iudic. Et sic plures simul con-  
cipere potest postquam septem habet cellulas seu  
receptacula, secundum Philosophum in libro de hu-  
mana natura. Vnde tot pueri concipi possunt, in quot  
cellulas peruenerit semē sic cellulatum diuisum, qua-  
rum cellularum tres sunt in dextro latere, in quibus  
tres masculi generari possunt: & tres alia sunt in si-  
nistro latere, in quibus generari possunt tres filia: seu  
femellæ. Ex quo dicit Albertus, quod mulier iacens  
super latere dextro post coitum concepit masculum:  
& si super sinistro concepit fœminam. Alia verò cel-  
lula est in medio earum, in quam si semen intrauerit,  
42 dicunt authentici Thermaphroditu generari in vtroq;  
sexu participantem, virgam virilem & vuluam fœ-  
mineam habentem. Et si mulier vltra septem pareret,  
esse potius miraculosum, quam naturale: vt dixi su-  
per verbo, *Et soboles quam gestabat in utero*. Aliquãdo  
contingit, quod interlitium & pellis media inter  
duas cellulas frangitur. Et sic semina confluant: &  
ita in dorso ramificantur & coniunguntur, ex quo  
fiunt duo capita distincta. [Anno isto domini mille.  
ccccxiiij. fuit litera aliquibus Tolosæ directæ, circa  
principium mensis Ianuarij, de mirabilibus quæ tunc  
contigerant. In cuius tertio & quarto articulis sic di-  
citur: Tertium sibi delegit locum quod nuper Bono-  
niæ accidit. Puella si quidem duplici corpore biceps,  
gemino tamen pede subfulta exorta est, quæ auribus  
nullis conspicua, eam loco nasum sortita longissimū,  
solum oculum in frontibus indepta est. Hanc vbi pri-  
mum sacrosancta mundata est aspergine, suū obiisse  
diem

diem accepimus. Quarto iam propria series dabitur. Romam venisse Hispanum quendam referunt, qui fratrem duplici corpore insignem bicipitemque deduxit. Vno ore ridente, ridet & alterum: altero naturæ præsidia obeunte, eadem corpus alterum inuoluit. Hæc ibi in litera prædicta. ¶ Quo casu duo sunt homines, si duo corda habeant. Aliàs est vnus solus homo, secundum Philosophum in v. Physicorum. Vnde refert Hieronymus in epistola ad Vitalem presbyterum, ætate sua duplicem Lyddæ natum esse hominem duorum capitum, & quatuor manuum. Etiam recitat Fasciculus temporum fuisse circa tempora Henrici secundum Imperatoris, duas mulieres in Gallia vsq; ad umbilicum singula membra habentes, quæ diuisim operabantur, quarum vna mortua, alia triennio superuixit mortuam portans circa annu Domini millesimum xliij. Pariter dicit Gulielmus in Chronica, quem Lyra refert super verbo, masculinum, Genesis primo, quod tempore Philippi Francorum regis, qui secundum datam erat Philippi pulchri filius, anno domini millesimo cccxxij. in confinio Normanniæ & Britannia natae fuerunt duæ mulieres in eodem corpore, ita, quod omnia superiora ad umbilicum vsque erant duplicia, inferiora autem erant simplicia. Et quod verè essent duæ mulieres, apparuit, quia aliquando vna tristabatur, & altera gaudebat. Et interdum vna dormiente, altera vigilabat. Et vna decessit quæquam per annum ante aliam, quæ postea exponere & fœtore cadaveris etiam obiit. ¶ Sic tempore beati Saturnini Tolosæ ciuitati nostræ contigit: cum omnium sanctissimus ille protoepiscopus Tolosanus per infideles pedibus ad caudam tauri indomiti ligatus à Capitolio Tolosæ traheretur per carceriam, puellæ duæ, vt dictum est, monstruosæ mulieres, tamen deuotæ eiusdem Saturnini discipulæ eum sequentes, cerebrum de capite viri sancti frustratim cadens, colligebant, quæ in virginitate & sanctæ Christianitatis religione perseuerantes, obdormierunt in Domino, sepultæ in mauso sanctarum puellaru diceccis sancti Pauli, quæ villa ab illis sanctis puellis nomen sumpisse dicitur. ¶ De qua oriundus fuerat reuerendissimus in Christo pater, dominus Bernardus de Rofergio, vtriusque iuris doctor, ac in artibus & Theologia magister, qui sui gratia confirmationis sacramentum, & deinde clericalem tonsuram, anno Domini millesimo cccclxiiij. mihi contulit, Archiepiscopus Tolosanus existens: de quo dicere possum, quod quicquid stabile fuit, non ignorauit, pulchra volumina compilauit, & inter cæteros in Ecclesia Tolosana metropolitana existens regularis Canonicus, librum, in quo Abel iustus veteris testamenti, & beatus Stephanus, sub Ecclesia iam dicta consecrata est noui testamenti protomartyres, vitæ sanctitate conueniant, & differant, culto admodum sermone, anno domini millesimo cccclv. edidit, quem adhuc vita fruens in choro dictæ Ecclesiæ ligari fecit, vbi eum vidi & legi. Deum præpositus eiusdem Ecclesiæ factus, tam in sacra pagina, quam in altero iurium legere & compilare nunquam cessauit, & à summo tunc Pontifice ire Romam mandatus, non fuit in Galliis aut Italia vniuersitas, in qua & Romæ non disputauerit. Tandem Episcopus Bafaren. factus, & deinde ad Montifalbani Ecclesiam translatus, postmodum in Archiepiscopus fuit Tolosanus promotus: in cuius metropolitana Ecclesia de cuius gremio fuerat, & Archiepiscopus erat, Capellam in honorem Apostoli Bartholomæi lapideam magno sumptu exerit,

Organa magnifica, quæ ad præfens stant in chori introitu, vestes, & ornamenta, quæ unque necessaria, & libros ad diuinum seruitium illuminatè scriptos ibi dedicauit, librariam fecit, in qua vltra numerum libros artis cuiuscunque posuit. Nec fuit domus pia, aut persona in ciuitate & dicecesi miseratione digna, cui in dote & alimentis exhibitione non succurrerit. Non humilis, sed ipsamet humilitas. Postquam reliquias earundem sanctarum puellarum, & Ecclesiam natiuitatis suæ donis plurimis muniuit, & vbiq; bona in finita largitus est, ætate plenus annos centu circiter habens, omni virtute laudabilique exemplo viuendi repletus, anno domini millesimo cccclxxiiij. die sancti Gabrielis tunc vigilia Ramispalmarum mense Martio obdormiuit in Domino: sepultus ante altare maius suæ ecclesiæ & sponse, coruscans miraculis. ¶ Vnu est quo sola Gallia gaudet, quia monstrorum fuit semper nescia, vt diuus scribit Hieronymus contra Vigilantium hæreticu, parte prima, tracta. secundo, epistola decima, incipiente: Multa in orbe monstra, in quibus generata sunt. Centauros & Sirenas, Vlylas, & onocrotulos in Esaia legimus. Iob Leuiathan, & Behemoth mystico sermone describit. Cerberu & Stympthalidas aprumq; Erimanthiu, & leonem Nemeu, chimera atq; hydrum multoru capium narrat fabulæ poetarum. Cacu describit Virgilius triforem. Geryonem Hispania prodiderunt. Sola Gallia monstra non habuit, sed viris semper fortibus & eloquentissimis abundauit: hæc ille. ¶ Vterius dico, quæ cessante omnimoda parentum dispositione, & coitus in ordinatione contingere posse interdum, quæ partus assimilaretur patri totaliter, aliquando matri, aliquando vtrique; scilicet partum genitorum, & partum genitrici. Nam quoties semen matris superat & vincit semine patris, tunc puer totaliter assimilatur matri, & contrariè. Et si semine in parte vincit, & in parte matri, tunc puer in parte assimilatur patri, & in parte matri. Quia si menstruu & materia fœtus, quam mater præbet, trahit ad se semen operationis spermatis, quod pater præbet, tunc erit similitudo ad matrem in corde & complexionem, & in cæteris assimilabitur patri, aut conuerso. Et tunc partus erit similis patri in complexione & corde, & in cæteris erit similis matri. Ex quo videmus fratres pueros, fratres aliquos multu assimilari patri, & alios in totu matri, alios vero partim patri, & partim matri. Frequētius tū magis assimilantur patri quam matri, ppter imaginationem matris ad patrem in delectatione & bona dispositione patris in coitu. ¶ Et interdum assimilantur aui & proauis magis quam parētibus immediatis seu propinquo ribus, quia secundu Philosophum virtus auorum est potētialiter in cordibus parentu generatiu: aliquando propter similitudinem nutrimenti. Quibus causis fœtus formatur in similitudinem aliquoru auoru. Quæ similitudo secundum eum non excedit quatuor generationes. Cum secundu Albertu omnis virtus quatuor gradibus mensuretur, ergo & generatiua. Attamen vt idē dicit Philosophus, visum fuit aliquando puerum assimilari tali ascendenti, cuius à populo & seculo non est recordatio. ¶ Quare restat veridicam esse conclusionem Valerij, vbi supra, dicentis certam in his non esse naturæ legem. Sed species naturalium prout fortuita fors conceptionis obtulit, attribui. ¶ Alij autem dicere voluerunt per communem famam filiationem probari: quod non est verum, si alia non concurrant adminicula, secundum Salice. in l. j. ff. de testi. & plenè consuluit Alexand. in quarta parte consil. xxv. incipien. in causa vertente inter Antonium, &c. Ad quod facit

facit quod decidit Bartol. in suo tractat. de Guelphis 13 & Gebellinis. ver sic. circa quartum dico, quod per famam non potest quis probari Guelphus aut Gebellinus: imò est opus, quod sit natus Guelpho aut Gebellino. Quæ votis sufficere debent de probatione filiationis, quibus in tempore concurrunt maritus & alius, vel concubinaris & vagabundus: quia parit ut semper præsumitur & indicatur in meliorem partem. ¶ Si autem esset quæstio de filiatione, vbi mulier duos habuit successiuè maritos: vt quia mulier mortuo primo marito accepisset secundum virum, vel concubina secundum concubinarium, & post perisset in septimo, nono, aut decimo mense, quibus partus potest esse perfectus. l. septimo. ff. de statu hominum. iuncto §. mulier. & §. fina. in Authent. de restitut. & ea quæ parit in xj. mense. de quo plenè dixi super dicto verbo, *Et soboles quam gestabat in utero.* ita, quod partus potest esse primi vel secundi viri. certè putat Bartol. in dicta leg. Gallus. §. j. in fin. quod inspicienda sunt signa conceptionis, quæ ponit Roffredus in suis libellis, titulo de edicto, si mulier ventris nomine in possessum mittatur. Et si illa signa non apparent, tunc standum esset consuetudini mulieris, in quanto tempore consuevit parere, argu. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita. & l. vel vniuersorum. ff. de pignorat. actione. & l. j. §. bestias. ff. de postulan. & si de his non apparet, negotium esse committendum medicis decidendum, vel obstetricibus in arte illa peritis. l. j. §. j. ff. de ventre inspicendo. Et ex qualitate & conditione personæ potest medico persuaderi. Et si illud non apparet, recurendum esset ad illud quod frequentius accidit, secundum Bartol. vbi supra. quem ibi sequuntur Bald. Nico. de Neapol. Alexand. & Iason. & idem Bald. in dicta l. septimo mense. ¶ licet alij qui dixerint & malè, inter quos fuit Angel. quod talis filius indicari posset esse vtriusque mariti: & sic posse amborum vdicare hereditatem, per text. in lege, duo focij. ff. de hereditibus instituen. qui non obstat, quia posito, quod quis possit esse seruus duorum dominorum, & ab vtroque consequi libertatem: non tamen est possibile quem esse filium duorum. [Et sic quod supra dictum fuit de Minotauro, est potius fabula, quam rei gestæ veritas.] Nec hoc dicit ille text. nec dicere potuit, quia lex nunquam fingit super eo, quod est impossibile de natura: vt clarè dicit Bartol. in l. eandem rem. in prin. ff. de duob. re. & in l. is qui pro emptore. in iij. quæstione. ff. de vfucapio. Videatis glo. in capi. asserre. de præsumptio. Et cum his sint vobis expedita præfata verba, *Quæ filium ex eo suscipiens.* Et etiam alia equipollentia infra posita ibi: *Et filius suscipiens ex eadem, &c.*

Laus Christo Iesu domino nostro.

S V M M A.

- 1 Viduitas an & quando iudici alicui possit.
- 2 Nuptia prima prohiberi non possunt.
- 3 Mulierum munus præcipuum est concipere.
- 4 Ornamenta mulierum sunt liberi.
- 5 Nuptiarum ornamenta & diem appetunt femina.
- 6 Virginibus maior est fames libidinis quam alius.
- 7 Luxuriam facilius est accusare quam vitare.
- 8 Generare est naturalissimum homini.
- 9 Coeundi appetitus in puellis est furoris similis.
- 10 Iepte filia historia.
- 11 Conditio nuptias prohibens est contra naturam.
- 12 Virginitas suaderi potest, non imperari.

Viduitas nec viro iudici potest, nec mulieri.  
 Virilia cuiquā scindens tenetur lege Cornelia, de sicariis.  
 Circumcidens aliquem est reus lege Cornelia, de sicariis.  
 Facies & genitalia pro nullo delicto debent puniri aut deformari.  
 Castrans aliquē difficilius gratiā obtinet, quā homicida.  
 Castrari pro nullo delicto quis debet.  
 Castrans seipsum fit irregularis.  
 Eunuchorum triplex genus.  
 Matrimonij impediu habentur pro non adiectis.  
 Calamitas summa est decedere sine liberis.  
 Cœlibes olim puniebantur. & num. 24.  
 Lacedæmoniorum res de coniugio leges.  
 Liberorum generatiui plus studendum, quam voto religionis.  
 Matrimoniu ad tempus valiturum facere potest Papa.  
 Cœlestinus cum monacham matrimonium dispensauit.  
 Constantia imperatrix decrepita peperit.  
 Papa cum subdiacono dispensat pro matrimonio cum aliqua nobili.  
 Mutandis virginibus relictum, non potest dari religionem miranti, etiam Papa dispensante. & nu. 32.  
 Mandatum de soluenda dote puella non expirat morte mandantis.  
 Anna de sua sterilitate querela. nu. 35.  
 Viduitas nec masculo nec femine iudici potest, præsertim virgini.  
 Mulieres partus dolore nihil timentes appetunt nuptias.  
 Viduitatis conditio parere volens puella non auditur.  
 Inachi de Ischia in vaccam versa, lamentatio.  
 Filias religiofas facientes, ne inferioribus nubant, malè faciunt.  
 Liberi non solis parentibus, sed Republica nascuntur.  
 Donatio inter viru & vxore pro filia maritanda valet.  
 Viduitatem inducendi sunt quatuor iura consideranda.  
 Reipub. magis interest fieri matrimonia, quam testamenta seruari.  
 Iuramento quis astringi non potest ad non nubendum.  
 Iuramentum de non nubendo intelligitur de nuptiis illicitis.  
 Iuramentum remittens lex habet vim apostolicam.  
 Nubendi iuri tanquam publico renuntari non potest.  
 Consuetudo quod damnati ad mortem in matrimonium à meretricibus petant: an valet. & nu. 50 & 51.  
 Pena in matrimoniis iudici non debent.  
 Raptor mortis sententiam vitæ, si cum eo rapta contrahere velit.  
 Miscella lege quomodo tollatur viduitas conditio.  
 Mutiane cautionis forma.  
 Viduitatis conditio penitus rejicitur iure codicis.  
 Viduitatis conditio quomodo admittitur iure nouissimo.  
 Viduitatem seruanti relinquentes. 100. & non seruanti, 100 an valet.  
 Matrimonio primo plus fauent iura, quam alia.  
 Aetas nubendi.  
 Fœtus imperfecti ex immaturo matrimonio.  
 Germani ante vicesimum annu non contrahunt matrimonio.  
 Frisones castitatis amatores.  
 Castitas plurimum confert ad fortitudinem.  
 Nupta non censetur qua nondum est viripotens.  
 Maria virgo ante decimum quintum annum concepit.  
 Pygmaei anno ætatis quarto generant.  
 Salomon & Achaz anno undecimo genuerunt.  
 Vita hominum quare olim diuturnior.  
 Sal quare aspergatur super ciuitatibus ob delictu diuitiu.  
 Nuptia hodie quare magis, quam olim accelerentur.  
 Genes varia diuissimè viuentes.  
 Dies vnus sex mensium.

- 74 T aproba in fula. homines quales.
- 75 Ioannes de temporibus vixit annos C C C L X I.
- 76 Concupiscentia motus naturales an essent in primis parentibus.
- 77 Concupiscentia primus motus in genitalibus membris.
- 78 Fide domini maritanda quid debens vasallus, intelligitur de primo matrimonio.
- 79 Dorandis mulieribus bona relicta non debent dari viduis nubentibus.
- 80 Secundi matrimonij uxori aut liberis non potest plus relinqui quam vni ex primis.
- 81 Mulier eum praelegit qui eam deflorauit.
- 82 Viduam ducens iurgia querit.
- 83 Virginem etiam vetulam ducere praestat, quam viduam adolecentem.
- 84 Britannorum olim in coniugijs consuetudo.
- 85 Viduitas iudici non potest maritatu, si non fuit cognita.
- 86 Vidua non censetur, que non fuit cognita.
- 87 Viduitatis conditio in quibus casibus non reijcitur.
- 88 Filia instituta si nubat ad consilium Titij, an valeat.
- 89 Nubere debens de consilio vel consensu Titij, quomodo intelligatur.
- 90 Consensus alterius requisitus impedit libertatem mat. non tamen consilium.
- 91 Consensu cuiuspiam ad matrimonij requisitus, si sine causa consentire recuset, compelli potest.
- 92 Conditio si vsque ad sexagesimū annū nō nubat, reijcitur.
- 93 Testator praecipere non potest, ut heredes perpetuo in communionem maneat, sed bene ad tempus.
- 94 Relictum si non nubat cum tali, an valeat.
- 95 Viduitatis conditio non reijcitur favore pia causa.
- 96 Libertas est favorabilior matrimonio.
- 97 Viduitatis conditio, si tertius quidam non nubat, non reijcitur. & nu. 98.
- 99 Paria sunt quid fieri contra aliquem, aut contra suos.
- 100 Relictum alicui quando vidua erit, valet.
- 101 Legatum puella factum dum nupta erit, primis nuptijs valdatur.
- 102 Legatum si vidua remanebit, quomodo intelligatur.
- 103 Legatum filijs que vidua fuerit intelligitur de futuris.
- 104 Testamenta sicut & leges verificantur in futuris.
- 105 Viduitas indicta ei qui semel contraxit, non est nulla.
- 106 Viduitatem ob quatuor causas honestum est seruare.
- 107 Viduitatem non seruans praesumitur minus casta.
- 108 Viduitatem olim seruantes, ut virgines coronabantur.
- 109 Viduitatem seruans praesumitur plus dilexisse virum.
- 110 Viduitas ob securitatem & libertatem seruanda. & nu. 111.
- 112 Orationis tempore abstinendum a matrimoniali copula.
- 113 Sacerdotes olim tempore ministerij abstinebant ab vxoribus.
- 114 Eucharistiam recepturi solent triduo ante & post ab vxoribus abstinere.
- 115 Diebus festis olim a venere abstinabant.
- 116 Venerei actus contemplationem impediunt.
- 117 Cygnus post coitum se lauat.
- 118 Amazones tribus tantum mensibus miscuntur viris.
- 119 Brachmane femine tantum quadraginta diebus inunguntur viris.
- 120 Amazonum gesta & origo. num. 121.
- 122 Nuptia secunda sunt quasi fornicatio, nec benedicuntur.
- 123 Viduas non nubere interest. Reip.
- 124 Viduitatis seruanda exempla varia.
- 125 Iudith vidua encomium. & nu. 126.
- 127 Viduarum cause privilegium.
- 128 Vidua propter tria sunt tristes.
- 129 Traiani pietas, & ab inferis reuocatio. & nu. 130.
- 131 Lecto viduae legato, peti nō potest lectus pomposus. & nu. 132.
- 133 Accessorium pretiosius sequitur ad minus pretiosum.
- 134 Vidua privilegio adeundi principem non possunt renouare.
- 135 Arthemisia regina ad virū defunctum admiranda amor.
- 136 Mausoli sepulchri, vnum de septem mundi miraculis.
- 137 Mausolea quare sint dicta sepulchra.
- 138 Vidua vitium iure mariti, vbi est eius fauor, alijs secus, & nume. 141.
- 139 Fundus dotalis etiā sol. matr. non alienatur, favore vidua.
- 140 Vidua doctorum non soluunt tallias. & nu. 141.
- 142 Homagium a marito factum prod. est vidua.
- 143 Viduam a testatore relictam tenentur haeredes alere, etiā post annum luctus.
- 144 Acquisita per viduam an censeantur de bonis defuncti acquisita. & nu. 145.
- 146 Vidua est in sepulchro mariti sepelienda. & 147.
- 148 Vidua tenetur laborare haeredibus eam alimentibus.
- 149 Vidua quid haeredes debeant.
- 150 Adorum vxores sepeliri cum viris petunt & cremari. & nume. 151. & 152.
- 153 Oenones in Paridem fidelis amor. & nu. 154.
- 155 Didonis castitas.
- 156 Cymbricarum mulierum facinus.
- 157 Viduitatem seruant belluae & aues.
- 158 Tururis natura.
- 159 Brachmane viduitatem inchoant viuente viro.
- 160 Armeniorum presbyterorum vxores non renubunt.
- 161 Caruarium an sit licitum.
- 162 Consuetudo excusat in foro contentiosa, non in foro conscientiae.
- 163 Multitudo delinquentium facit mitiorem poenam.
- 164 Multitudinis maior pars sunt stulti.
- 165 Multitudine delinquens soli principales puniuntur.
- 166 Multitudo quando facilius erret, quam vnus.
- 167 Privilegium alicui & liberis concessum, competit etiam filie viduae.
- 168 Iurare debet que de non nubendo, ut habeat relictum sub condicione viduitatis relictum.
- 169 Continentia mulieri indicta, idem est, quod viduitas.
- 170 Relictum mulieri si cum liberis maneat, viduitate inducit.
- 171 Relictum mulieri si castè & honestè viuat, an inducat viduitatem.
- 172 Castitas viduae indicta licet nuptias impediatur, non tamen ingressum religionis.
- 173 Habitus non facit monachum.
- 174 Titij Linij fama.
- 175 Honor ex veste non estimandus.
- 176 Vidua non est ex vestibus iudicanda.
- 177 Vidua secundum morem patriae vestiri debet.
- 178 Aestiuam vestis mense Aprilis debetur, & hyemalis mense Septembris.
- 179 Festam aestiuam & hyemalem quo tempore sumant Francorum reges.
- 180 Vestium honestas aliquid confert quo ad vulgi opiniones.
- 181 Hypocrita praesumitur, qui honesto vestitu vi negligit.
- 182 Vidua debet vestiri expensis haereditatis.
- 183 Vestes que sint viduae, & que haereditis.
- 184 Vidua lugere non debet virum qui seipsum occidit.
- 185 Castè & honestè dictiones viduitatem quando inducant, & num. 186.
- 187 Iniuria sit defuncto per secundas nuptias.
- 188 Vidua nō habentes prole honestius possunt secundò nubere.
- 189 Matrimonium secundò contrahens videtur facere contra naturam.
- 190 Bigamiam primus induxit Lamech.
- 191 Vidua annum luctus pudice non seruantes puniuntur.
- 192 Vidua intra annum luctus nubens non est infamis iure Canonico.

Vir non

- 193 Vir non potest remittere mulieri poenas intra annum luctus nubenti.
- 194 Vidua nubens relictum non perdit onerosum.
- 195 Excommunicatio licet prohibeantur omnes actus ecclesiastici, nihilominus tenetur horas dicere.
- 196 Honestè & castè viuere quomodo intelligatur mulier.
- 197 Viduitatis conditio iure civili probata non corrigatur iure canonico.
- 198 Relictum mulieri purè factum an perdat per transiitum ad secunda vota.
- 199 Mulier transiens ad secunda vota habet solum r. s. in usufructum relictorum sibi a priore marito.
- 200 Vidua fornicans perdit relictum a marito.
- 201 Vidua an dote priuatur & parafernis ob stuprum.
- 202 Vidua luxuriose viuens non retinet domicilium primi mariti.
- 203 Vidua fornicans an perdat tutelam, filiorum successione, & testamenti executionem. & nu. 204.
- 205 Mulier renubens an perdat lucrum a statuto ei delatum.
- 206 Mulier renubens nihil perdit, si maritus hoc ei permisit expressè vel tacite. & nu. 207. 208. & 209.
- 210 Vidua renubens de licentia filiorum nō perdit proprietatem relictum.
- 211 Relictum filia vel extranea sub condicione viduitatis expressè vel tacite, an perdat per secunda vota. & nume. 212.
- 213 Castè & honestè non viuunt, que nubunt ignominiose.
- 214 Statuta, quod agnati matrem excludunt, quare introducta.
- 215 Temigo Dem quid.
- 216 Mulieres cum vtilioribus semper adulerant.
- 217 Matrimonium iuuenis cum vetula periculosum.
- 218 Vitule coitus venenosus.
- 219 Mulier tertio nubens perdit relictum.
- 220 Mulier tertio nubens non dicitur castè viuere, cum matrimonium sit vitiosum. & nu. 221. & 222.
- 223 Matrimonij quartum, quintum, & vltimum si contrahitur, non est detestandum, neque a Deo reprobatum.
- 224 Mulier ius vltimi mariti retinet.
- 225 Anna beatissima gloriosa virginis mater, post Ioachim duos viros habuit. Matrimonium secundum nō esse bonum quomodo intelligat diuus Thomas super quarto sententiarum. sub. 267.
- 226 Abraham post obitū Saræ, Cethuram duxit in uxorem.
- 227 Conditio, si castè & honestè vixerit, infringitur transiitio ad secundum vel vltimum matrimonium.
- 228 Mulier si fornicatur perdit relictum.
- 229 Virgines semper seruanda, & nunquam interficienda.
- 230 Chilperici Francorum regis iniquitas.
- 231 Cadurci populi vnde sic appellati.
- 232 Carnificum Cadurci vrbis in episcopum sanctitia. Deo cum sit dicata virginitas, ideo nusquam virgines occidibent. sub num. 231.
- 233 Virgines si pudicitiam seruare velint non stent otiose. Fecunda nauis dissiute comparatur, sub num. eodem.
- 234 Virgines nonnunquam se vi violatas dicunt, que modicis tamen verbis obediunt. & nu. 235.
- 235 Publy Mauy in conseruanda filia sua virginitate diligentia.
- 237 Romani pudicitiam omnibus rebus praetulunt. Causa viuendis que sint, sub eodem.
- 238 Virgines oppressionis causam si dederint, virginitatis privilegium non retinent.
- 239 Saxonū lex fuit, ut virgo sponte deflorata, vna sepeliretur.
- 240 Daphnes Penei filia, in Laurum maluit transfigurari, quam virginitatem perdere.
- 241 Corona laurea virgines ornari solebat.
- 242 Filia Celsa, cum violenter patre absente oppressa essent, mutuo se occiderunt.
- 243 Minerva vltima ut virginitatem seruaret, Pallanē eunt patrem occidit.
- 244 Vi ac violenter corrupta ut virgo suscipitur.
- 245 Testimonium virginum praevalet testimonio viduarum.
- 246 Testimonium viduarum aliquando praesertur testimonio virginum, ut in causis criminalibus, & c. & nu. 247.
- 248 Testes deponentes per verbum, credit, an sufficiēt probent.
- 249 Mulieris si deponat pro accusato, earum testimonij praesertur testimonio masculorum.
- 250 Haereticus creditur si deponat pro accusato.
- 251 Testimonium domesticum quando probet.
- 252 Paucis affirmantibus plus creditur, quam pluribus negantibus.
- 253 Semiplena probatio, quod accusatus hominem non occidit, confundit plenā probationē accusatoris de homicidio.
- 254 Presumptio debilis pro accusato confundit maiorē praesumptionem pro accusatore. & nu. 255.
- 256 Testimonium fratris iuuat fratrem, in causa haeresis.
- 257 Frater fratrem suum in testem adducere potest contra procreatorem fiscalem.
- 258 Innocentia vel excusatio ut probetur, non requiritur quod testes sint omnino integri.
- 259 Accusatus de homicidio quando ex confessione puniendus est poena mortis.
- 260 Secundae literae in regno Francia conceduntur impetranti si casum in prioribus positum non possit probare, & c. ut in num. 261.
- 262 Consciens hominem occidisse, sed ad sui defensionem, existat saltem poenam mortis.
- 263 Vulnerati duo si reperiantur, vnus viuus, alter mortuus, si nō constet quis fuerit aggressor, viuus videtur absoluentus.
- 264 Mulier rapta si sit meretrix, raptor non tenebitur poena capitis.
- 265 Puella semel tantum a viro cognita comparatur meretrici cuius raptor puniri debet non poena raptus, sed crimine iniuriarum arbitrio iudicis. & nu. 266.
- 267 Concubinā rapiens qua nomen matronae nō perdidit, puniuntur. 225.
- 268 Raptoribus etiam meretricum quando sit imponenda poena mortis. & nu. 269.
- 270 Poena mortis arbitrari potest in poenis arbitrarijs.
- 271 Meretricem rapiens iam poenitentem, puniunt, ac si raperet mulierem qua nunquam peccauit.
- 272 Raptus maritata meretricis etiam publica factus in domo mariti criminaliter est puniendus.
- 273 Meretrix praesumitur reducta ad meliorem vitam frugem, si cum honestis parentibus se retraxerit.
- 274 Malus non praesumitur malus, si post delictum honestè triennio vixerit.

Qui cum alia matrimonium contrahens.

**Q**ui iste Adiecta eius vxore praemortua, secundum matrimonium cum alia contrahendo, non perdidit haereditatem, in qua vxor sua purè & simpliciter ipsum haereditatem instituerat: nulla conditione aut modo seu causa viduitatis adiecta: Si autem ipsum, si non nuberet, haereditatem instituisset, certè nubens postea haereditatem perdidisset, vi fo quod aliam habuerat vxorem, nec talis conditio viduitatis reiecta fuisset ab haereditis institutione aut legato



gato. Secus [Illa quæ nūquā nupsit verè & propriè dicitur vidua quasi sine duitate fœmina, vt habetur super verbo. Cuidam Petro tradiderunt.] si nunquam nupsisset. Quo casu viduitas viro aut mulieri, indicium non possit: quinimò indicia haberetur ipso iure pro non indicia & adiecta: institutioque remaneret pura & etiā legatū. Est enim conditio indicens viduitatem talis naturæ, vt vitietur, & non vitiet: & sic semper reiciat siue tacita sit siue expressa, directo vel p obliquum. J. hæres meus. §. fi. & l. hoc modo, vbi sunt text. optimi secundum Ang. ff. de cōdi. & demō. ita qd ipse hæres haberet pro purè instituto: nec nubēdo hæredi tateē perderet aut legatū. ¶ Cum primæ nuptiæ prohiberi nō possint. l. ij. & Auth. cui relictu. C. de indicia. viduita. Felix quidē, & beati vtriq; contrahenti primū matrimoniu. In Auth. de nuptiis. §. soluto igitur matrimonio. iij. coll. maximè mulieribus, quas natura produxit ad concipiendum generationē: quibus intuxit concupiscentiā & matrimonij desiderium, secundū Bald. in dicta l. ij. [Idē clarè mōstrauit Deus redēptor noster, qui de virgine ex primo nata Annæ cōiugio nasci voluit, & non de secundo cū Cleopha, ne tertio cū Solome contractis matrimoniis: vt infra habetur.] Vnde dixit text. in l. quæritur. ff. de ædil. 3 edi. ¶ qd mulierū munus maximum & præcipuum est concipere, & tueri conceptum. Et Valerius lib. iij. titu. de paupertate, maxima ornamenta esse matronis liberos educare: imò res nuda dicitur mulier sine partu. Cui possit iure dici illud iij. Aeneid. Nec dulces natos Venereis nec pramia noris. Vnde refert vbi supra Valeri' apud Pompeium Rufum, collectorum libro sic inuentum: Cornelia Gracchorū mater cūm Cāpana matrona apud illam hospita ornāmēta sua pulcherrima seculi illius ostenderet, traxit eā sermone quousque de schola rediret liberi. Et hæc, inquit, ornamenta mea sunt. ¶ Pia & recta illa mulier quibuscūq; liberos prætulit. ornāmētis atque diuitiis: rectè cōsiderans mulierē se nudā sine partu. ¶ Præterea puellas videmus vestibus, ornamentis, ac iocalibus letari; illaq; naturaliter appetere, quibus die nuptiarū maximè ornātur. [Vt plenè dixi super verbo. Cuidam Petro tradiderunt. ibi rationē ponens.] Aded qd diem illam velut præclarā & celebrē summè desiderat: vt etiam in choris & tripudiis tūc fieri solitis cum sodalibus lætentur, maritorūque dignitate, quæ in cas eo ipso trāsunditur, decorentur, & dominæ vocentur. l. fœminæ. ff. de senatoribus. Nec non mutuo amore & coitu eis naturaliter insito fatientur, & effectum matrimonij cōsequantur, quia secundum Hieronymū in epistola ad Oceanum de vita clericorū: Ferreas mentes libido domat, & quæ maiorē in virginibus patitur famē, dū dulcius putant omne quod nesciūt. volūt enim fœminæ imò cupiunt naturaliter matres fieri, & sic filios procreare. capit. j. de friggi. & malefi. Præsertim Italicæ & inter cæteras puellæ Senenses simplici spongi appetunt. Et Papienses nō refutant eū, vt dicit Bal. in cap. pen. vlti. col. de probat. ¶ Blandum enim malum est luxuria, quā accusare aliqūatō facilius est qd vitare, dicit Valerius lib. ix. titu. de luxuria. Et nō sine causa, quia secundū naturā est: imò dicit Philosophus in ij. de anima, qd generare est opus naturalissimū: quo cessante recedunt sæpe à viris fœminæ. Ita qd multoties cupidine sobolis procreandæ, cūm liberos suscipere nō possunt, velut furibūdæ obsequia maritis præstare denegāt, & viri vxoribus ac plerūque dato libello repudij ab eis recedūt. l. si cūm dotem. §. si nautē. & §. si maritus. ff. soluto ma-

trimonio. Et fuit hæc olim in vrbe Romana primū repudij causa, non tamen laudanda, vt Valerius refert lib. ij. tit. de institutis. cuius historiam habuistis super verbo. Cuidam Petro tradiderunt. tractando de amore coniugū indiuiduo. Quamobrē dicit Apollolus. j. ad Timotheū v. Volo iuniores nubere, filios procreare, & matres familiās esse. Nō igitur sine causa Senenses cupiūt nubere: sed Deo gratias, sunt hodie oēs fœminæ Senenses virum appetentes & conceptum. Nam tantus est in eis appetitus naturalis amplexus, cūm pubertas crescit in puellis, vt sit furor similis secundum Cynū post Aristotelē in l. curatorē. C. de interd. matrimo. inter pupil. & tut. Quæ fuit ratio propter quam, tam in fœminis quā in masculis acceleratur matrimoniu, vt citius nubere debeant: quū aliud nō cogitent die ac nocte, maximè virgines quibus plus infixā est cupidō nubendi, quā aliis amore suscipiendæ prolis. ¶ Ex quo filia Iepthe per patrem (vt voto satisfeceret) sacrificanda, suam virginitatem quam perdere, & dulcia gustare matrimonialiter vt cæteræ, cupiebat, & occidēda nō poterat, bino mēse montes cum sodalibus circumeundo deslein: vt habetur Iudicum xj. prope finem. Cui conuenit poeti-cum illud dictum allegato Aeneidos libro quarto: Cogitur & supplex animos submittere amor. Ne quid in expertum frustra moritura relinquat. Et inde videmus puellas vix annales instinctu quodam naturæ quā primū brachia mouere possunt, de panniculis infantulos facere, ac si eos peperissent pascere, in cunabulo reponere, ac cætera nutricis officia exercere. ¶ Ex quibus clarè videtis conditionem nuptiarum negatiuam esse contra naturā: quū per matrimonium præstetur humano generi immortalitas, & cōseruetur elegās genus humanū, in Authen. de nuptiis. §. j. vt dixi super dicto verbo. Cuidam Petro tradiderunt. Et sic cōditio nuptiarū prohibitua est naturæ humanæ destructiua. Et cōsequenter habetur p nō adiecta: præsertim virginibus. ¶ Nam virginitas sola est quæ suaderi potest: sed imperari non potest: quia res est plus voti qd præcepti. xxxij. q. j. integritas. iuxta illud Apolloli primæ ad Corint. vij. De virginib; inquit, præceptū nō habeo: consilium autē do. Vnde sic ait de virginitate Hierony. Ideo plus aliis amat virgines Christus, quia ei sponte tribuunt quod sibi non fuerat imperatum: maioris enim est gratiæ offerre quod non debes, qd reddere quod tenetis: quasi velit virginitatē nō ligari quocūq; præcepto matrimonij exclusiuo, si virgo ipsa nō se excluderit. ¶ Et sic conditio viduitatis fœminæ adiecta reicitur, ita etiam si masculo indicetur, vt dicta Authē. cui relictu. cū masculi pariter naturali affectu dignitate nuptiarum filios habere desiderant legitimos. l. si is qui. C. de capti. & postlim. reuersis. quod est: nō potest sine nuptiis. instit. de patria. pot. sta. in prin. Iuppiter profecto, vt Seneca in Tragediis inquit, hac arte scilicet nubendi genus reparauit humanū: si dicirco graui pœna scilicet legis Corneliæ, de sicariis, Lex ciuilibus punire voluit, abscisis virilibus facientes eunuchos, qd inimici dicuntur ac naturæ destructores: quum sic matrimonia impediunt, & liberorū procreatione cōtra naturam homines priuent, bonis confiscatis & pœna capitali, ac si hominem occidissent, plectendi. l. iij. §. qui hominem. & l. lege Cornelia. §. cōstitutum. ff. ad legem Corn. de sica. ¶ Quia pœna etiam puniuntur ille qui nō castrauit, sed puerum aut virum præputio virgæ virilis circuncidit, vt faciunt Iudæi in eodem titu. text. est singularis in l. circuncidere. illo eodem titu. clarè

clarè demonstrans genitalia membra non esse quouis modo lædenda: in quo crimine sicut in læsa maiestate, pro eodi potest etiam capitaliter contra absentem. l. j. & ij. C. de Eunuchis. ¶ Imò sicut quis pro delicto non potest puniri in facie ad instar cœlestis pulchritudinis figurata. l. in metallum. C. de pœnis. sic nec genitalium abscisione est torquendus, quia non reperitur in iure permilla talis punitio, sed prohibita: ¶ ita, quod difficiliter dispensaret princeps cum castrantibus, quā cum occisoribus: vt exemplo vidi-mus in curia Senescalli Caturcensis, anno domini millesimo quadringentesimo lxxxij. Ex quibus summè detestatur mos & cōsuetudo quarundam regionum, de quibus habetur in mari historiarum, narrando gesta tertie atatis, & terræ sanctæ: in quibus pro latrocinio morte non digno castratur latro: etiam si conuictus existat. [Sic factum fuisse de Carbone, Actio & Pontio in adulterio deprehensis refert Valerius libro sexto, titulo de Pudicitia: tamen illi castrati de facto propria & priuata autoritate fuerunt, & non ordinatione iustitiæ.] Ex quo fit, quod sunt ibi tantæ meretrices: quia castratis maritis, alteri nubere non possunt, nec etiam continere: ¶ idē non fuit hoc sine causa prohibitum. de quo per Thomam in ij. secundæ, quæstione lxxv. articulo primo. ¶ Quinimò si quis etiam voluntariē se castraret, & testiculos abscinderet, vt lubricum carnis pro bono virginitatis aut castitatis vitaret, efficeretur irregularis: nec ad sacros promoueri posset. quinquagesima quinta distinctione, capitu. Eunuchus. cum capitu. sequentibus. & in capitulo, significauit, de corpore vitia. Nec obstat quod dicitur xxxij. quæstione septima. can. omnes. in fin. Beati qui se castrauerunt: quia intelligitur de se castrantibus sola mente & voluntate, totaliter se ad castitatem dedicando, vt faciunt religiosi: ¶ quum Eunuchorum triplex sit genus. Primum est Eunuchorum naturalium, qui naturaliter nati sunt frigidi, & ad coitum impotentes, qui propriè dicuntur castrati, id est, casti nati. Alij sunt Eunuchi per sectionem, quibus virilia fuerunt abscissa ferro vel spata, qui spado-nes dicuntur. Institu. de adoptio. §. sed & illud. Alij verò sunt de quibus dixi, qui voluntariē se castrant, id est, castitatem voverunt, de quo latius per Lucam de Penna, in l. iubemus. C. de præpos. sacri cubili. libro duodecimo. & glo. super prologo in Euangelium secundum Marcum, in fi. ¶ Omne ergo & quocūque impedimentum quo matrimonium tollitur vel impeditur, pro non adiecto habetur: quum sit contra votum & naturam hominum. ¶ Nec maior potest calamitas accedere viro aut mulieri, quā sine liberis ¶ mori. Vnde summus ille Mercurius. [Sic ex septem sapiētib; Græciæ fuit vnus de primis, qui Aegyptiis leges tradidit. vij. distinct. capitu. Moyse.] Trimegitus in quodam sermone ad AEsculapium medicum. Præstans, inquit, in vita censeatur id studiū, atq; ipsum apud sapientes præcipuum, procreatio liberorum. Extrema verò omnium calamitas & impietas accidit ei, qui absque liberis è vita decedit. Hæc ille. In signū cuius & Babylonem iratus Deus propter peccata: Sterilitas, inquit, & viduitas venerunt tibi, id est, carentia liberorum, & priuatio domini. Eiax xlvij. Nec obstat, quod dicit Apollolus ad Galatas iij. Lætare sterili, quæ non parit. Eiax liij. qd nō facit ad propositum, non loquitur de muliere sterili: vt litera sonat, sed de Ecclesia gentilium tunc sterili, quæ per

aduentum Christi facta fuit fecunda, secundum allegoriam, qua ibi vitur. ¶ Imò lege antiqua. [Benedixit antiqua, quia hodie iure nouo illæ pœnæ cessant. per l. j. & ij. infra allegatas.] ciuili in cœlibatu viuentes, id est, non nubentes, nec prolem suscipientes, qui cœlibes quāsi cœlestem vitam ducentes dicuntur, puniebantur, quia capere non poterant ex mortis causa donatione, & de relictis mulieri, liberis carenti, fisco decimam capiebat. l. j. & ij. C. de infirmam. pœnis cœliba. Et censores Romani. Valerio lib. ij. titulo de censoria nota. referente, bona seu æra eorum, qui ad senectutem cœlibes peruenierant, fisco tradebant Reipublicæ, quam continendo & liberos non procreando offenderant, profutura. Et si conquerebantur, pœna duplicabatur, & vterius summè increpabantur. Camillus (inquit vbi supra) & Posthumius censores, æra pœne nomine, eos qui ad senectutem cœlibes peruenierant, in ærarium deferri iusserunt, iterum puniri dignos, si quo modo de tam iusta constitutione queri sunt ausi. ¶ Cū in hunc modum increparentur videlicet cœlibes. Natura vobis quemadmodum nascendi, ita gignendi legem scribit. Parentesque vos alendo, nepotum nutriendorum debito (si quis est pudor) alligauerunt. Accedit etiam his, quod in fortuna longam præstandi huiusce muneris vacationem estis assecuti, cū interim consumpti sunt anni vestri, & mariti & patris nomine vacui. Itē igitur, & nodosam exolutæ stipem, id est, pecuniam multis nodis in vestro sacculo clausam, vitem posteritati numerosam, id est, posteris multi numeri alienis, postquam de vestris Reipublicæ non prouidistis. Hæc ille. Ideo non absre ¶ Laccædonij tres de coniugio leges tulere. Prima damnabat eum, qui vxorem non duceret: quā legem Romania vetus prudentia imitari voluit, & pœnam censoriam triplicibus ingessit, vt videtis. Secunda damnabat illum, qui sero nubebat. Tertia, qui non bene nubebat: quod quando fit, habuistis plenè super verbo, Cuidam Petro tradiderunt. Ex quibus omnibus non ineleganter decidit Bal. in l. si pater. §. in arrogationibus. ff. de adoptionibus. ¶ quod magis studendum est generationi filiorum, quā voto & ingressui religionis: sicut natura plus studet generationi, quā intellectu: quia magis curat de esse rerum, quod de substantia ipsarum, vt dicit idem Baldus in leg. filium. in principio. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. Aded quod filius Regis vnicus monasterium intrando peccaret, nec mereretur apud Deum. Imò Papa ed tunc si iam ingressus fuisset, dispensare posset, quod vxorem caperet, ne Regium nomen pereat: ¶ quum de plenitudine potestatis facere possit matrimonium durare ad tempus, donec monachus prolem haberit, vt plenè per Ioannem Andream, in regula actus legitimi. & capitulo, semel Deo dedicatum. de regulis iuris. libro sexto. in mercurialibus. ¶ Prout fecit Cœlestinus tertius, Pontifex Romanus, circa annum Domini millesimum centesimum nonagesimū quartum, qui vir fuit per omnia bonus & optimus: & qui suscepto Pontificatu Henricum Imperatorem coronauit, atque ei Constantiam monacham Gulielmī Siciliæ Regis, tunc sine liberis defuncti, filiam desponsauit. Hæc autem patre sanctissimo, & optimo Rege mortuo, nemine præter se legitimo regni hærede superstitite, cū iuuentutem omnem peregisset, iamque facta videbatur anus, sumpsissetque post patris obitum Tancredus quidam Regium dyadema, cōiutum est, vt

est, vt facinoribus procerum omne regnum in exter-  
minium traheretur. Quamobrem quibusdam regno  
& populis compatiens menti incidit Constanti-  
am istam alicui magno Principi in coniugem da-  
ri, vt eius ope atque potentia pestiferi tumultus seda-  
rentur. Ita obtentum est, Caelestino Pontifice consen-  
tiente, videlicet vt Constantia nubere: licet in pro-  
fessionis proposito immobilis staret, & aetas annosa  
obstiteret videretur. Sed cum aded res processisset,  
Henrico praedicto Imperatori tandem desponsata  
est, & imperatrix facta nuptiale conscendit. Torum  
quinquagesimum & quintum agens annum rugosa  
concepit, & iam quasi decrepita infantem peperit, vi-  
delicet Federicum secundum. Vt propterea haec Con-  
stantia, si aliquo alio merito vnquam esset extollen-  
da, isto tamen vnico praeter naturam partu, per vnuer-  
sum orbem conspicua & commemoranda facta est.  
Haec Bergomenfis, libr. xij. Ad praemissa facit, quod  
30 si Papa cum subdiacono dispensaret contemplatio-  
ne alicuius nobilissimae dominae, quod possit eam  
in vxorem ducere, compellatur praecise iam ea ma-  
trimonium contrahere, vel abstinere. I. matrimonij  
causa. ff. de ritu nupt. facit I. matrimonij causa. ff. qui  
& a quibus manusi lib. accip. secundum Ludou.  
Roma. singulari. 596. incipi. an subdiaconus. Et hoc  
est ne remaneat innupta. Nec posset ille diaconus al-  
teri nubere, per ea quae notat Bald. in l. ij. circa fin. C.  
de aedilic. action. quia dispensatio hoc casu iudicatur  
personalis. Quae omnia tolerantur religione postpo-  
sita fauore procreationis liberorum. Ad quod facit  
quod decidit idem Bald. in Authent. nisi rogati verfi.  
31 Et per hoc soluitur quaestio. C. ad Trebel. quod ex-  
ecutores deputati ad virgines maritandas, non possent  
pecunias ad illum actum dedicatas dare virgini Deo  
profidenti, & monasterij intranti. Quia virgines mar-  
itare est pia causa, quae per alium pium vsum exclu-  
di non potest, nec in alium vsum quantumcunque  
pium potest tale relictum conuerti: quia legitima vo-  
luntas non pertinet ad arbitrium alicuius, vt tenet  
Bald. in l. j. in fin. C. de his, quae pene nomine. dicens  
sic fuisse aliam consulum per collegium Bononiense,  
tam decretistarum, quam legistarum, secundum Iaco.  
Butriga. in l. si quis ad declinandam. C. de Episcopis  
32 & Cleri. Vnde per rationem per eum expressam,  
sentit Bald. tale relictum non posse etiam per Papam  
alterari nec commutari: quia intendit in fauore maxi-  
me procreandae, & longe forsitan duraturae ac gignen-  
dae sobolis: quae quocunque alio actu aestimari non  
posset etiam pio. Imo vita hominum, qui matrimo-  
nio producuntur, est rebus quibuscunque licet sacris  
praeferenda. I. sancimus. C. de sacrosan. eccl. Et sic Pa-  
pa nihil hoc casu potest, quicquid dicat generaliter  
loquendo, Cle. quia contingit. de religio. domibus, vt  
plene dixi super verbo, Reliquit. Praeterea si filiam  
quis in mille ducatis instituerit, si nubere, & in quin-  
gentis si monasterium intret: postea monasterium  
intrando non habebit mille ducatos, quos habuisset  
si carnaliter nupsisset, sed solum quingentos secun-  
dum communem obseruantiam, & naturalem aequi-  
tatem: vt dicit Bald. in dicta Authen. nisi rogati. Nam  
eo tunc ex verbis testatoris clare constat patrem no-  
luisse dare filiae monasterium intranti mille ducatos,  
sed quingentos tantum. Et vbi testator seipsum  
glossat, non recurritur ad glossam legis, quae dotem  
simpliciter filiae relictam, si nubere, extendit ad spiri-  
tuales nuptias: vt dixi super verbo, Et dotem quam ei  
dederat. in principio. ad fauorem matrimonij, & li-

berorum inde procreandorum. Facit text. nota. in l.  
si ego. §. j. ff. de iure dotium. vbi dicit, quod licet man-  
datum morte finiatur mandatoris. I. mandatum. C.  
manda. tamen si suo quis procuratori mandauerit da-  
re & soluere dotem alicui puellae, poterit procurator  
ille mandatum exequi, etiam mortuo mandatore,  
[Idem in procuratore ad faciendum pacem constitu-  
tuto: vt habetur super verb. Mortuo itaque testatore.]  
per illum text. quem Bald. in dicta leg. mandatum, ad  
omnem piam causam extendit. Cum igitur tanta sint  
nuptiarum premia, pudor est faeminis illa non habere  
quibus haec sola causa est nubendi: vt diuus ait Am-  
brosius super Lucam ca. j. Imo est eis, & vtrique si xui  
praemio tali carere, propter quod nuptiae celebrantur,  
& carnalis coitus excusatur secundum eum. Addi-  
tio. Vnde non est sine causa illa sanctissima glorio-  
sa semper virginis genitrix Anna, suam & confortis  
sui Iochin considerans sterilitatem, & se opprobrio  
affectos publico, quod tanto tempore in sacro nuptia-  
rum foedere vixissent, & prolem non suscepissent, a  
qua posteritas seu profapia, quae fere sepulta iam erat,  
repleretur: & per quam post obitum sepelirentur, ac  
Deo pro ipsis munera offerrentur, dolens sine prole  
domum deserat, & opes in exteros venturas haere-  
des, nomineque cognationis in seipsis perire & arma.  
Et insuper virum aspiciens profugum, & exultantem  
velut maledictum inter infaecundos infaecundum,  
& qui populum Dei non auerat, continue ploras  
orabat. Cuius orationem metricè complectens Ba-  
ptista Mantuanus, Poeta nouissimus, Parthenices  
Marianae libro primo, sic dicit:

*Anna diu uanos, secum plorauerat usus  
Coniugij: sterilisque torum, tristisque hymenatum.  
Propterea dupl. celsaque manus. f. ontem que supinam  
Atollens: humilis speros ita voce precata est:  
Numina, quae regitis, caelisque & uoluitis astra:  
Vos penes est genus omne boni: vos omnia rerum  
Semina seruat: gremium telluris inane est,  
Et sine fruge solum, nisi sumat ab arboribus vires,  
Sive per astrorum cursus radiisque calentes,  
Sive Dei solo (qui temperat omnia) nutu.  
Veniens ad canos frigescentemque senectam,  
Et nostra sine prole dies abiere iuuenta.  
Longa inselicia thalami consortia sine  
Clandimus infausto. Vt pluribus exulat annis,  
Conspicuum hominum fugiens: domus orba magistro  
Fluctuat amisso ceu nauis in aquora clauo.  
Currimus in fatum taciti: que recedimus annis,  
Mortuque aetatis pars est iam maxima nostra.  
Pallida praeteritis spaciis mors occupat aui,  
Quod superest expectat hyems: iam plena meorum est.  
Terra cadaueribus, con sanguineisque sepulchra  
Vix capium: soli steriles seruamur in omne  
Dedeus: & certe breuis est felicitior aui  
Conditio: primò Dem induisse parenti  
Creditor: & fragili bene consiluisse senectae:  
Quum vetuit primos iterum decerpere fructus.  
Et fruges gustare quibus produceret annos.  
Nam quid longa dies homini, nisi longa dolorum  
Collumae, longi patientia carceris aui?  
Longior est cursus uita Labyrinthis, in ipsam  
Ex utero ingredimur: per limina mortis abimus.  
Progenies nec erit nostris, qui marmora signet  
Nominibus, deserta domus habebit, & istas  
Longani sudoris opes, quas legimus ambo*

Pluribus

*Pluribus obsequijs, haeres ignotus habebit:  
Nobiscum cadent nostri monumenta laboris.  
Cernite communes amborum numina curas,  
Et seruate genus: seruent se in stirpe parentes,  
Et sua natorum videant in vultibus ora.  
Sunt qui nos facie referant gestuque nepotes,  
Progeniemque suam, nostro de nomine dicant:  
Sint qui nos proauos numerent: & stemmata longo  
Lamine deducant: iteratque nomina ponant.  
Pignora longaeu concedite numina matri,  
Quae celebres ad vestra ferant altaria cultus.  
Talibus orabat sterili: gemitique sonoro  
Crebra dabat longos inter suspiria placentis.  
Audiit omnipotens, animamque in vota precisque  
Flexit, & in furo caluerunt viscera foetus:  
Caepit & humanos paulatim sumere vultus  
Semen: sensim transire figuram, &c.*

[Ex praecedenti querela clare resultant praemia so-  
bolis, & etiam tristitia incommoda carentia illius.] Vnde  
restat tantum esse nuptiarum & liberorum inde pro-  
creandorum fauorem, & quod indici viduitas alicui  
non potest masculo nec faeminae, praesertim virgini-  
bus, quas vt dixi, natura produxit ad concipiendum  
generationem, & quibus infixit concupiscentiam &  
matrimonij desiderium: & in quibus libido maiorem  
patitur famem: cum dulcius putant omne quod ne-  
sciunt, secundum Bald. & Hieronymum vbi supra.  
37 Nec timent quod eis in persona primae matris co-  
minatum est, Genes. iij. Multiplicabo arumnas tuas,  
& conceptus tuos. In dolore paries filios, & sub viri  
potestate eris, & ipse dominabitur tui. Nam respon-  
dent, & confidenter per tex. eodem capit. Ipsa contem-  
perat caput tuum, &c. Et sic futura non timent pericula  
cupidine nubendi excacatae. Sicut carnales libidine  
furentes vel auaritia orbat, non timent, imò nec ad-  
uertunt futura pericula inferni. Pariter videmus  
coniugatas mulieres etiam, quae prolem habuerunt  
non memores ante dolorum, sed ad plus concipien-  
dum vlcociter currentes, iuxta illud Ioann. xvj. Mu-  
lier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius.  
Cum autem peperit puerum, iam non meminit pres-  
surae propter gaudium: quia natus est homo in mun-  
38 dum. Plus dico, quod si mulieres quarum genus est  
auarissimum, sed si ego, iuncta glo. ff. ad Velleia. pa-  
rere vellent conditioni viduitatis timore perdeli re-  
relictum. [An iuri nubendi renuntiare filia possit j.  
dicitur, declarando circa hoc ius antiquum digesto-  
rum.] Certè adhuc interest parentum, qd nubant,  
iuxta illud Ouidij lib. j. Metamorph. vbi Peneus con-  
tra Daphne filiam suam Deo Apollini nubere recusante,  
Saepe pater dixit, Generum mihi filia debes: Saepe pa-  
ter dixit, debes mihi nata nepotes, &c. Et eodem  
lib. Inachus ad Io filiam a Dea Iunone zelotypa in  
vacca conuersam: videns quod homini nubere non  
poterat, dolendo tristis dicebat:  
At tibi ego ignarus thalamos tadasque parabam.  
Scilicet nuptiales.  
Spesque fuit generi mihi prima, secunda nepotum.  
De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus.  
Nec finire licet tantos mihi morte dolores, &c.

Quasi dicat, quod malebat filiae in vaccam conuer-  
sa dare maritum de grege, quam si innupta maneret:  
& ipse sine genero & nepote viueret, & sine posterita  
te dolenter moreretur. [Imò etiam interest mulie-  
rum potius portentosos & monstrosos contra for-  
mam humani generis concipere & parere filios,  
quam infaecundas remanere, & prole carere. I. quae-  
Tom. 3.

ret aliquis. ff. de verborum signific. per quam votum  
Inachi fundatur.] Quod facit contra aliquos, qui  
malunt filias tenere longissimo tempore innuptas,  
40 caque in perpetuo caelibatu permanere. Et mul-  
toties eas cogunt indeuote profiteri, & religiosas fieri,  
quam si eas nuptui darent viris conditionis inferio-  
ris: quod fuit saepe causa scandali, & damnum Reipub-  
licae: cuius interest liberos procreari, & ciuitates  
prole legitima repleti. I. j. ff. solu. matrimonio. Et quia  
solis parentibus non nascuntur liberi: sed nascuntur  
etiam Reipublicae. ff. de ventre in pos. mitten. l. j. §. &  
generaliter. Et hoc est, quod fons loquutus Cicero:  
Ortus, inquit, nostri parentes, partem amici, partem  
patria vendicat. Ob quod fuit singulariter decusum,  
quod licet inter virum & vxorem non valeat dona-  
tio, ne mutuo amore se spolient: tamen valebit, vbi  
42 vxor donare marito, vt filia communis maritetur:  
per text. quem ibi Bartol. dicit singularissimum. in l.  
siue vxor. ff. de donatio. inter virum & vxor. quia tunc  
non tendit donatio in depauperationem donatricis,  
sed ad votum suum pariter & mariti exequendum,  
quorum interest & Reipublicae ex filia habere nepo-  
tes: vt videtis, & dixi plenè super verbo, Cuius Petro  
tradiderunt. Vnde non immeritò conditio viduitatis,  
& caelibatus reicitur a quocunque relicto. Sed quia  
ex varietate legum ciuilium de viduitate indicenda  
promulgatarum vos canonistae turbati potestis: Scien-  
dum est in hoc puncto esse quatuor iura consideran-  
da. Primum fuit ius antiquum Digestorum quo caue-  
batur, quod si relictum fieret virgini aut viduae,  
quae maritum habuit sub conditione, si non nubere,  
& sic sub conditione viduitatis, talis conditio reicie-  
batur, & pro non scripta habebatur: adeo quod here-  
dis institutio vel relictum remanebat purum: nec il-  
lud perdebat vir aut mulier, dato quod nubere. I. cu-  
44 tale. in princip. de conditio. & demonstra. Et ratio  
erat, quia licet publice interesset, quod voluntates vlti-  
mae suum plenum sortiantur effectum. I. vel negare.  
ff. quemadmodum testamenta aperian. tamen illius  
magis interest, quod viri & mulieres liberè matrimo-  
nium contrahant, & liberos (vt dixi) procreent, ad re-  
plendum ciuitates liberis hominibus: vt dicta l. ij. C.  
de indicta viduitate. Vnde statutum fuerat eo iure  
conditionem viduitatis de vltimis voluntatibus tol-  
lendam, vt potius in hoc derogetur testatoris volun-  
tati, quam pig liberorum procreationi. Partus enim,  
vt dixi, non solum parenti, sed Reipublicae nascitur:  
vt d. l. j. §. generaliter. ideo astringi quis iuramento  
non posset ad non nubendum, etiam libertus aut liber-  
ta: nec teneret tale iuramentum. I. adigere. ff. de iure pa-  
trona. facit cap. clericos. de cohabi. cler. & mulierum.  
46 Quinimò si de non nubendo praestaretur iuramē-  
tū, certè intelligeretur de nuptiis illicitis, secundum  
gl. in c. veniens. de iur. iurando. facit l. adoptiuus. §. pa-  
tronum. ff. de in ius voca. verfi. sed & si. Et patronus  
tale iuramentum extorquens puniretur, prout l. Iulian.  
47 de maritandis ordinibus cauetur: Et quae in remitten-  
do iuramentum vim obtinet Apostolicam, gl. in §. si. in  
verb. remittitur. ff. de iur. pat. l. adigere. Nisi iurantes  
essent ad matrimonium inhabiles: vt quae castrat vel ca-  
strata: vt ibi in §. quauis. quia cessante ratione cessat  
48 lex. d. §. quauis. Et ex quo vñ huic iuri nubendi tanquam  
publico renuntiar non posse. I. ius publicum. ff. de pac.  
[Maximè quia non solum interest renuntiantis, sed  
etiam ipsius patris cuius voto congruit filiam nubere, vt  
l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. vt supra  
dixi, & infra dicam.] Imò puniebantur caelibatum  
BB colen-

49 colentes, vt supra dixi. Cui iuri nubendi aded fauē- dum est, quod in aliquibus locis consuetum est dam- natos ad mortem liberari posse, si à mulieribus petan- tur in maritos copulari, vt refert Masuerus titulo, de pœnis. s. item in aliquibus partibus seruatur, &c. Præsertim si à tali fœmina damnatus peteretur in maritum, quæ à peccato ad frugem melioris vitæ reduceretur, vt à cætero honeste viueret cum eodem: quia cum eximens à peccato mulierem plenariam consequatur peccaminum suorum indulgentiam, capi- pit. inter opera. de sponsali. Sic remitti posse videba- tur pœna mortis tēporalis in foro contentioso. Sed non puto hoc sustineri posse de iure: quia daretur per hoc delinquendi occasio sub spe sic faciliter euaden- di mortem. Præterea videmus, quod propter coui- ugiū iam consummatum conseruandum, non eui- tant delinquentes coniugati pœnam criminum per- petratorum. Igitur minus eam euitabunt propter ma- trimonium contrahendum, quod facilius impeditur quam dissolatur iam contractum. Sequeretur insu- per aliud, quod esset exemplo perniciosissimum, & periculosum: quia sæpe ipsi ad mortem damnati, non liberè sed coactè timore pœnæ talia matrimonia cū sibi ignotis, & minùs dilectis contraherent: & sic nul- liter: quum in matrimonio non sufficiat consensus, nisi sit liber omnino, cap. cum locum. de sponsa. Vnde conseruati liberationem vxores dimitterent, qui- bus adstricti nõ essent in foro cōscientiæ per ea, quæ plenè deciduntur in cap. is qui fidem. illo eodem ti- tulo. vbi in foro conscientiæ verba vel facta non li- gant, libero non intercedente consensu & voluntate.

51 Et inde est, quod pœnæ in matrimoniis indici non debent. l. Titia. ff. de verborum obliga. & cap. Gem- ma de sponsali. Quibus consideratis tales in matri- monio metu pœnæ contracto non perseverarent: et- iam quia fortè generi suo & statui non conuenirent: quia vix aut nunquam nobiles fœminæ vel matronæ aliæ honestæ talibus damnatis, licet de domo excelsa forent, facilius nubent, sed solum humiles fœminæ aut meretricis, quibus illico, Psalmum cantantes, la- queus contritus est, & nos liberati sumus, discederent eaque peritus repudiarent, seu ab eis diuenterent. Et sic illo exorbitanti medio pœnis ac iustitiæ, atq; ma- trimonio facilius illuderetur: & sacramentum eccle- siæ derideretur contra l. si prætor. ff. de iud. vbi edicta prætorum & iudicia sapientum esse non debent illu- soria. Benetamen crederem in vno casu prætextu matrimonij posse pœnam mortis euitari, scilicet vbi damnatus quis esset propter raptum, & mulier rapta contrahere vellet cum ipso. Nam eo casu, vt tale ma- trimonium fiat, raptor mortem euitaret, secundum Pau. in l. raptotes. C. de episcopis & cler. volentē hoc casu ius canonicum mitigare potuisse pœnam legis ciuilibis & illius rigorem. Et ita dixit aliàs consuluisse, & quandam sic damnatum liberasse. Facit ad hoc 54. tex. in capitu. penult. & cap. sua. de rapto. Secundum fuit ius legis Iulie Miscellæ: quæ sic appellatur ab authoris nomine, qui Iulius Miscellus vocabatur, considerans quod ratio, quare conditio viduitatis iure antiquo reiciebatur de vltimis voluntatibus, fue- rat, vt viri & mulieres possent liberius nubere ac libe- ros procreare. Sed non omnes mulieres nubunt pro- pter liberorum procreationem, prout sunt fœminæ steriles & decrepitæ, quæ potius nubunt propter incō- tinentiam vel alia ratione: Cum plurima alia sint bona matrimonij vltra bonum prolis: vt dixi super ver- bo, *Cuidam Petro tradiderunt*. Ideo considerauit Iulius

ille Miscellus, ita demum conditionem viduitatis re- mittere mulieri, quando nubret ad finem pro- creandæ sobolis. Propter quod statuit, quod mulier iuraret se nubere causa sobolis procreandæ: & pro- pterea cautionem præstaret Mutianam, secundum quod Mutius ille legifer super conditionibus nega- tiuis induxit, scilicet quod postea appareret eam nõ propter sobolem nupsisse, teneretur relictum vel hereditatem cum perceptis fructibus restituere succes- soribus testatoris. Tertium fuit ius nouum Codicis, per quod, quia confiditauerat imperator, quod istud iuramentum esset viam aperire periuriis, præ- sertim mulieribus ad decerandum facilius, dictam legem Iuliam Miscellam sustulit, simul & formam iuramenti & cautionis: atque disposuit quod indi- stinctè si relinquere mulieri sub cōditione si non nupsisset: talis conditio viduitatis reiciatur, & reli- ctum purum remaneat: & mulier illud purè consequa- tur, ac si nulla conditio adiecta fuisset: vt d. l. ij. C. de indicta viduita. quæ per l. fina. eiusdem titu. extendebatur ad masculos, quibus talis conditio adiecta fo- ret. Facit dictum capitu. clericos. de cohabita. cleri. & mulierum. vbi quo ad hæc carnalia desideria, prohi- betur præstari iuramentum propter præsumptam fa- cilem decierationem. Quartum fuit ius nouissimum Authenticorum quo vtimur, quod in virgine seu mu- liere aut viro, quæ nunquam nupsit, conditio vidui- tatis reiciatur de vltima voluntate, & pro non adiecta habetur, & relictum purè dicitur, nubat, vel non nu- bat: vt dicta Authentici. cui relictum. C. de indicta vi- duitate. Aded quod decidit tex. in l. Titia si nõ nupsisset. ff. de conditio. & demonstra. quod si legata fuerint Titia ducenta, si non nupsisset, & centum si nupsisset, quanuis nubat habebit ducenta, quia talis conditio, cum retrahat à matrimonio carnali, reici- tur. Et multò magis si retraheret à matrimonio spiri- tuali, secundum Felin. in capitu. in presentia. xviiiij. colum. de probationi. super quo vltimo cogitabitur, propter decisionem Bald. in Authentici. nisi rogati. C. ad Trebellia. superius allegatam: quæ (vt opinor) non obstat: quia locum habet vbi plus relinquebatur in casu matrimonij carnalis, & minus in casu spiri- tualis. Sed hæc illi duo casus non concurrerant nisi vnus solus, scilicet casus matrimonij carnalis tantum, vel spiritualis tantum: quia si plus relinquebatur si non nubat, quam si nubat: illud plus habebit nubendo car- naliter vel spiritualiter. Et idem erit in viro, qui nun- quam nupserrat. Iura enim multum fauent primo matrimonio propter bonum prolis, iuxta illud Apo- stoli primæ ad Corinthios. v. Volo adolescentulas, & sic virgines nunquam coniugatas, & iuniores, nu- bere. Iuniores quidem ætatis sufficientis: vt fœmi- næ ætatis xij. & masculi xiiij. annorum sint. Instituit de nuptiis. in principio. Tamen secundum Philoso- phum in libr. Politicorum masculi ante xxvij. an- num, aut fœminæ ante xvij. non nubant. Aliàs fœ- tus imperficitur: quia vt dicit Hieronymus, in episto- la [Quæ inter alias epistolas ponitur parte prima tractatu. j. Episto. ix. incipiens: Zenon nauclerus, &c.] ad Vitalem presbyterum. Perspicuum est homines à parua ætate libidini deditos, in immatura eorum so- bole demonstrari. Ob quod Germani, quos Ale- manos vocamus, citra annum suæ ætatis vicefimum fœminæ noticiam masculum habuisse in turpissimis habebant rebus, Cæsare commetariorum suorum de bello Gallico, libro vj. referente. Et Et Fritones super omnia castitatem amantes grauius puniunt luxurio

losi &

fos: & præseruant liberos vtriusque sexus in castita- te, donec ad annos peruenierint nobiles, quod eos ma- ritant. Vnde sequitur quod proles eorum fortis est & virilis: [ Nam virginitas secum annexam habet fortitudinem: vt dixi super verbo, *Duas habens filias*. narrado mulieres, quæ strenuè se in bello habuerunt.] quia etiam non maritaneur nisi tēpore debito, etiam in materia alimentorum, impubes indicatur mas- culus vsque ad xvij. annos, & fœmina vsque ad xiiij. mela. ff. de alimen. & ciba. lega. Aetas tamen illa in matrimonio præueniri posset, vbi de incontinentia timeretur: quia tunc matrimonium incipitari po- test, dummodo puella virum sustinere possit: quum ante non sit matrimonium. capi. puberes. de despon- satio. impuber. Et dicit Hostien. quem ibi sequitur Præpo. in capitu. ex parte. de sponsa. quod puella per- mittens supra se virum ascendere, censetur esse doli capax. ad contrahendum matrimonium, aliàs non: vt dicto capitu. puberes. Aded quod dicit text. in l. quod puellæ. ff. quando dies legatæ. cedit. quod legatum virgini relictum quando nupsisset: non debetur, si ea minor quam viripotens nupsisset: quum nupta vide- ri non possit, quæ virum pati non potest, vt ibi dicitur: ob quod communiter requiritur quindecim an- ni, de consuetudine: vt in Authen. de tempore non so- lutæ pec. §. generaliter. coll. vij. Nisi (vt dixi) in aliqui- bus citiori tempore inueniretur perfectio naturæ. Et multò magis vbi inuenta fuit perfectio naturæ & gra- tia: sicut in virgine Maria, quæ ante decimum quin- tum annum Christum cōcepit, secundum cōmūnem opinionem: quia in beata Virgine natura aderat, quæ gratia perfecit: vt habetur in secundo sententiarum. distict. xxvij. & per Alexandrum de Ales in tertia parte summæ tracta. de gratia. Vnde de ipsa dici po- test quod dicit glof. super verbo, viri potentes. in di- cto §. j. institut. de nuptiis. quod felici diplomate vsa fuit. Nam si aliqua hoc habent ex bonitate naturæ seu naturalis complexionis, vt ante nubere possunt, multò magis beatissima virgo habens perfectionem naturæ & gratiæ potuit esse perfectè idonea conce- ptioni perfectissimæ filij Dei anno ætatis suæ. deci- mo quarto completo in introitu quindecimi, quo Christum concepit. Quæ licet in duodecimo aut ci- teriori anno generare & concipere potuisset, sicut aliæ plures, & multo melius: tamen Deus noluit de- sponsationem illius cum Iosepho fieri ita acceleratè, ratione maioris honestatis & grauitatis morum. Super hoc tamen habetur consideratio personarum, tē- porum & regionum. Nam Pygmaei, qui sunt homi- nes cubitales altitudinis solum vnus cubiti, citius ge- nerant, cum vitam breuem habeant: quia generat an- no quarto ætatis suæ, & in septimo senescunt, secun- dum Plinium & Isidorum. De quibus per Lyræ ij. 74 Regum v. Et Ezechiel. xxvij. De Salomone rege etiam refert Hieronymus in præallegata epistola, quod in decimo aut vndecimo suæ ætatis anno genuit Ro- boam filium. Et Achaz etiam rex Israel in vndeci- mo aut duodecimo anno genuit Ezechiam. Pariter olim antiqui patres non cito, sed longo tempore in ætate proeuectiori solum generabant propter eorum longissimam vitam: vt patet Genesis iij. & v. cap. se- cundum Augustinum, lib. xv. de ciuitate Dei. cap. xx. Erat enim eis grandior corporis forma & vigor, vt dixi super verbo, *Quæ filium ex eo suscipiens*. Ac etiam erat eis longior vita propter multa. Primum ex bo- nitate complexionis primorum parentum: qui à Deo fuerunt in integritate formati, & complexionati: &

sic ad longiorem vitam dispositi. in qua bonitate ma- gis participarunt homines eis propinqui, quam remo- tiores. Secundo ex modo viuendi, quia plus temperatè viuebant, quam hodie faciant. Vnde propter cra- pulam multi perierunt. Ecclesiastici xxxvij. Tertio ex bonitate nutrimenti: quia meliora fuerant terræ nascencia ante diluuium: quia inundatio aquarum su- per terram pro magna parte facta fuit ex mari Occa- no: aquæ autem salæ inducunt sterilitatem, secun- dam Lyræ. Genesis. capitu. iij. In signum cuius quando principes ciuitatem damnant propter deli- ctum, ea demolita & aratro supposita aspergunt sal super eam, in signum perpetuæ sterilitatis, & desertio- nis. Quarto hoc proueniebat ex scientia Adæ, qui omnium naturalium scientiam perfectam habuit, & consecutus fuit plus quam alius. Dum obdormiuit in creatione Euxæ confortis suæ, vt dixi super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*. Et sic perfectè Adam her- barum, necnon lapidum cognouit vires, quæ valent ad cōseruationem vite, quas ipse postea alios docuit: quam doctrinam non habemus. Quinto hoc proue- niebat ex bono aspectu syderum: quoniam aspectus cæli multum facit ad vitæ prolongationem, ideo plus viuunt gentes in vno climate, quam in alio. Sexto hoc procedebat ex diuina dispositione, quæ vt genus humanum magis multiplicaretur, longos in princi- pio dedit humano generi dies. Vnde tunc necesse non erat nuptias & generationem præcipitare. Ho- die verò quia vita hominis est breuis, nuptiæ accelera- rant, & ferè præcipitantur: quum pauci ceterisimum annum attingant, & vix tempus illud excedi potest. l. fina. C. de sacrosanctis ecclesiis. Tamen Solinus refert in India esse in quibusdā montibus gētem, quæ in iuuenta sit cana, nigrescit in senectute, cuius vita vltra æuam est nostri temporis. Pariter in Erythrea insula in mari Gaditano sita (vt Dionysio placet) est tanta acris benignitas: vt homines pariat continentis- simæ, ac penè immortalis vitæ. Idem refert Plinius, libro vij. de Pandora gente in conuallibas India: annos ducentos viuente. Et Pomponius libr. iij. scri- bit de Hyperboræis montibus Scythiæ super aquilone- nem, Rhipa:osque montes sub ipso syderum cardine constitutis quasi vltra boream positi, vbi Sol non quotidie vt nobis, sed primum verno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit. Ideo apud il- los sex mensibus dies, & totidem aliis nox vsque con- tinua. Terra Aphrica per se fertilis, cultores iustis- simi & diuitiis, quam vlli mortalium & beatus vi- uunt semper læti: non bella mouere, non iurgia. Ha- bitant lucos syluæque. Et vbi viuendi lætetas magis quam tædium capit: hilares redimiti fertis semetipsos in pelago, ex certa rupe præcipites dant. Id eis fu- nus eximium est. Etiam in Taprobana insula mari Indico sita, homines corporum magnitudine alios antecedunt, egruleis oculis, atroci visu, terrifico so- no vocis: viuunt vltra alios plenè vltra humanam fra- gilitatem, vt Solinus dicit, & De quodam vocato Ioanne de Temporibus qui tempore Ludouici gros- si Francorum regis vita adhuc fruebatur circa an- num domini millesimum cxxxvij. vt refert Gagni- nus, libro vj. historiarum Ludouici iunioris, exor- diens in hæc verba: Accepta patris scilicet Ludouici Grossi morte, Ludouicus, scilicet Iunior, eius filius cum res Aquitanie ordinasset, in Franciam properè reuertitur, datque Alisiam reginæ sororem Arnul- pho Veromandueni vxorem. Per illud ferè tempus Ioannes de temporibus morte absumptus est: quem

peritaci consensu Franci, atque Germani scriptores, à Caroli magni Imperio, ad hunc vsque Ludovicum vixisse tradunt. Quod si à fide non abhorret, trecentum sexaginta & vno anno superites in terris fuisse credendus est. Hæc ille. Etiam si impubes foret, postquam virtutem coeundi habent: vt habuerunt homines post peccatum. † Nam licet in primis parentibus naturales motus concupiscentiæ essent, tamen erant repressi & clausi in pueris vsque ad pubertatem: ita quod dicere poterant illud Apostoli ad Roman. vij. Nam concupiscentiam nesciebam. Quiquidem motus tanquam riuuli post peccatum, aperti sunt, & coeperunt moueri & diffundi, quos cum prius in se esse non sensissent, tunc aperti sunt & cognouerunt eos: quia sicut inobedientes fuerunt Deo superiori suo, sic & membra coeperunt moueri contra suum superius, id est rationem: adeo quod clamare poterunt illud Apostoli vbi supra in fine. Video aliam legem in membris meis repugnatem legi mentis meæ, & captiuatam me in lege peccati, &c.

77 † Et primum motum concupiscentiæ contrarium rationi, senserunt in membris genitalibus, quæ contra se moueri videntes erubuerunt. Vnde illa membra pudenda dicta sunt. Cætera quidem membra ad nutum hominis stant aut mouentur, pudenda autem non: Ideo erubuerunt ea videre: cumque cognouissent se nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata: vt habetur Genesis ij. vbi Lira super verbo, & fecerunt. & Archidi.: in capitul. offerebat. xxxij. quæstione vij. Vnde quia tales motus cadunt in pupillis & sæpe, matrimonium etiam permittitur, & eis nubere licet. Sed de communi lege parum hodie viuunt homines: ideo citius nubunt. Imò quàm primum quis est viri potens, postposita ætatis consideratione nubere potest, & relictum debet: præsertim fauore primi matrimonij, cui iura fauent.

78 † Vnde decidit communis schola, quod si statuto vel consuetudine subditi contribuere tenentur pro filia Domini maritanda, & semel maritata fuerit & viduata, non tenebuntur contribuere pro secundo matrimonio. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatio. de quo per Guido. Papæ. quæstio. lvij. in fine. Quia licet tale ius & onus contribuendi sit reuerabile in personis plurium filiorum: non tamen in persona vnus, si viro præmortuo remaritaretur. Et ita consuetudine seruari dicit Masuerus titulo, de Tallis. §. item quatuor casus sunt, &c. Similiter dicit Bal. supra in proœmio. vij. columna super verbo, pudicos. † quod si testator bona sua distribuit iusserit in dotandis mulieribus, non poterunt testamenti executores de illis bonis dotare viduas, id est, mulieres, quæ aliàs maritate fuerunt quauis pauperes: sed solum virgines. Cum illa indistincta loquutio de primis nuptiis intelligatur, vt dicto §. hoc sermone. Hoc enim magis intelligitur esse de mente testatoris vel statuti, vt in dubio cõformetur intentioni iuris communis, quæ vt videtis, multum fauet primo matrimonio, nec non liberis ex illo descendētibus, quibus pater aut vni eorum suam totam præter legitimam aliorum potest relinquere successionem. l. quæritur. & Authent. nouissima. C. de inofficio. testamen. † Sed secunda vxori aut liberis ex secundo matrimonio suscepris, non possunt relinquere plus, quàm vni liberorum primi matrimonij, cui minus reliquit. l. hac edictali. C. de secun. nup. Quod demonstrat multum esse fauendum primo matrimonio. Et rationabiliter: † quia per illud tota mente is prædiligitur perpetuo

& amatur, qui claustra virginitatis aperuit in muliere. Quiquidem amor adeo infixus est propter affectu desideria, & inicitas voluptates & delicias: quia vix aut nunquam saltem facilliter, deleri potest, quin etiam mortuum sequatur virum, vt dicat puella quod habetur Aeneidum iij. vbi poeta,

*Ille meos primus qui me sibi iunxit, amores*  
*Abstulit: ille habet secum seruēque sepulchra, &c.*

82 † Et cum vidua matrimonium contrahens non aliud, quàm iurgium in suo lecto quærit: quia vidua vt plurimum semper primum suspirat maritum; iuxta illud Iuuenalis: semper habet rixas, alternatque iurgia lectus. In quo nupta iacet, &c. † Et sic cū virgine quacumque vetula, melius est contrahere, quàm cum vidua iuniore, propter primum amorem: quia talis amor valde operatur, ac multum confert ad conceptum prolis. † Vnde refert vbi supra, Cæsar Cõmentariorum suorum de bello Gallico, libro v. quod in Britannia interiori, scilicet Angliã, tunc viri vxores habebant deni duodeni, quæ inter se communes. Sed qui erant ex his nati eorum habebantur liberi, à quibus primum virgo quæque adducta esset. Quod clarè demonstrat primum concubitus coniugalem esse considerandum, velut prædilectum. Cuius fauore conditio viduatatis reicitur. † Quod est verum siue mulier talis sit, quæ nunquam antè nupsit, siue nupsit, & virum habuerit quauis de præfenti, à quo carnaliter cognita nõ fuit: quia fortè in domum viri non transducta, nec ab eo cognita. Nam si talis maritus decesserit, & ipse vel alius ei sub conditione non nubendi reliquerit, talis conditio reicitur, & relicto locus crit tanquam puro, nubat vel non nubat.

86 † Ita quod de tali muliere iudicamus sicut de virgine, & non vt de vidua, secundum Bald. Angel. & Paul. in dicta Authen. cui relictum. Et idem viro, qui nunquam cognouerit suam vxorem. † Prædictam tamen conclusionem, quod de relicto vel institutione conditio viduatatis reicitur, limitabit esse veram. Primum vbi conditio viduatatis adiecta fuit viro vel mulieri perpetuo aut simpliciter, quod idem est. Secus autem foret vbi talis conditio adiecta esset temporaria vsque ad certam ætatem: puta si non nupsit vsque ad ætatem viginti annorum: quia tunc necesse foret talem conditionem impleri, ita quod teneretur hæres vel legatarius tunc abstinere à nuptiis, donec ad ætatem determinatam à testatore: aliàs perderet relictum. l. si vir vxori. §. sine. ff. de conditioni. & demonstrationi. vbi Barto. & ceteri. Ex quo dicit Feli. in capitu. ex parte ij. colum. de constit. † quod valet dispositio testatoris volentis, quod filia domum habeat vel aliam rem, si nubat cum consilio Titij: quia licet teneatur requirere consilium, aliàs relictum non haberet donec consilio Titij requisito: & sic ad tempus nuptiæ differantur: Tamen quia sequi non tenetur consilium. capitu. j. de capel. mona. Barto. in l. j. §. si plures. ff. de exercito. Et Panormita. in dicto capitu. ex parte. & plenius in capitu. cum in veteri. de electio. Certè talis conditio cum perpetuo matrimonio non impediatur, non reicitur: quinimò hæres in testamento grauatus maritare filiam testatoris cum consilio Titij, si eam maritauerit consilio irrequisito, perderet hereditatem, secundum Pau. Cast. consil. lxxxvij. incipiente, Videtur dicendum, quod dicta filia, quem sequitur Feli. in dicto capitu. ex parte. † secus, si nubere deberet arbitrata vel cum consensu Titij: quia tunc cum necesse haberet sequi consensum, qui fortè nunquam præstaretur, reiceretur conditio, velut matrimonij

monij impeditiua: & valeret relictum tanquam purum. l. cum tale. §. arbitrata. aliàs incipit, rescriptum est si arbitrata. ff. de condition. & demonstrat. facit l. turpia. §. j. ff. de legat. j. secundum Paul. notabiliter in dicto consilio. Nam in matrimonio nõ solum requiritur consensus, sed liber consensus. c. cum locum. de desponsa. † Et vbi consensus alterius requiritur, dici non potest cõtrahentium consensus liber. Facit quod decidit Panormitanus. in capitu. quod Dei timorem. in si. de statu monacho. † vbi dicit quod si statuto cautu r, vt minor vigintiquinque annis non possit se maritare sine cõsensu duorum agnatorum, & puella eligit sibi sponsum condignum: Si agnati nolint, & sine causa legitima consentire recusent, compelli possunt per superiorem ad consentiendum: vel superior ille licentiam dabit ad contrahendum, secundum Barto. in l. si cum dotem. ff. solu. matrimonio. & in l. non solum. C. de bonis quæ liberis. & in l. in copulandis. C. de nuptiis. Et si non licentiam dare vellet, appellari possit, & conditio reiceretur. † Et idem esset vbi ita longum tempus adieretur, quod in effecto matrimonium impeditur: puta, si non nupsit donec ad sexaginta annos perueniret: quia hoc esset in fraudem legis: quo casu de illo tempore seu termino staretur arbitrio iudicis. Et residuum pro non adiecto habetur, per text. in dicta l. cum tale. in principio, vt notabiliter consuluist Francis. Aretinus consil. lxxvij. incipit. Diligenter & maturè. ij. collat. Pro quo facit: quia licet testator in testamento disponere possit, hæres suos ad tempus stare in comunione, vt interim sub certa pœna hereditatem diuidere non possint, per text. in l. iij. in principio. vbi Bal. & Angel. ff. de conditio. institut. † Attamen non possit testator ordinare, quod hæres perpetuo in cõmunione stare teneatur, per text. in l. hoc iudicio. §. si conuenerit. ff. communi diuidun. & tenent Paul. & Iason in l. si non forem. §. si centum. ff. de condi. indebiti. & Barto. in l. si conuenerit. ff. pro socio. & in l. Quintus. ff. de annu. legat. gloss. in l. sine. ff. communi diuidun. & consuluist Alex. in tertia parte consil. ex. j. incipiente. circa primum dubium. iij. colum. licet contrarium voluisset in dicto §. si ceterum. Sed quid si relinquatur filia donec sit maritata, an tale legatum inducat viduitatem: ita quod nubendo perdat? Videatis Oldra. consil. clxij. † Secundò procedit dicta conditio vbi legatum fuit alicui relictum sub conditione si non nupsit cum aliquo vel aliqua de mundo: vel simpliciter & indefinitè: quod idem est, secus si ei relinqueretur si nõ nubere cum certa persona, puta Titio vel Seia: vel si non nupsit cum pluribus certis personis viris aut mulieribus: puta, cum aliquo vel aliqua de tali genere vel parentela: quia cum tunc nubere possit ceteris omnibus, talis conditio non reicitur: imò impleri debet: aliàs perderetur relictum, per text. in dicta l. cum ita. ff. de condi. & demonstra. † Tertio procedit dicta cõclusio, nisi ex defectu conditionis, si non implentur, debeat legatum vel fideicommissum magis fauorabile, quàm sit matrimonium: veluti si legatur seruus viro aut mulieri si non nupsit. Et si nupsit, relinquitur seruo libertas. Tunc enim conditio viduatatis de tali legato non reicitur, vel legatarius nubes consequatur legatum, id est, seruum sibi relictum, ac si non nupsit. Quinimò si nubat & conditionem viduatatis non impleat, talis seruus erit liber, per tex. notabilem in l. Titio usufructus. §. serui. ff. de condit. & demonstra. Et alia † ratio non est, nisi quia legatum libertatis seruo factum in defectu conditionis est pium

& fauorabilius matrimonio. Per quem textum dicunt ibi Guil. de Cug. & Barto. tamen sub dubio fortè, quod etiam vbi tale legatum in defectu viduatatis esset alteri piæ causæ applicandum, puta ecclesiæ vel pro anima vel alteri pio vsu: tunc de tali legato non reiceretur conditio viduatatis. quod est singulariter notandum: quia si sibi non reiciatur fauore libertatis, ergo idem in alia quacunque pia causa: quum de libertate communiter arguamus ad piam causam, secundum eundem Barto. singulariter in l. proximè. §. sine. ff. de his quæ in testa. delent. † Quarto procedit dicta cõclusio quando esset in testamento relictum ipsi mulieri aut viro legatum sub conditione viduatatis seruandæ: vt dicta Authent. cui relictum. secus si legatum alicui tertio esset factum: puta, Titio sub conditione, si aliqua mulier aut vir non nubere: quia tunc conditio viduatatis non reicitur: imò si talis vir aut mulier nubere, ille tertius scilicet Titius legatum perderet, per text. in dicta l. j. C. de indicta viduita. & sentit Paul. in dicto consil. lxxxvij. Et ratio est, quia ideo leges statuerunt conditionem viduatatis ipso iure reici de institutionibus & legatis: quia ille cui relictum est, ambitione lucris & timore perendi illud, induceretur ad viduitatem, & cœlibatum contra publicam vtilitatem. Quæ ratio cessat vbi relictum foret tertio, & non ipsi mulieri aut viro: quia tunc illa mulier aut vir parum curaret si tertius ille legatum perdat vel non. Ideo si legatum esset mulieri & cuidam tertio: tunc cõditio viduatatis nõ reiceretur in totum: sed solum pro parte mulieris, & nõ pro parte illius tertij extranei. Quinimò muliere nubente, extraneus ille legatum perderet quod ad suam partem, per text. in l. mulieri & Titio. ff. de condit. & demonstra. Et si ille tertius extraneus partem suam repudiaret, non propter hoc accresceret mulieri: quum mulier tunc non admitteretur ad suam partem de iure communi, sed iure singulari & privilegiato: cum & inter succedentes iure diuerso locum non habet ius accrescendi: vt plenè dixi super verbo, *Et vxorẽ nomine Adela.* in quarto præiudicio. † Et quod dictum est, quod à legato alicui tertio facto non reicitur conditio viduatatis mulieri alteri adiecta, nisi ille tertius cui legatum relictum est, esset pater, mater, frater, vel soror, vel aliter propinquus ipsius mulieris, cui viduitas indicta fuit. Ob quorum reuerentiam vel dilectionem verisimiliter præsumeretur, quod mulier aut vir à matrimonio abstineret: ne parens suus legatum perderet, veluti si testator dixerit, relinquo Titio si eius filia aut soror nõ nubere. Nam tunc cõditio viduatatis ita reicitur ac si eidem mulieri legatum fuisset, per textum not. in l. hæres meus. §. si. ff. de condi. & demon. quia vtroq; casu mulier inuitatur ad viduitatem, ne propinquus legatum perdat. † Paria enim sunt aliquid fieri contra personam alicuius, vel contra aliquos de sanguine suo. l. lex Cornelia. in prin. vbi Barto. ff. de iniuriis. Et idem Bal. in l. iij. §. si tutor inimicus. ff. de susce. tutor. Et inde dicimus parem esse metum, qui committitur in se vel suis. l. isti quidem. ff. quod metus causa. Similiter si relictum fuisset cuidam tertio, qui grauatus esset illud restituere mulieri aut viro, si non nupsit: etiam conditio illa viduatatis reicitur ac si immediate fuisset mulieri relictum. l. auia. §. si. ff. de cõdi. & demon. quia eo modo mulier ita inuitatur ad viduitatem timore perendi fideicommissum, sicut timore perendi relictum sibi immediate factum. † Quintò procedit dicta conclusio quando mulieri aut viro factum esset legatum si non nupsit vel si viduitatem

seruauerit, secus si relictum ei fuisset sub hac conditio-  
 ne si vel cum vidua erit: quia tunc conditio non reu-  
 citur: quum viduitatem non inducat. Imò sufficit eam  
 semel impleri, quauis implementum non duret. & ita  
 loquitur tex. in ij. parte. in d. l. si. C. de indicta vidui. i.  
 Et l. si quis hæred. C. de infl. & substi. secundum Iaso.  
 in d. l. si. Ideo quamprimum morte mariti vidua fiet,  
 relictum habebit licet postea renupserit: vel si prius re-  
 nubat, legatum petere poterit, quum sufficiat qd semel  
 vidua fuerit. Et ita fuisse Venetiis iudicatum refert  
 Paul. in d. l. secundum eius consilium, quod ab ipso Ve-  
 neti habuerunt, licet prius iudicare decreuisset con-  
 trarium. Ad hoc facit qd legatum puellæ factum dum  
 nupta erit, primæ nuptiæ intelliguntur: aded qd licet  
 nuptiæ mariti morte soluantur, non requiritur ad le-  
 gatam consequendum qd iterum nubat, vt d. l. boues. §.  
 hoc sermone. ff. de verb. sig. Et idem foret secundum  
 eum si relictum fuisset sub conditione, si vidua remane-  
 bit, aut si vidua permanebit: quia licet secundum nubat,  
 legatum habebit. Sufficit enim ei semel viduam fuisse,  
 licet pluries valentes viri de Florentia contrarium con-  
 sulerint: sed hoc ultimo casu Iason tenet contra Pau-  
 lum propter verbu permanebit, perseverantia denotans  
 in viduitate. secundum Ang. consil. xxxiiij. incip. Constan-  
 tius Herculani. & consil. clxvj. inc. Conradus. Sanè ta-  
 men intellexit qd si legatum fuerit relictum sub conditio-  
 ne si vel cum vidua erit, sufficit dictam conditionem  
 semel impleri, licet implementum non duret: tamen  
 illud relictum non debetur nisi illis mulieribus quæ  
 post testamentu & morte testatoris viduæ erunt: pu-  
 ta, si pater vel alius dixit: Relinquo centum culibet  
 filia: quæ vidua fuerit, vel cum vidua erit. Nam filia-  
 bus quæ tēpore testamenti & mortis testatoris erant  
 viduæ, tale legatum non debetur: quia sicut lex ita  
 vitima voluntas verificatur in futuro non in præterito  
 vel præsentis tempore secundum Bart. in l. hoc articu-  
 lo. ff. de hære. infl. & Ang. in §. j. in fi. infl. de leg. Per  
 quæ omnia habetis clarè, qd conditio viduitatis perpe-  
 tuæ in virgine, viro aut muliere, saltem in talibus qui  
 nunquam nuptias aliquas effectualiter cōsecuti sunt,  
 reicitur de legato, & hæredis institutione directa vel  
 indirecta sibi aut suis propinquis facta, & pro non ad-  
 iecta habetur. Aliquando & secundum principaliter con-  
 ditio viduitatis non indicitur virgini, id est ei qui nup-  
 tias nunquā contraxerit: sed indicitur viduo aut vi-  
 duæ, capiēdo viduā secundum communē vsum loquē-  
 di, scilicet pro illa quæ maritū habuit, tamen mortuus  
 est: & tunc conditio viduitatis de institutione vel lega-  
 to non reicitur, sed implenda est: ita qd ille cui iudici-  
 tur, sit vir aut mulier, à sequenti matrimonio abstinere  
 tenetur: aliàs perdit relictum, vt dicta Auth. cui reli-  
 ctum. C. de indi. viduit. Nec refert à quo fuerit vidui-  
 tas indicta, aut à marito vxori vel cōtrā, vel ab extra-  
 neo aut pariete: quoniam omni casu conditio viduita-  
 tis expressim indicta implenda est: aded qd si Adiecta  
 Raynutij filia moriendo dictū Petrū eius maritū sub  
 conditione viduitatis hæredē instituisset, prout non fe-  
 cit: certè postea cū alia cōtrahēdo & nubēdo hæredi-  
 tatē perdidisset: quam tamē non perdidit, quia vidui-  
 tas ei indicta non fuit. Et ratio differētiae inter virgi-  
 nes & viduas est: & idem de viris, quia in viduis ex  
 quo semel cōiugati fuerunt, honestius eis est amplius  
 non nubere. Et præsertim honestū est fœminis, vt in  
 Auth. de non elig. secū. n. §. optimū. secundum Bal.  
 in j. oppo. in dicta Auth. cui relictū. Et hoc propter  
 quatuor causas, quæ non per iura nostra saltem ita ex-  
 plicite sicut clarius per theologos assignantur. Pri-

ma est, quia quādo vidua renubit, est indicium & ali-  
 qualis coniectura minoris castitatis. Nam in mulieri-  
 bus toties nubere est signum incontinentiæ: cū autē  
 vidua manet, est vestigiū magnæ cōtinētiæ, & qd per  
 antea carnē suam non diuisit: imò diuidere in plures  
 abhorruit, marito dum viueret fideliter adhærendo.  
 Vnde Apost. j. ad Timo. v. vidua, inquit, eligatur, quæ  
 fuit vnus viri vxor. Et Iustinianus imperator in d. §.  
 optimum. sic dicit. Optimū itaq; est atq; laudabile &  
 dignū oratiōe, vt mulieres ita se honestè tractēt, qua-  
 tenus quæ semel ad virū venerūt seruēt inuiolatū mo-  
 rientiū torū. Et huiusmodi mulierē miramur pariter  
 & laudamus, & non procul à virginitate ponimus. Et  
 alibi in Authent. de nuptiis. §. soluto igitur matrimo-  
 nio. iij. colla. Felix, inquit, & beatum est vtriq; cōtra-  
 hentiū perdurare in priori cōiugio, & non procreatam  
 sobolem sequentibus matrimonii contristare. Ob  
 quod mulieres olim primā viduitatem seruantes, tan-  
 quā virgines coronabantur: vt refert Valerius lib. ij. ti.  
 de infl. antiquis. Quæ vno, inquit, matrimonio con-  
 tentæ fuerant, corona pudicitiae honorabantur: exi-  
 stimabāt enim cum (præcipuæ matronæ) sincera fide  
 incorruptū esse animum, qui post depositam virginita-  
 tis cubile in publicum egredi nesciret, multorum ma-  
 trimoniorum experientiam quasi legitimæ cuiusdam  
 integritatis signū esse credēs. Hæc ille. Secundū  
 causa viduitatis suadens est, quia viduitatem serua-  
 re, est signum maioris & constantis adhuc feruentis  
 amoris ad primum virum, quoties vidua illius amo-  
 re & honore nullum alium vel maritum. Cū enim  
 ambo fuerint vna caro, Genesij ij. mortuo viro remā-  
 sit mulier, quæ quasi mortua amplius nubere non de-  
 beret. Tertia causa est propter securitatē maiorem,  
 vidua enim suipius domina est in pace viuens, quæ  
 si virum capiat, discrimini se exponit: quia fortè du-  
 rum & malignū habebit, vt infra videbitur. Quarta  
 causa est: quia ad Deo seruiendum maiorem habet  
 libertatem cōstitutus in viduitate quā coniugatus: vt  
 dicit Apostolus j. ad Corin. vij. Qui sine vxore est, so-  
 licitus est eorum quæ Dei sunt. Et e contra, quæ sine  
 viro est, eadem sollicitudine tenetur. Nam vidua sur-  
 gere potest, & dormitum ire quādo vult: Comedere,  
 bibere, ac ieiunare quotiens sibi placet: pauperes ho-  
 spites recipere, infirmos visitare, ecclesias & sermo-  
 nes frequentare die ac nocte, nuda aut vestita dormi-  
 re, vel furgere: quæ facere ita libere non potest si mari-  
 tū haberet, nisi ipso cōsentiēte, secundum gl. in c. mani-  
 festum. xxxij. q. v. Præterea rationi congruit vt volu-  
 ptas & complacentia cōiugalis, præterea oratione &  
 cōtinētia reparatur viduali, iuxta illud Ecclesi. iij. Est  
 tempus amplexandi, scilicet durante coniugio simul  
 cum iuuetute. Et est tēpus orādi, & longè fieri ab am-  
 plexibus, videlicet soluto matrimonio, tēpore vidui-  
 tatis aut senectutis, vel etiā durante matrimonio cau-  
 sa fiendę orationis, vt tradit Apostolus vbi supra, ibi:  
 Nolite fraudare inuicē, nisi fortè ex cōsensu vt va-  
 cetis orationi. Et Moyses Exodi xix. Populo à Deo  
 est oratione legē suscepturo: Estote (inquit) parati in  
 diem tertium: & ne appropinquetis vxoribus vestris.  
 Imò præcis temporibus cū sacerdotes coniugati  
 essent, anno vicis suæ, quo in diuinis duo ministra-  
 bant, non discedebant de templo: prout legitur de Za-  
 charia Luc. j. & xxxj. dist. c. tenere debet. Et hoc non  
 alia ratione, nisi vt durante diuino ministerio non iun-  
 geretur vxoribus suis. Ex quo soliti sunt fideles de-  
 uoti catholicę viuētes abstinere triduo ab vxoribus  
 ante & post receptionē eucharistiæ, quo vacent ora-  
 tion-

ioni & contemplationi. [Vnde Baptista Mantua-  
 nus contra impudicē scribentes, Lex venerē festis ve-  
 tat exercere diebus, Sacra ministrorū corpora castra  
 115 volunt.] Etiam olim apud Romanos aliōsque ve-  
 teris culturæ deorum non licuit rem habere etiam cum  
 coniuge festis diebus. Vnde Iuuenalis: Ille petit veni-  
 am quoties non abstinet vxor Cōcubitu, sacris ob-  
 116 seruandisque diebus. Actus enim venercus contem-  
 plationē impedit. Exemplo Aenæ qui contemplari  
 non potuit præsentē Venere: qua remota ilico pro-  
 spexit deos, vt haberetur lib. ij. Aeneidos. Ideo à libidi-  
 ne tunc abstinendū: præsertim dum festiuatur glorio-  
 sa semper virgo dei genitrix Maria, dea, seu regina  
 virginitatis. Nam licet (vt dictum est) Romani ab a-  
 ctu coniugali abstinere dum festa colebant: maxi-  
 mē tamen in festis Isis castitati mos gerebatur, quæ  
 dea castitatis colebatur. Vnde non sine causa apud  
 Christianos mos inoleuit, nedum tempore orationis  
 & communionis chrestianæ, sed certis diebus antè,  
 prout communiter faciunt, volentes corporalem su-  
 122 mere medicinam: qui triduo antè suscipiunt præpa-  
 ramenta, vt die statuta sint dispositi. Et bonus ac iu-  
 stus iudex priusquam sententiam proferat, tempore  
 sufficienti antè processum visitat, vt sententia recta fe-  
 ratur: quæ aliter & aliās esset nulla, quauis iusta, se-  
 cundum Bart. in l. prolatam. C. de senten. & latissimè  
 117 vt Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consil. Sic  
 videmus de cygno qui instinctu quodā naturæ post-  
 quā coiuuit cū sua coniuge, se lauat priusquam comedat  
 & cibum capiat, approbans naturæ instinctu doctri-  
 nā Apostoli j. ad Corin. xj. probet autem seipsum ho-  
 mo, antequā de pane illo edat, & de calice, &c. Licet  
 autē actus matrimonialis sit licitus, tamen annexam  
 habet quandam turpitudinem, quam excusari oportet  
 per bona matrimonij: habet profecto annexā de-  
 pressionem mentis propter vehemētiam delectatio-  
 nis carnalis, de qua loquitur magnus ille Gregorius.  
 Tanto (inquit) mens à superiore amore disiangitur,  
 quāto inferius delectatur. Ideo coitus etiam inter cō-  
 iuges tempore orationis per duos saltē dies antè fuit  
 118 prohibitus. Vnde Amazones fœminæ: quātuncquq;  
 iuuenes tribus solū mensibus scilicet Aprilis Maij,  
 & Iunij (secundum aliquos) amplexibus vacabant  
 coniugalibus: & residuo temporis vacant militiæ &  
 armis. Propter quod strenuitatis famam & bellandi  
 119 gloriā acquisiuerunt. Refert pariter glo. super episto-  
 la Hiero. ad Paulinum, qd mulieres Bragmanæ à vi-  
 ris seorsum manēt interfluente Gehon, Græco fluui-  
 o: viri autem transfretāt ad eas mense Iulio & Augusto,  
 cū quibus residēt quadraginta dieb; & iterū remeāt.  
 120 De quibus pulchra dixit Diodorus de gestis anti-  
 quis lib. iij. & inter cætera, qd homines ad texturam  
 mullebrīæ, que deputantur exercitia, lege autem sta-  
 125 tuerunt, vt solæ fœminæ in re militari erudirētur: vi-  
 ris interdīcta essent arma, seruilīaq; officia permīssa.  
 Maribus, qui ex eis nascebantur, crura & brachia de-  
 bilitabant, quò bello inuitiles fierent: fœminis dex-  
 tram inurebant mammam, ne pugna impedimento  
 essent: ex quo & Amazonum est eis indictum nomē.  
 Virgines à primis annis venationibus exercitantes  
 quotidie ad bellū munia instruxerunt: Marti quoque  
 & Dianæ sacrificia instituerunt, quæ Taurobolium  
 126 appellāt, vtrā Tanaim flumē exercitu traducto om-  
 nes eius orgētes ad Thraciam vsque deuicerit. In re-  
 gnū dein de cum multis spoliis reuersa magnifica eis  
 diis templa construxere. Omnium subditorū beneuo-  
 lentiam iusto æquoq; imperio adeptæ: tū ad alteram

fluminis partem versis armis, Asię partem vsq; ad Sy-  
 riā bello subegerunt. Post obitū reginę propinquir  
 genere in regno succedebat iuste imperās, ita vt Ama-  
 zones magno imperio & gloria potirent multis post  
 seculis, vulgata earū per omnē orbē virtute. hæc ille.  
 Et est regnum earum antiquissimum olim Massage-  
 tarum regnū appellatū inter Scythas & Albanos ver-  
 sus septentrionem sitū, quasi de Scythis trahens origi-  
 nem circa tempora Nebroth inchoatū, qui turrim Ba-  
 bel, id est Babylonie edificauit: de quo habet Gene.  
 x. & xj. c. Heu me & si iuuenes à coitu temperatē absti-  
 nent etiam coniuges: quanto fortius viduæ debent,  
 præsertim vetulæ abstinere, & viduitatem seruare: vt  
 fecit celebris vidua Noemi, Ruth j. c. lam, inquit, se-  
 nio confecta sum, nec apta vinculo coniugali. Et Sara  
 Gene. xvij. Non deceat postquam consenui & domi-  
 nus meus vetulus est voluptati operā dare. His igitur  
 causis viduitatem suadētib; cōsideratis, non mirum  
 si de iure in viduis tam viris quā mulieribus conditio  
 122 viduitatis non reiciatur, vt supra vidistis. Hinc di-  
 cit Chrysol. vt habetur in c. hac ratione. xxxj. q. j. qd  
 secundam vxorem vel secundū virum accipere forni-  
 catio est. Ex quo prouenit, qd secundæ nuptiæ non bene  
 dicuntur. c. j. & c. vir autē. de secun. nup. Tamen quia  
 sit lege permittēte, honesta fornicatio est, vt mala for-  
 nicatio euitetur, iuxta illud Hier. cuidā viduæ loquen-  
 tis, epistola xxv. Tolle (inquit) quod peius, si licet for-  
 nicari, & suscipe quod bonum non est, videlicet secū-  
 123 dū nubere. Vidua enim quæ cōtinere non vult, aut non  
 potest, maritū potius capiat quā diabolu. TPI tū ex-  
 pedit reipublicæ viduas perseuerare in viduitate, se-  
 cundum quod bonis moribus congruit, quā nubere,  
 ac etiam viduis expedit: vidua si virum bonum ha-  
 buerit, caueat ne mutet fortunam: Si autem prauum,  
 consimilē inuenire timeat. Sed, prò dolor, viduas op-  
 positæ conditionis plurimas dictum videmus, quæ &  
 si virum pessimum habuerint, mox & post mortem  
 illius ad alium currunt. Si autem bonum habuerint, il-  
 lius facillimè obliuiscuntur, & ad alium studiosissimè  
 sollicitantur. Vtinam tales antiquorum exempla ad-  
 uerterent, quoniam narrat Hieronymus lib. j. contra  
 Iouinianum de Martia Catonis vxore, à qua cū  
 virū lugeret, matronæ petierūt, quæ diē haberet lucē  
 124 vltimum. Quibus respondit quæ & vitæ. De alio igitur  
 viro non cogitabat. Pariter refert de Aunina quam  
 cū propinquus moneret vt alteri nuberet, quia eius  
 ætas nuptui conueniebat: Respondit: nullatenus hoc  
 faciam: quoniam si virum bonum inuenero vt ante  
 habui, nolo amplius timere ne perdam. Si verò malū,  
 quid necesse est post bonum pessimū sustinere? Nun-  
 quid vidua Sarreptana pro filiorum salute famam to-  
 lerauit, nec virum quæsiuit? vt patet iij. Regum xvij.  
 125 Nunquid etiā celebris vidua fuit Iudith, quæ prio-  
 ris cōiugij honore tenacissimòque amore, vltiores  
 viros adire noluit? Ob quod Iudith castissima quan-  
 diu vixit, pro regina apud Iudæos tēta fuit (cum olim  
 vt vidistis viduæ coronarentur) & tali laude sacris li-  
 teris decorata: Tu gloria Ierusalē, tu laticia Israel, tu  
 honorificentia populi nostri, eò qd castitatem amaue-  
 ris, & post virum tuum alterum nescieris: ideo bene-  
 dicta eris in eternū. Iudith. xv. De qua meminit Bar-  
 126 batus ille Hiero. in prologo Iudith in si. Accipite  
 (inquit) Iudith viduam castitatis exemplum: & trium-  
 phali laude perpetuis eam præconiis decantate. Hanc  
 enim non solum fœminis, sed & viris imitabilem de-  
 dit, qui castitatis eius remunerator virtutem talem ei  
 tribuit, vt inuictum omnibus, scilicet Holofernē, vin-

ceret, & insuperabilem superaret. Hæc certè sunt præconia viduitatis, nec immeritò, quoniam tales viduas dominus suscipiet, & vias peccatorum disperdet. Pfa. 127 cslv. Et inde videtur quo ad earum protectionem, ecclesiam posse immediatè adiri. ca. ex parte. de foro compet. & denique imperatorem omni alio, contra omnes iuris civilis regulas, omisso medio. l. j. C. quando imperator inter viduas & miserabi. person. cogn. & in cap. Regum officium. xxij. quæstio. v. Ex quibus fundatur stylus curiæ parlamenti regiar. titul. de minoribus. §. item causæ minorum. volentis causas minorum & viduarum ipsis volentibus in prima instantia agitari in parlamento: nec aliqua ipsis iniuris sit remissio. Et non sine causa: quia miserabiles sunt, & infortunatæ ab ipso deo afflictæ, iuxta illud quod supra retuli, Esaiæ xlvij. Sterilitas & viduitas venerunt tibi, scilicet in afflictionè. Sunt enim viduæ penè omnes desolatæ & tristes, quantumcunque divites sint: & hoc propter tria. Primum quia sæpe decipiuntur iniuste, eò quia sunt viro priuatæ, iuxta illud Marci xij. Deorant domos viduarum, quibus maledixit saluator Matth. xxij. Væ (inquit) vobis, scribæ & pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum. Non sic fecit idem saluator Lucæ vij. qui cum appropinquasset portæ civitatis Naim, cõs; obviasset vidua, cuius filius vnicus ferebatur mortuus, misericordia motus, cum à morte suscitavit, & matri suæ dedit. Sic Traianus Romanorum imperator, licet paganus foret, & ad bellum currens vehementissimè virgeretur, viduæ ploranti iustitiam de filio occiso fecit, & sanguinem innocentem pietate viduæ motus, celeriter vindicavit. Et (quod mirabilis est) cum quidem Traiani filius per vrbem equitando nimis lasciuè discurreret, & filium cuiusdam alterius viduæ interemisset, viduæ que hoc lachrymabiliter Traiano exposuisset: proprium filium qui hoc fecerat, viduæ loco filij sui defuncti tradidit, & eam magnificè dotavit: in maximam confusionem principum & iudicum Christianorum, qui viduis nedum succurrere differunt, sed eas penitus deorant. Hæc in legenda beati Gregorij, qui pro Traiano flebiliter oravit, & eum ab inferis liberavit. Secundò sunt viduæ tristes, quia sæpe molestantur, cum sint viris desitutæ, qui ipsarum erant defensores. in situ. de iniuri. §. Patitur. Et Esaiæ j. Defendite viduam. Et Jeremiæ xxij. Facite iudicium & iustitiam: liberate vi oppressum de manu calumniatoris: aduenam, pupillum & viduam nolite contristari, neque opprimatis iniquè. Tertio sæpe sunt in tristitia viduæ: quia maritos non habent eos consolantes: in signum cuius portant lugubria, nec ornantur vt coniugatæ, sed solum secundum earum tristem conditionem. Ad eò quòd dicit Ang. in l. plenum. §. equitij. ff. de vsu, & hab. quòd si testator legauerit lectum mulieri viduæ, non legaliter videtur calcitram de serico: quia intelligitur de lecto secundum conditionem mulieris viduæ, & non de lecto poniposo: etiam si lectus fuisset per maritum vxori legatus, secundum Bal. in l. j. circa fi. C. de legat. Imò si testator præciperet filiis eam tractari prout ipse eam tractauerat, non tenentur filij ei emere vestes pomposas, putà sericas vel auratas quas viuente marito in honorem & lætitiã illius portauerat. de quo tamen videatis Barto. in l. liberorum. §. fin. ff. de lega. iij. & in l. fina. §. vxori. ff. de auro & argen. lega. Nisi expressè ei legasset vestem quam ei fecerat, quo casu, qualiscunq; sit vestis pomposa vel communis, debetur ei. Imò quòd maius est, eo casu ornamenta

talis vestis argentea vel aurea cedunt legato, & vestem licet nimis pretiosam accessoriè sequuntur. l. & si nò sint. §. perueniamus. vbi est casus. & l. cum aur. vbi Barto. in fin. ff. de auro. & argen. lega. Per quas reprobatu glos. in l. j. ff. de peculio lega. quæ volebat accessoria pretiosiora non accedere principali. quod non est verum secundum Lud. dicentem de illis duabus legibus fuisse lucratum trecentos florenos. Tamè restat compatiendum viduis, quæ iuxta stratam huius nequam seculi, sunt velut arbores quædã, de quibus quilibet partem conatur deportare. Et sic nò immeritò papa & imperator adiri immediatè possunt pro earum tuitione: ne sint viduæ præda raptorum. allegato Esaiæ j. c. Nec possunt illi priuilegio renuntiare secundum Bal. in e. de causis xij. col. in fi. de offic. delega. quia nedum eorum, sed etiam superioris cui ex priuilegio immediatè subsunt, interest eas esse ab omni alia iurisdictione exemptas. Sicut communiter de quolibet alio exempto dicitur per Ioan. Andre. Panormita. & ceteros in cap. significasti. de foro competen. De Arthemisia Halycarnasorum regina magnanimitè, integerrimè; viduitatis, & sanctissimi amoris exemplo legitur, quòd ad eò Maucolem maritum suum dilexit, quòd (vt Valerius tradit) celebratis illi exequijs regis, cineres eius cum diligentia colligens, non in vna aurea illos condi voluit, exilimans tam amatè virum non posse alio in vase congruè reponi, quàm in pectus suum, in quo veteris amoris flammæ longè plus solito eo defuncto flagrabant. Quamobrem omnes cineres collectos ipsa bibere voluit, & residuum vitæ suæ tempus in lachrymis transmisit, donec lata in mortem ad virum deuenit: ac inter cetera ex amore, egregio & amabili viro insigne sepulchrum crexit. Quòd quidem opus inter septem mundi miracula vnum diu existit. Ex quo omnia deinde sepulchra Mausolea ab illo Mausoleo regis, & illius excelso sepulchro fuerunt appellata, secundum glos. in cap. bene quidem. xcvj. distin. Refert pariter Hiero. vbi supra, quòd cum Valeria vidua virum accipere rogaretur, respòdit se hoc facere nò posse, cum vir suus adhuc viueret. Quibus admirantibus dixit quãdiu vixero, vir meus per amorem semper viuet in corde meo. Quia vt diuus scribit ipsemet alibi Hiero. Impatiens amor hoc inter cetera præcipuum habet, vt quem desiderat semper inuenire se credat: sicut celebris vidua illa credebatur, in qua optimè verificari potuit quòd dicit Bal. q; vidua est præmortui viri imago, in qua maritus viuere censetur. Et alibi dicit idem Bal. in l. voluntas. C. de fidei commissis. q; quandiu mulier vidua est lege mariti dotalis soluto matrimonio omnia retinet dotis priuilegia, vt etiam alienari non possit, sicut non poterat durate matrimonio. Etiam directo matrimonio. ff. de fundo dotali. quæ fortè est ad hoc singularis. Decidit etiam Guido Papa quæstione cclxxxix. quòd viduæ doctorum, regentium aut consiliariorū in parlamento contribuere non tenentur taliis, nec ceteris patriæ subsidiis, sicut non tenebantur eorum mariti in vita: quia hoc est earum fauor. Et ita seruari dicit Masuerus titu. de taliis. §. item vxor militis. Et fuit ita sæpe decidum in parlamento Tolosano. scilicet si tenderet in odium ipsarum: nam si statum diceret quòd vxores rebellium sint perpetuo bannitæ, certè statim quòd essent viduæ possent remanere in ciuitate, secundum Bald. in dicta l. voluntas. Vnde videmus vnum mirabile, q; mulier quandiu viu

uit, respondere tenetur coram iudice viri sui, cuius forum fortitur. l. cum quædam puella. ff. de iurisdic. omniū iud. tamen eo mortuo adire potest papam immediatè vel imperatorem, vt supra dixi. Donec ergo mulier viduitatem seruat, durare censetur matrimonio, si sit eius fauor & honor defuncti. Ita q; nò tenetur in Francorum regno post mortem mariti homagiū facere pro suo proprio feudo, pro quo maritus ipsum fecerat, & iuramentum fidelitatis præstiterat regi, vel alteri domino, secundum Io. Fab. in §. fuerat. inst. de actio. quia cum vidua maritum repræsentet, durare censetur homagiū à marito factum, quem repræsentat: t ad eò q; sicut vir matrimonio durante tenebatur eam alimentare: sic eo mortuo tenentur hæredes viri eam alere, etiam post mortem mariti, secundum Cynum & Richardū Malumbre. in l. omnes. C. de bonis maternis. & in l. j. §. exactio. C. de rei vxor. actio. Cum, durante viduitate, censetur esse in seruitio mariti, secundum Bald. in l. diuortio. ff. solut. matrimo. Ita quòd si aliquid acquisierit post mortem mariti, præsumitur de bonis mariti acquisiuisse, ac si maritus viueret. l. Quintus. ff. de dona. inter virū & vxor. quæ locum habet in vidua, sicut in vxore, secundum Alberi. singulariter in Letiam. C. de donat. inter virum & vxor. quòd verū intelligit, si incontinenti post mortem mariti acquisiuit. secus si ex intervallo: vt etiam consuluit Angel. consilio (non recordor quoto) quia nunc venit in mentè cõsultatio. Nam sicut interest mulieris pariter & honoris mariti, hoc præsumi in vita, vt scilicet euitetur præsumptio turpis qualitas in vxore: Sic etiam interest honoris amborum, quòd talis præsumptio turpis euitetur mortuo marito. quum vt dixi, censetur adhuc esse in seruitio mariti: Ita quòd ea demū mortua veniunt in tumulto prædefuncti mariti sepelienda. cap. is qui. §. mulier. de sepul. lib. vj. quòd est verum secundum Ioan. Andre. vbi etiam si postquam fuit vidua, reuerfa fuisset in domum patris, nisi si ipsa aliam sibi elegisset sepulturam: quia hæc priuilegia non conferuntur loco sed personæ. Ideo in sepultura haberi nò debet respectus ad locū habitationis, quòd minus vidua portetur cum marito sepelienda: vt sicut in vita amborum vna domus & idem cubiculum. l. j. §. si vir. ff. ad Sillaniam. Et quos coniunxit vnum coniugiū, etiam decet, vt post mortem vnum & idem claudat sepulchrum. xij. q. ij. c. ebrij. Imò bonæ & pudicæ feminae volunt semper arbitrio virorū sepeliri, quando præmoriuntur. l. fin. §. ff. de auro & argen. lega. Hæc autem est præsumpta & verisimilis voluntas mariti, vt quam in suo cubiculo & sinu viuens tenuit, & quam nutriuit, etiã in suo recipiat sepulchro post mortem. Quia mollius ossa cubant manibus tumulata suorum, secundum glo. in c. vbi cunq; sepeliuntur. allegata xij. q. ij. Ad quod facit illud poeticum supra allegatum Aeneid. iij. vbi Dido: Ille (inquit) meos primus, qui me sibi iunxit, amores Abstulit: ille habeat sepem, seruetq; sepulchro, &c. Omni certè loco & tempore vidua conditionem, & domiciliū, & honorem viri præmortui, si sit eius fauor, retinet. l. fin. §. vidua. ff. ad muni. Nisi luxuriosè viueret, secundum Angel. in l. cum quædam puella. ff. de iurisdic. 147 omniū iud. An autem sit verum, quòd post annum hæredes mariti alere teneantur vxorem viduam, plenè Alex. in dicta l. diuortio. §. j. vij. col. & ibi Iason. Angel. & idem Iason in §. fuerat. inst. de actio. & in addi. ad Christophorū Porcum. in situ. ad tertul. iij. col. vbi cõcludit etiam quòd vidua operari tene-

tur hæredibus viri infra annum luctus: quo elapso tenentur ei hæredes dare pro dote quam non restituerunt, & alimentis ad computum octo pro centenaio, quousque restituant ei dotem, secundum Jacob. Butr. in dicto §. exactio. Quòd verum intelligit, vbi cum hæredibus mariti defuncti honestè aut commodè habitare non possent. Si autem honestè & commodè possent, sed nollet, tunc de illis octo detrahi debet quantum ipsa operari poruisset hæredibus, videatis Bartol. & alios in dicta l. diuortio. Ex quibus restat viduitatem maximum esse decus mulierum. Melius profecto esset, & multò honorabilius mori quàm suorum quondam maritorum amoris, dilectionis, & tam cordialis amicitie obliuisci. Quòd clarè monstrant insignes feminae in India viduæ, vt ponit Solinus lib. x. c. vj. & Tullius. lib. v. de Tuscula. quæst. Quæ licet plures vnum habeant more patriæ virum, est tamen tantus amor & fidelitas ipsarum ad virum post mortem, quòd eo defuncto coram iudicibus cõtendunt, quæ ipsarum viua cum marito sepeliatur: illaq; felicior esse putat, quæ cum viro sepeliri meretur. Ceteræ verò cum nota infamiae viuunt & præ tristitia sæpe decedunt. Et in India interiori vt Bergomè. in si. refert. Cum maritos decedere cõtigit, vxores cum eis comburuntur, alacriq; animo in ignem prosilire dicuntur, vt verificetur quòd præclare dixit lib. iij. titu. de amore coniugali Valerius, q; vbi idem & maximus & honestissimus amor est, aliquanto præstat morte iugi, quã vita distrahi. Et lib. ij. tit. de inst. antiquis, sic dicit: Quid ego fortissimos in hoc genere prudètia viros laudè? Respiciantur Indorum feminae quæ cum more patriæ cõplures eidè nuptæ esse soleat, mortuo marito, in certamen iudiciumque veniunt, quam ex his maximè dilexerit. Victrix gaudio exultans, deductaq; à necessariis, lætū præferens vultū cõiugis se flammis superiacit, & cum eo tanquã felicissima crematur. superatæ cum tristitia & mœrore in vita remanent. Hæc ille. Quinimò Pegalis Oenona vera Paradis alio nomine Alex. filij Priami regis Troiæ, vxor, cum virū suum vidit portari mortuum in Cebrina ciuitate sepeliendum, quanuis ab eoppter Helenam regis Menelai vxorè, repudiata fuisset, quòd mulieres agrè ferūt: & quia contra viros vindicta insanunt, tamen passim super cadauere mariti mortua cecidit, cū quo sepulta fuit prout Ditis Crentensis Troiani excidij vetustior historiographus lib. iij. & Strabo testant in hæc verba: T Sed fer Oenone viso Alex. cadauere, ad eò cõmutata, vt amissa mente obtupefieret, ac paulatim per mœrorè deficiente animo cõsideret. Itaq; hic eodèq; funere cū Alexan. cõtigitur. Non ergo curat tales de secundo matrimonio. Sicut de Didone Carthaginensi regina legitur: quæ Sichæo eius marito à Pigmaliõne ipsius Didonis fratre interfecto, cū ad Mastanorū aut Libyæ regis secundū Seruiū, nuptias à suis cogere cõiubus, flammis se iniecit. De cuius continentia diuus Hieronymus vbi supra meminit. Casta inquit, Dido Carthaginè condidit, & pro castitate vitam finiuit: quia maluit ardere, quã secundò nubere: ideo quãdiu Carthago stetit, Dido pro dea habita fuit. Cõiuges insuper quædam Cymbrorum & infinitus pene numerus, Orofio in iij. & Vale. lib. vj. tit. de pudicitia in si. referentibus, fuit miris, ob castitatis & viduitatis propositum, excolendus laudibus. Hæc quippe cū vidissent Theutones & Cymbros maritos suos ad ea. vlc; millia interfectos, & lxxx. millia à Romanis captos, in vnum se colligentes animoso consilio libertat. in BB v suam

fua & caftimoniam tutare decreuerunt: factu quoque ex  
multitudine plaustrorum fibi vallo diu & acriter pu-  
gnauer. Et cum fufte lapides que ac caetera arma-  
menta in pugna confumpfiffent, legatos miserunt,  
per quos Caium Marium confulem constantiore ani-  
mo quam fi viffiffent, confuluere, no vt eas ad patriam  
redire permitteret, fed vt omnes Romanis virginibus  
Vestalibus iungerentur: cum quibus inuolata caftitate  
diis feruendum effer. Quod tam honeftum cum non  
impetralfent, furore fuccenfa, ante omnia collifis  
in terram paruulis fuis, ne in feruitutem traherentur,  
nocte vna, ne & ipfe violarentur, exifta omnia earum  
fubftantia, laqueis omnes fibi mortem conftituerunt:  
nec praeda aliquid ex fe praeter pendencia corpora  
audis reliquere Romanis. haec Bergomensis.  
¶ Supradicti Cymbri populi fuerunt Germaniae Sep-  
tentrionalis, qui lingua Gallica (vt Festus tradit) la-  
trones dicuntur, nunc Flamingos appellant, qui olim  
Oceanum inundante relictis fedibus Romanorum fi-  
nes inuaferunt, ac magna clade primu Romanos af-  
fecerunt. Tandem incredibili caede a Caio Mario  
(vt Florus prodidit) in campo Randio delecti funt, &  
(vt Eusebius de temporibus refert) viginti millia  
Cymbrorum iuxta Eridanu Marius cecidit, & octo-  
ginta millia cepit. ¶ O inexhausti vigoris amor & vi-  
ri coniugio tali perpetuo & merito felices, aeternif-  
que feculis non sine caufa memorandi, quorum vxo-  
res exempla fuerunt fanctiffima viduitatis: ¶ quod na-  
turaliter etiam in beluis & auibus praedicatur: vt di-  
158 aus ille narrat Ambrosius in suo exameron ¶ de tur-  
ture, qd si comparem perdidit, iterare coniunctio-  
nem recusat: vt pariter refert Henricus in c. j. de con-  
stitutione. & Hieronymus super illud cantici cantico-  
rum: Fulca sum, & formosa filia Ierusalem. Turturu  
ferunt huiusmodi naturam esse, vt neque mafculus  
praeter vnam foeminam adeat aliam, nec foemina  
pluquam vnum patiatu matrem. Ita vt si accidat, al-  
tero intercepto fupereffe alterum, pariter cum coniu-  
ge extinctus fit concubitus amor. haec ille. parte ij. tra-  
ctatu iij. homilia ij. epiftola xvj. Vnde ad propositum  
159 exclamat ¶ Bernardus ille deuotiffimus, Pudeat (in-  
quit) ad negotium honeftum rationem non poffe in  
homine quod potest natura in volucre. Videant, con-  
templentur, & confiderent, quod mulieres Bragma-  
nae, vt fupra tetigi, & Didymus ait ad Alexandrum,  
inchoant durate adhuc matrimonio viduitatem, quia  
cum vxor duos genuerit pueros, non amplius acce-  
dit ad eam vir eius, nec illa alio viro approximat pro-  
160 pter earum multam religiofitatem. ¶ Armeni profe-  
cto indeficenter obferuant, vt post mortem coniuga-  
ti presbyteri (quia cum vnica & virgine prius eis nu-  
pta viuere potest. e. cum olim. de clerico coniug.) si vxor  
renubat, viuia comburitur, vt refert mare hiftoriarum  
161 tertiam narrans aetatem, & more terra fanctae. ¶ Ex  
quibus omnibus & no sine aliqua ratione, faltem ex-  
cufabili occasione, mos in praefenti ciuitate Caturci  
inoleuit, qd bigamis, id est renubentibus ta viris quam  
mulieribus fit (nifi componant) cum ingenti folen-  
nitate cariuarium, vt etiam saepe vidi Tolofae fieri. 165  
Praefertim cum vetulae honeftatis lege postpofita,  
adolefcentibus nubebant. Tales vere funt aliquo mo-  
do reprehendendae, faltem omnino non excufandae,  
tanquam faciant contra leges & naturales bonos mo-  
res, quibus viduitas fua detur. Non quod velim de iure  
cariuarium fore permiffum, nec penitus confuetu-  
dine excufandum, quum fit contra bonos mores, fe-  
cundum Ioannem Fab. in §. iniuria. institut. de iniuriis.

Et effer deridere quod Apostolus expresse permiffit  
cap. fin. de fecundis nuptiis. Facit textus singularis in  
authen. habita. C. ne filius pro patre. Et decifio capel-  
lae Tolofae cxi. Licet enim propter confuetudinem  
non teneatur quis forte pro iniuria cariuarij poena  
fori contentiofi, ta qua, confuetudo etiam praua ex-  
cufat, quavis actum non validet, vt dicit glo. singula-  
ris quam ibi fequitur, & commendat Panor. in capit.  
cum venerabilis. de confuetu. & in l. in concubinato.  
in ff. de concubi. Pro qua est tex. in l. quis fit fugi-  
tius. §. apud Labeonem. ff. de ad dil. edict. Et iure isto  
est tex. iuncta gl. penul. in c. sane. de tempo. ordi. & in  
cap. ea. quae de fimo. & clare habetur in ca. obuiantur.  
xxxij. quae. iij. ibi, quod quado mos erat, crimen  
non erat. Facit glo. in l. ex confenfu. §. fi. & quae ibi re-  
miffiue ponuntur. ff. de appel. Tamen talis confuetu-  
do, quum vt dictu est, fit contra bonos mores, ac etia  
effe poffet caufa maioris tumultus, no excufat a pec-  
cato in foro conscientiae, & poenitentiali fecundum  
glo. in c. denique. iij. dist. & in dicta l. in concubina-  
tu. ff. de concubi. Facit text. nota. in l. non est singulis.  
ff. de regul. iuris. Sed aliquoties cariuarium toleratur  
& difsimulatur ¶ per multitudinem, cui parcendum  
est de iure, vt dicto c. denique. & c. sane. Praeterea nu-  
quam vidi proceffum contra chariuantes, nisi femel  
cum eram Tolofae in studio pro quodam ingenti cha-  
riuario cuidam fexagenariae factu vocatae la Ligonae,  
quae viro longe iuniori nupferat: ad caufam cuius  
lis mota fuit, & aliquo modo deuoluta, & introdu-  
cta in Parlamento, vbi facta fuerunt memoranda lit-  
tigia, Anno Domini M. cccc. lxxix. Sed nihil fuit deci-  
fum. Et dicebatur quod vetula, quae diues erat, cum  
chariuantibus compofuerat. facit ca. cum iam dudum.  
ibi, quia per patientiam multa toleramus. de praeben.  
Quoties enim multitudo deliquit, temperanda est, &  
saepe omittenda vindicta, vt dicto ca. sane. & in capi.  
ex parte. de tranfactio. Et vtrobique glo. & text. opti-  
mus in ca. quoties. j. q. vij. & in ca. dilectus. l. ij. vbi ple-  
ne Fely. de fimo. & clatotes. de cle. ex com. miniftra.  
vbi gl. quae dicatur multitudo. & ij. Reg. xvij. ibi, vo-  
lens parcere multitudini. & ca. Et hoc est quod dicit  
Valerius lib. v. titu. de ingratis, qd populi mens in mo-  
dum fubita tempeftatis concitata, leui querela pro-  
fequenda est. Singulorum autem ingrata facta, libe-  
riore indignatione profcindenda funt. Quia poten-  
tes confilij cum vtrunque ratione pendere liceret,  
fecelus pietati praetulerunt. quafi dicat, quod difficilius  
est multitudinem a delicto abstinere quam fingulos.  
164 ¶ Quia multitudo concitata, vt plurimum a maiori  
parte, quae ftultoru est, iuxta illud Ecclefiaftes primor:  
Stultorum infinitus est numerus, non est potens con-  
filij: quia vt tempeftas cito mouetur, vt etiam dicitur  
in oratione prima ad Caesarem senem de re publica.  
Multitudo vulgi, more magis quam iudicio, post ali-  
alium quasi prudetiosem fequitur, vt plene dixi fuper  
verbo, Mortuo itaq. testatore. j. loquendo de fententia la-  
ta contra Chrifum ad tumultum populi. Ideo multi-  
tudo delinquens leui querela vt dixi, profequenda est.  
165 adeo quod decidit Bal. in l. j. C. de feruis fugit. ¶ quod  
vbi multitudo deliquit, foli caporales factiois &  
criminis puniendi funt poena delicti perpetrati. Et  
dicuntur caporales principes delicti fautores & con-  
ductores. argument. tex. in hoc iudicium. ff. de feruo  
corrupto. quod est notan. & poena caeterorum couer-  
ti debet in condemnationem pecuniaria. [ Capora-  
lis dicitur qui est caput & principium alicuius rei, vt  
dicit Ange. in authen. de here. & falci. §. j. collat. j. per  
l. ij. §. fi

l. ij. §. si quis. ff. vbi bo. raptio. Nam dicitur princeps fa-  
ctiois & tenetur pro tota familia. ¶ Singuli vero  
quando delinquant, funt potentes confilij. Cum deli-  
berate vtrunque fcilicet bonum & malum perpende-  
re poffint, qui folum ex fipiens mouentur. Ideo eis ita  
faciliter non parcitur, quotiens delinquendo fecelus  
pietate praetulerit. Praeterea vbi multitudo quae deli-  
quit, puniretur, plures boni, qui facilliter non cogno-  
fcuntur, inter malos perirent propter delinquentes, in-  
ter quos latent, & a quibus humano iudicio fcparari  
aut humana cognitione videri non poffunt, vt dicit  
Aurelius Auguftinus contra Parmenianum. Vnde  
finendi funt mali viuere, & vltio differenda, & refer-  
uanda Dei iudicio, qui folus cum fit cordium fcruata-  
tor, fciret eos fcparare, quam fi boni fimul cu malis  
occiderent. Et ita facere nos docuit Chrifus. Matth.  
xij. vbi parabolice loquens prohibuit extirpare zi-  
zaniam, id est, malam herbam, vt tritico parceretur.  
In multitudine enim plebis vbi communiter pauci  
166 funt boni & recte fentientes, ¶ facilius est tota cocione  
errare. Sed extra cocionem plebis, vbi effent sapienter  
congregati, prout in fenatu, difficultius est multi-  
tudinem errare, quam vnum vel paucos in re ad iudicando:  
quia vnus iudicium facile fcruerti potest, multorum  
non potest: immo illi multi sapientes funt. Quocirca  
in iudicio patrum confcriptorum, licet vnus & alter non  
recte fenserit, quia tamen potioris partis praualer  
fententia, totus ordo recte iudicare facillime potest:  
iuxta illud, Vbi confilia, ibi falus multa: quia delib-  
erata omnia agunt, fed modò multitudo plebis in  
contrarium facit, tanquam leuiter mota & multo-  
tens citra intentione. Quae omnia ad noftum propo-  
fitum faciunt, quod mala confuetudo excufat a poena  
fori cocentionis. Sicut dixi a poena adulterij fuper  
verbo, Cuidam Petro tradiderunt. In regno Fraeciae  
inferri non cofueat. Etiam (vt Salustius narrat in  
Iugurthino) certo tempore fuit inter fcocios furtum  
ex confuetudine impunitum. Per vim (inquit) fo-  
ciis erepta pecunia: quanquam graua hec funt: tamen  
ex confuetudine iam pro nihilo habetur. Et de Germa-  
nis, lib. vj. commentarioru de bello Gallico loquens  
Caesar, fic dicit: Latrocinita nullam habent infamia-  
m, quae extra fines cuiusq; ciuitatis funt: atque ca  
iuuentutis exercendae, ac defidia minuendae caufa  
fieri praedicant. Haec ille. Sic ergo a fimili caufa  
tolerant cariuarij in cafu noftro esse potuit, vt vnus-  
quisq; ad colendum & feruandum viduitatem magis  
inducatur, quae fere virginitati comparatur: adeo qd  
167 ¶ priuilegium alicui & fuis liberis etiam femellis con-  
ceffum, nedum competit virginibus, fed etiam fi-  
liabus viduis, fecundum Bart. in l. quotiens. C. de pri-  
uilegijs fcolarum libr. xij. Nifi expresse exciperentur  
& excluderentur viduae: quia tunc perderent pri-  
uilegium conceffum. Ideo quotiens alicui viro aut  
mulieri viduae, vel morte testatoris viduandae relin-  
quitur fub conditione viduitatis, vel fi non nupferit,  
neceffe habet cocitione implere, & non nubere: alias  
168 relictum perderet. vt dicta auth. cui relictum. ¶ Imo  
talis cui indicta est viduitas, debet de non amplius  
nubendo iurare & cautionem praefare Mutianam,  
de reftituendo relictum cum fructibus si nubat. Ita qd  
fi poftea nuberet relictum perderet, quod reftituere  
teneatur cum fructibus perceptis, & qui per alium per-  
cipi potuiffent, & declararetur retro priuatus, no vt  
ex nuc, fed vt ex tunc. Ita qd ex prima hora quod ha-  
173 relictum vel relictum habuit, cenfeatur praedo fuiffe  
& malae fidei poffeffor, quod ad fructuum reftituo-

nera. Quod pariter feruandi m est in quolibet alio  
talem aut fimilem aliam conditionem non feruante  
appofitam relictio, fecundum Bald. per illum text. in  
dicta auth. cui relictum. ¶ Et quod dictum est de re-  
cto mulieri viduae factu, si non nupferit, etiam locum  
habet, si ei relinquitur fub conditione, si continet  
vixerit: quia cum tunc continentia & viduitas funt i-  
dem, tenebitur mulier perpetuo continere & in vi-  
duitate perferuare, vt tenet Bald. in c. j. in fi. de sum-  
ma Trinita. vbi dicit, qd no fufficeret ei triennio con-  
tinere, fed perpetuo cafte viuere debet. Non obftan-  
170 in l. fi. C. de epifcopis & cler. ¶ Et fati videtur mulieri  
viduitas indici, si ei legetur, vel alio titulo relinqua-  
tur quandiu fteterit cum filiis fuis, quos & habet ex  
praecedenti matrimonio: quia tunc fecundo nubendo  
relictum perdit: quum fit impoffibile fecundo nubendo  
morari cum filiis primi mariti. l. j. vbi hoc notat  
Bal. C. vbi pupil. educa. debe. per l. fed si hoc. §. fi. ff. de  
condi. & demonftra. quos renubendo contriftauit. in  
auth. de nuptiis. §. folutio igitur matrimonio. iij. col-  
la. Praefertim cociderat qd foeminae fecundis maritis  
nedum bona filiorum primi mariti, fed etiam vitam  
saepe adducunt. l. lex quae tutores. C. de administra. tu-  
to. Et idem esse puto in qualibet alia conditione in-  
compaffibili cu fecundo matrimonio, non faciendo  
differentiam an conditio apponatur viro aut mulieri.  
171 ¶ Sed maius est dubiu, si qd haeres institutus fuerit, aut  
ei relictum fub conditione caftitatis & honeftatis:  
puta si cafte & honefte vixerit, aut si cafte vel si ho-  
nefte vixerit: & certe dicatis, quod si dicta conditio  
indicatur mulieri a marito vel filio aut filijs: tunc di-  
cta verba intelliguntur donec alteri non nupferit. Na  
licet in difpofitionem legis vel extranei fic relinque-  
tis dicta verba no importent viduitatem, cum nuberi  
do fati quis dicatur cafte & honefte viuere: attamen  
in vxore vel matre viduitatem continent, & perinde  
habentur, ac si dixiffet, si continentiam & viduitatem  
feruauerit, vel fornicando corpus fuum non corrup-  
erit fecundum glo. & docto. in §. cum igitur. vbi text.  
Bartol. & Angel. in authen. de non eligen. §. nubent:  
& in dicta l. fi. C. de indicta. viduita. vnde talis mulier  
nedum abstinere debet a coitu fornicario, fed etiam  
coniugali: alias perderet relictum. Facit glo. in l. fi-  
deicommissum. C. de fideicommissis. & in l. si fororem.  
C. de his quibus vt indig. ¶ Tamen intrare monaste-  
rium poffet ac religione ingredi. Nec propter hoc re-  
lictum perderet, quia vidua esse non definit fecundu  
Bal. in dicta l. fi. C. de epifcopis & cler. vbi dicit qd si  
cam maritus reliquerit dominam & vfufuctuariam  
quandiu cafte & vidualiter vixerit, non perit relictum  
si professa fuerit. quod faciendo honorem feruat te-  
ftatoris: & plus in illo habitu monachali quia folum  
intellexit maritus, quod non transfret ad fecunda vo-  
ta. fufficit enim quod mortuo marito vel filio testato-  
re, quod mulier a coitu abftineat, & carnali matri-  
monio. Nec etiam requiritur quod ploret, aut vocife-  
rando vlulet de morte mariti: nec quod vefte nigra  
induat. Quia fletus aut vefte lugubres mulierem ca-  
ftam non faciunt, neque viduam: fed fola continentia  
173 vidualis. Sicut ¶ habitus non facit monachum, fed  
ipfa profefio. cap. porrectum. de regulari. fecundum  
Bald. in l. decreto. C. ex quibus caufis infamia irrog.  
Sicut

Sicut nec vestis pompofa facit doctore prout exemplo monstravit Io. de Ligniano, qui iuxta illud ecclesiastici. xj. In vestitu ne glories vnquam. Cum semel inuitatus fuisset ad prandium in nuptiis, nec vestem portaret doctore, fuit ei ab archidicelino improperatum, ac inter plures murmurabatur cur togam non portasset nuptialem, id est pompofam nuptiis debitam & conuenientem, vnde statim misit pro veste, & de loco surgens vestem ibi posuit & recessit dicens, vestem voluistis, & vestem habuistis. Et ita factum fuisse refert Barbatias in c. cum Martinus Ferraricus de constitutione. Refert pariter Host. in c. j. de priuile. de quodam monacho qui cum maie indutus fuisset, non fuit in monasterio bene receptus. Sed postea cum pompofa capparediens, gratias ei egit de honoribus sibi eius intuitu exhibitis. Non profecto sic fecerunt Gallorum illi & Hispania nobiles, qui non causa videndi tam magnificam urbem, sed Titum Liuium, non vestitu sed loquentem, Romam adierunt. De quibus meminit barbatus ille Hierony. in epistola ad Paulinum. Ad Titum (inquit) Liuium lacteo eloquentiae fonte manentem de vltimis Hispaniae Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus: quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnus hominis famam perduxit. Qui urbem tantam ingressi aliud extra urbem quaerent, scilicet praedictum oratorum ducem, & non vestes, nec loci ornatum. Tales enim qui homines ex veste aestimant, deridet Seneca ad Lucillum epistola. xlvij. Quemadmodum (inquit) stultus est qui equum empturus non ipsum inspicit, sed stratum eius & frenos, sic insipiens est qui hominem ex veste aut fortuna aestimat. Et epistola. xlij. Quid enim est stultius, quam in homine aliena laudare: scilicet fortunae bona? Quid denique eo dementius, qui ea miratur quae ad alium transferri protinus possunt? Non faciunt meliorem equum aurei freni. Et Epistola. xliij. Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus. vnde concludit idem in eundem. epistola. v. Qui domum intrauerit, nos potius miretur quam supellectilem nostram. Quae omnia arguunt viduam non esse ex vestibus iudicandam, nec ex fletu aut vultu: sed ex castimonia corporali a qua viduitas ipsa substantiam capit & honorem. Ex quo dixit Bald. per illum text. in l. res vxoris. C. de don. inter virum & vxorem. quod donatio, & quaecumque alia gratuitas quae fit vxori a marito, praesumit in dubio fieri in premium pudicitiae, quod dicit non ita clare alibi reperiri posse. Pro quo licet ipse non alleget, facit text. notab. in l. vnum ex familia. §. si. ff. de legat. ij. vbi maritus omnia quae bene facit vxori, censetur facere in honore bene tractati matrimonij: quoniam honorandae sunt viduae, quae verae viduae sunt. j. q. ij. viduas. Tamen bonum & honestum, imò expeditum est, quod vidua viuatur, fletat & vestiatur secundum morem regionis, vel prout maritus forte disposuit. Puta, quia vestes lugubres ei reliquit aestiuam & hyemalem, quoadiu vidua moraretur. Quo casu aestiuam vestis ei dari debet in mense Aprili, & hyemalis in mense Septembris. l. j. relata ad rub. C. de militari veste. lib. xij. Ex quo text. singulari ita capere vestem aestiuam aut hyemalem consueuerunt christianissimi Francorum Reges. Quae consuetudo in his est seruanda iuxta qualitatem regionis, etiam in talibus viduis, prout communitate dicitur: Si fueris Romae, Romano viuato more. c. illa. xij. dist. & melius in c. si quis virorum. xxx. dist. vbi est bona glo. de illis moribus, secundum quos sunt verba testatoris interpretanda, & etiam mens

ipsum. l. cum de lanionis. §. a sinam. ff. de fundo instrum. vnde apostolus ad Romanos xij. Gaudete (inquit) cum gaudentibus, & flete cum flentibus. Et Ouidius in lib. de Ponto. Lata quidem laetus cecini: cano tristitia tristis. Conueniens operi tempus vtrique faum. Quod maxime locum habet, si dictio, honesta appositae fuerit in relicto vel haereditate institutione. secundum Ange. in §. iuris praecipua. instit. de iustitia & iure. & Alexand. in dicta l. mulieri. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. Vestes enim honestae in regione illa portari solent, aliquid conferunt saltem quo ad vulgi opinionem iuxta illud: vir bene vestitus pro vestibus peritus reputatur a mille, quauis idiota sit ille: & aliam hypocrisis praesumeretur secundum gl. in c. clerici. de vita & honesta. cle. Nam sapientis est se confirmare ritui & habitui maioris partis. c. deus qui ecclesia. de vita & honesta. cle. quoniam turpis est pars quae suo non congruit vnuerfo. c. quo iure. viij. dist. Et ed tunc tales vestes lugubres, & caetera viduitatis ornamenta habere debet vidua expensis bonorum sui quondam mariti, secundum Bald. & Angel. in dicta l. decreto. quos sequitur Ang. in d. §. fuerat instituit. de actio. Nisi a marito fuisset ei relicto omnium bonorum vsufructus, eo casu, quo ipsa omnes fructus caperet: quod quando fit, viduissis super verbo, Caetera bona. Quia tunc tenetur de fructibus viuere, & consequenter se vestire. l. victus. ff. de verb. signifi. cum talia sint onera haereditaria, vt in dicta l. j. §. ex actio. C. de rei vxo. actio. ad quae tenetur vsufructuarius omnium bonorum: vt ibi plenè dixi. & tenet Guido Papae. q. cccc. xlij. incip. quidam testator. Et vtroque casu tales vestes lugubres sunt ipsius, vt de illis ad libitum disponere possit, secundum Ange. in l. si ex re domini. ff. de stipula. seruorum per glof. fin. Sicut deciditur de vestibus cotidianis sibi a marito factis in vita: quia sunt vxoris: secus in preciosis ei ad pompam pro honore & laetitia mariti factis: quia illae sunt haereditate vnuerfalis mariti, si ipse aliter non disposuerit, secundum Bart. in l. in his. ff. solut. matrimonio. Et intelligatis viduam debere lugere virum secundum morem regionis, vbi vir honestè mortuus est, quia si seipsum occidisset, lugere non debet. l. liberorum. §. non solent. ff. de his qui notan. infamia. Nec non carebit sepultura. c. placuit. xxij. q. v. vt plenè dixi supra per verb. Mortuo iugae testatore. Or nunc domini, ad propositum reuertendo, dictio castè vel honestè a marito prolata quod filius importet conditionem viduitatis, tenet Ange. Areti. in dicto §. iuris praecipua. & Ang. Perusinus in dicto §. cum proponeretur. Nam per secundum matrimonium anima mariti dicitur contristari. [Vt in auth. de nuptiis. §. quae vero nunc sequitur, vbi nos igitur. colla. iij.] Nec non fit ei & liberis iniuria, in auth. de non eligen. ij. nub. §. Gregoria. vbi prospeximus. & §. cum igitur. vbi bonus text. per quem ita tenet ibi Ange. in §. optimum. eod. titu. & in auth. de nuptiis. §. soluto igitur matrimon. vbi Ange. Facit etiam ibi text. in §. si autem tutela. Et certum est defunctos non esse iniuria afficiendos, instit. qui & ex quibus causis manumitti non possunt. §. iustae autem causae. Imo hodie iniuriantes eis grauius puniuntur. l. si. cu. aut. ibi posita. C. de sepulchro viola. Et dixi plenè super verbo, Mortuo iugae testatore. Vnde non est verisimile maritum testatorem disponendo quod vxor castè viuatur, intellexisse de castitate, seu conlugali pudicitia vel honestate per quam perderetur ipsius memoria. Cum, vt supra dixi, vidua sit durante viduitate praemortui mariti imago

imago, secundum Bald. in dicta l. pignoris. Nec cogitasse praesumitur maritus tantam sibi inferri ab vxore iniuriam, quae solet esse causa & occasio ademptionis legatorum. l. iij. in si. cum l. sequenti. ff. de ademptio. lega. Et idem tenent Bald. & Fely. in dicta l. fin. C. de indicta viduita. & Bald. in l. j. in quinto notabili. C. de raptu virgi. & in dicta l. fin. C. de episcopis & clericis. Et maxime per transitum mulieris ad secunda vota, sit defuncto marito iniuria, vbi vidua factis annofa esset, & praesertim vbi superessent liberi ex illo matrimonio: qui praesumi faciunt patrem de suae vxoris secundo coniugio non cogitasse ipsum per dictionem castè vel honestè exclusisse, ac si expressè viduitatem ei in duxisset, per text. not. in dicta l. vnum ex familia. §. si. ff. de lega. ij. Ad quod facit text. in dicto. §. soluto igitur matrimonio. vbi felix est vtrique contrahentium ac beatum in priori perdurare coniugio: & non procreatam sobolem sequentibus matrimoniis contristare. Vbi autem ex illo matrimonio non fuissent procreati, vel non superessent liberi, maiorem haberet tunc vidua occasionem conuolandi ad secunda vota: quum sit mulierum totale desiderium concipere, & conceptum tueri, vt dicta l. sequitur. ff. de adul. edito. Et hoc quod Anna foror Didoni reginae vterum nuberet, quarto Aeneidum suastit, ibi: *Anna refert, O luce magis dilecta forori, Solana perpetua merens capere iuuenta, Nec dulces natos, veneris nec pramia noris? etc.* Nam vnaqueque ipsarum mater fieri naturaliter appetit. cap. j. de frigi. & maleficia. Non tamen propter hoc rehubendo excusaretur à perditione relicti per maritum aut filios si castè & honestè viueret facti. Licet enim mulier primum contrahendo matrimonio dicatur castè & honestè viuere ac pudicè: Secus tamen si ad secunda transeat vota. l. si. C. quando mulier tuto. offic. fungi potest. secundum Lud. in dicto §. cum proponeretur. ex quo dicit Bald. in dicta l. si. C. de indicta viduita. quod si testator vxorem suam reliquerit dominam & vsufructuariam: & deinde superuiuens, secundam ducat vxorem: tale legatum secundum vxorem illam non comprehendit. De cuius dicti intellectum videatis Fely. in cap. in nouamus. de treug. & pace. in tertia fallètia. Quinimò matrimonium secundum contrahens dicitur aliquoties facere contra naturam, vt supra fuit plenè demonstratum, & fatetur omnes, & Lamec duabus acceptis vxoribus, Sella & Ada, Genesis iij. contra naturam seu praeter bonos mores primus in orbe bigamiam induxit. Et idem quod supradictum est, tenent Petrus de Ancha. & Imol. in c. quod à te. de cleri. coniug. dicentes, quod in casu nostro etiam ex communi vtu loquendi, mulier non dicitur castè nec pudicè viuere, quae ad secunda transeat vota. Idem tenet Ange. in quadam sua disputatione incipien. Testatorem feudum reliquit mulieri, & c. Paul. & Alexand. in dicto §. cum proponeretur. & Iason in dicta l. si. de indicta viduita. maxime si nupsit infra annum luctus: quo indubitanter perdit gloriam matrimonialis pudoris. Est enim inter virum & vxorem quaedam religio: cuius reliquiae remanent infra annum luctus. l. j. quam ad hoc ponderat ibi Bal. in principio. C. de mulieris nuptiis. quem annum summo studio debent mulieres pudicè seruare: & alias puniuntur poenis dictae l. j. & authen. eisdem poenis. eod. tit. maxime si infra illud tempus pariant ex secundo viro: & fortius si ex stupro: vt ibi dicit glof. & plenè Bald. Nec e-

tiam permittitur iure isto canonico secundo nubere, ea ratione quia honestum, quum honestum non sit sed ea ratione quia necessarium. Nam cibus & potus. Quod qualiter fiat habet plenè super verbo, Quae filium ex eo suscipiens. illum humorem cōtinuè generant & exacuunt, ob quod furor ille non tantum recipit interuallum. Ideo non incurrit vidua poenam infamiae nubendo luctu durante cap. fin. de secundis nuptiis. Actus tamen non est honestus, nec laudabilis, nec sine rubore faciei detegentis maculam cordis, vt pulchre dicit Bald. in verbo, pudicos, supra in proemio: quia vidua quae sic velociter nubendo virum suum dehonestauit, clarè satis demonstrat, etiam eo viuente non castè vixisse: dicit text. in §. si. in auth. de restit. & ea quae parit in xj. mense. colla. iij. Praeterea ita propere nubendo fit turbatio & commixtio sanguinis primi & secundi mariti inducens incertitudinem prolis cuius erit. Et inde decidit Bald. quem caeteri ibi sequuntur in l. filium quem habentem. C. familiae exco. Quod licet maritus in testamento vxori remittere possit [Facit quod infra dicitur vtrique, praeterea aliud notabit & c.] poenas contra mulieres secundo nubentes indictas, sicut lex hoc facere potuisset: tamè hoc est verum si post annum nubatur quia si infra annum nuberet, nihil operaretur dispositio, etiam si hoc expressè testator dixisset: quum sit contra bonos mores. & sic non valeret. l. si quis inquilinos. §. final. & l. turpia. ff. de legat. j. Et dicam infra: quicquid dixerit Paul. in dicta l. filium. malè intelligens Bald. secundum Iasonem ibi, vj. col. de quo per Lud. consilio cexix. incipien. ex themate. vbi ita concludit. Subiungens, quod relicto onerosum non perderet per transitum ad secunda vota, secundum Bald. in authen. in donatione. C. de secundis nuptiis, quem etiam sequitur Praepositus in cap. fin. in fin. de secundis nuptiis. Sicut dicimus de presbytero excommunicato, cui de iure prohibentur omnes actus ecclesiastici ei fauorabiles & honorabiles. Sed non propter hoc prohibetur nec eximitur à dicendo honoras priuatim singulis diebus extra ecclesiam: nec à caeteris ei onerosis actibus. infra de clerico excommunicato. ministran. Vnde restat haec veritas, quod castitas, honestas, vel continentia per maritum vel filios mulieri indicta, perpetuam importat viduitatem, ac si expressè relicto esset sub conditione viduitatis: ita quod secundo nubens, ac si meretricè viueret, legatum perdit: licet Bartolus (& malè) tenuisset tunc per transitum ad secunda vota non perdit relicto, nisi mulier coitu fornicario peccaret: imò secundum eum, secundo nubens dicitur castè & honestè viuere: per textum in dicto §. cum proponeretur. Sed errauit secundum omnes: quia text. ille non loquitur in marito relinquente vxori, nec in filio relinquente matri, vt statim videbitis. Nec obstant fundamentum suum, videlicet quod mulier coniugata dicitur castè & honestè viuere: quia hoc verum est in primo matrimonio: vel dicitur castè viuere secundum se: quia rem sibi permissam fecit. tamen non dicitur castè nec honestè viuere ea castitate & honestate, qua decet primum maritum, qui legatum reliquit. Vnde tale legatum tunc subiacet defectui intentionis, & voluntatis mariti legatum vxori concedentis. Et sic ipso iure vitatur, extinguitur, & censetur retrò nullum. Sicut dicimus de rescripto subiacente defectui intentionis papae, vel principis concedentis, secundum Pano. in cap. pro inquisitione. de elect. Et in hoc casu, scilicet quando à marito aut filio



fuit sub conditione viduitatis expressim vel tacite, puta sub conditione castitatis vel honestatis relicto, <sup>197</sup> nihil mutatum est de iure canonico. Imò si conditio non seruetur, vt quia vxor vel mater transit ad secunda vota, perit relicto, nec debetur propter defectum voluntatis in testante, qui talem conditionem sibi honestam & gratam posuit. Et sic in contrarium euentum noluit deberi relicto. Et idem, si legatum relicto foret, vel hæreditas ab extraneo sub expressa conditione viduitatis: quoniam si tunc vidua secundò nubat, etiam iure isto canonico perdit relicto: <sup>198</sup> saltem in hoc ius civile non mutatur. Ex quibus omnibus resultat maius dubium: videlicet, si maritus vxori simpliciter reliquerit, non adiecta conditione viduitatis, continentia, castitatis, vel honestatis: quæ postea ad secunda vota transit: an perdat relicto, ac si factum fuisset sub aliqua dictarum conditionum. Et communiter dicitur, quod si nubat infra annum luctus, priuatur legato, vel hæreditate in totum: si autem nubat post annum, perdit proprietatem rei legatæ, quæ filiis primi matrimonij applicatur: & ipsa usufructu solo gaudebit vita eius durante. Iam biguitates. C. de iudic. vidua. & clarius in l. j. & l. fœminæ. & l. generaliter. C. de secundis nuptiis. Quod sanè intelligatis de relicto à marito: secus autem de relicto ab alio contemplatione mariti: quia illis non priuatur quoquo modo, cum lex puniens mulierem renubentem, sit pœnalis, in authentica de nuptiis. §. si verò. Quæ pœna locum habere debet in actu vero, & non ficto. Quia relicto contemplatione mariti factum, <sup>204</sup> est actus iustus. l. si aditio. ff. de acquirenda hæreditate. Nec dicitur verè relicto à marito: ad quod facit glos. in l. cum oportet. C. de bonis quæ liber. quæ loquitur per verbum, videtur. Per quam rationem & plures alias ita cõsuluit Lud. Rom. consilio cccv. <sup>199</sup> incipiente, Presuppõsit terminis, &c. Sed vbi relicto esset ab ipso marito, priuaretur proprietate, vt videtis. Quod an sit hodie correctum iure isto canonico, quom hæc pœna sit iudicanda non à testatore, sed à lege civili. Super quo diuersæ fuerunt opiniones, de quibus plenè Panormit. & doct. in capitulo finali, de secundis nuptiis. Et Bartol. clarè in l. liberorum. §. j. ff. de his qui notantur infamia. vt plenè dixi super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*. in quarto principali articulo. Et quatenus iure canonico correctum esset in vidua ad alia vota cõuolante, vt propter hoc relicto purè à marito vel filiis factum non <sup>200</sup> perderet. Tamen secus esset si stuprandam se cõstituit: quo casu talis vidua relicto perderet, secundum glos. in dicta l. fideicommissum. C. de fideicommiss. & l. fororem. C. de his quibus vt indig. quia ratio & fauor matrimonij tunc cessat, super qua fundatur æquitas dicti capit. fin. de secundis nuptiis. Imò plus dicit Panormit. in dicta l. fideicommissum. quod sicut vxor, quæ viuente marito commisit adulterium, perdit dotem. cap. plerunque. de donationibus inter vitum & vxorem. & l. consensu. C. de repud. Nec non bona perdit paraferalia, secundum glos. in dicto capitulo plerunque. Eodem modo vidua debet omnia illa perdere propter stuprum in viduitate commissum. Quod etiam tenuit idem Paul. in dicta l. fororem. Nam fœmina quæ in deliciis viuuit, mortua est, primæ ad Timotheum quinto. Et maritus seu parentes eius qui constante matrimonio offenduntur de adulterio, etiam offenduntur per stuprum in viduitate commissum, secundum Bartol. per <sup>202</sup> illum text. in l. si mulier. C. de adulter. Ad quod

facit, quia vidua viuendo luxuriosè domicilium non retinet primi mariti, secundum Angelum in l. cum quædam puella. ff. de iurisdic. omni iudicium. Sed hoc vltimum in dote & paraferialibus bonis, vt propter stuprum perdantur, communiter reprobat, vt plenè per Alexandrum in dicta l. fororem. & Iasonem in dicta l. fideicommissum. quia iura loquentia de perditione dotis, loquantur de incontinentia vxoris viuente marito commissa, non autem eo defuncto: & pœnæ non debent extendi. Facit text. in capitulo secundo, in verbo, Domino viuente, vbi hoc notat Bald. de feudo sine culpa non amittendo. Et idem Paul. plenè consilio centesimo vigesimo primo, incipiente, Reuocatur in dubium, &c. <sup>203</sup> Satis est ergo, quod vidua committens stuprum, priuatur legato ei per maritum relicto, & tunc filiorum si ei incumberet, iuxta authenticam, matri & auæ. C. quando mulier tutel. offic. iungi potest, secundum glos. in authent. sacramentum. illo cod. titu. & Bald. in authent. cisdem. C. de nuptiis. & in l. his solis. C. de reuocan. donatio. & Angel. institutu. de legiti. patro. tutela. in fin. & in §. actionum. post Ioan. Fab. institutu. de actio. Et Lucam de Penna in dicta l. quoties. C. de priuil. scholarium. lib. xij. vbi per multas rationes cõcludit viduam in testamento sui mariti factam executricem, officio illo priuari per transitum ad secunda vota, sicut perderet tutelam. Non autem quod dote priuatur ad ipsam more mariti reuerfa: & minus priuari debet bonis parafernis. Sed an priuatur successione filiorum ex primo matrimonio iam soluto descendenti: Semel cõsulit de quadam pellice quæ mortuo eius marito, duos ex fratre mariti susceperat liberos incestuosos. Nescio quid iudicabitur. Sed interim videatis de sancto Georgio Præpositum in dicto c. fin. viij. col. de secun. nuptiis. & Bart. in §. cum igitur. in fi. in authent. de nõ eligendo secundo nubent. verfic. vlti. in §. optimi. Vn tamen mæti tenebitis, quæ licet mulier renubendo perdat relicto à marito sibi factum, nõ tamen perdit lucrum à statuto vel consuetudine marito præmoriente, sibi delatum. Nec econuerso maritus illud perdit si vxore præcedente ipse ad secunda vota transierit, secundum Bald. in l. fina. C. de bonis maternis. Sed idem Bald. in authent. ex testamento. l. fœminæ. C. de secund. nuptiis. quæstionem plenius tangens decidit cõtrarium: pro quo ibi videtur esse text. rotundas in dicta l. fœminæ. & in authent. vxor illo eod. titu. vbi etiam idem Bald. ita firmat. Pro quo est melior text. de iure. in §. Gregoria. verfic. prospeximus. in dicta authent. de non eligendo secundo nubent. tamen saluari consuevit Bald. in dicta l. fina. de bon. maternis. quæ vxor non priuatur dictis lucris, quo ad vsumfructum quandiu viuat. Idem sentit Bart. in l. j. C. de inoff. dotibus. Et idem erit in antiphario quod ex conuentione vel statuto lucratur coniux superariuens, puta decem pro centenariò, vt in locis præallegatis concluditur. Videatis quæ dixi super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*. in primo successio-  
<sup>206</sup> articulo, quarta conclusione. Præterea aliud notabitur quod illud, quod supra dixi, quod mulier proprietate relicto sibi à marito purè & simpliciter facta, perdit transendo ad secunda vota, quæ remanet liberis præcedentis matrimonij: est verum, nisi maritus expresse ei reliquisset, etiam si nuberet: quia <sup>207</sup> tunc renubendo relicto non perderet. Et idem si mari-

maritus tacite ei secundas nuptias permisisset: vt quia forte sibi mille reliquit, si viduitatem teneret, & quingentos si renuberet: quia hoc dicendo videtur vxorem licentia & congregare de se maritando, & ad secunda vota transendo, secundum Bald. in dicta l. j. C. de secundis nuptiis. vbi videtur velle omnia illa mille, esse propria mulieri. dum tamè secundum contrahat matrimonium post annum luctus. Si autem anno luctus non finito nuberet, non obstante licentia maritali de renubendo, perderet relicto. Quia licentia renubendi generalis non intelligitur de anno luctus, secundum glos. super verbo, siue vir. in §. vnum itaque. in authent. de nuptiis. quom sequitur Bald. in dicta l. j. dicens aliàs sic obtinuisse pro quadam muliere, cui à marito plura fuerant relicta castra, etiam si nuberet. Idem tenet ipse Bald. in d. l. filium quem habentem. & clarius ibi Iason vij. col. C. <sup>208</sup> familiaris eriscum. Et Ludo. allegato consi. cccxij. Et ratio quare mulier renubens de licentia mariti post annum non perdit legatum, est, quia volenti non fit iniuria. l. j. §. vsque adeo. ff. de iurcir. & l. cum donationis. C. de transactio. Quando autem nubit infra annum luctus ultra iniuriam quam marito irrogat, ipsa facit contra bonos mores, quod per maritum remitti non potest, secundum eos, vt supra dixi. Et idem si vidua de licentia filiorum transierit ad secunda vota, quia non perderet proprietatem relicto rum à viro, secundum glos. super verbo copulantur, in dicta authentica, de non eligendo secundo nubent. & Ludouic. in dicto consilio. Sunt ergo viduæ cautè consulendæ. si ad secunda velint transire vota, vt scilicet faciant filios consentire, argumento l. quoties, & quod ibi dicitur Iason. C. de fideicommiss. vt dixi in verb. *Et soboles quam gestabas in utero*, tractando de successorio edicto conuentionis. Et an hoc sit etiam hodie iure canonico correctum, plenè habetur in dicto capitulo finali, de secundis nuptiis. Et dixi plenè <sup>211</sup> simile in verb. *Et vxorem nomine Adelasiam*. in primo successio-  
<sup>212</sup> articulo: & sexta conclusione secundi membri. Hæc iam domini, sufficere vobis possunt: quando à marito aut filiis fuit mulieri instituta simpliciter & purè, vel si non nuberet, aut si castè & honestè vixerit, quod idem est. Si autem à testatore aliquid relinquere filia aut mulieri extraneæ viduæ sub expressa viduitatis conditione: tunc non est dubium quin secundò nubens perdat legatum: quia <sup>213</sup> verè illud perdit. Sed si ei relinqueretur sub tacita conditione viduitatis: puta si castè & honestè vel donec castè & honestè vixerit. Certè hoc casu mulier renubens legatum non perderet: & minus illud perderet, si purè & simpliciter ei relicto fuisset: quia voto patris congruit filiam nubere propter pudicitiam conseruandam: ne toti generi per inquinacionem vitæ suæ, iniuria fiat: de quo est verisimiliter dubitandum in iuene muliere. Et iste est proprius casus dictæ l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebellian. facit l. si filiam. cum authentica ibi posita. C. de inoffic. testament. Vnde filia hæres instituta à patre vel matre aut extraneo, vel fideicommissio substituta, aut legato honorata, si vel donec aut quandiu castè & honestè vixerit, non priuaretur hæreditate vel relicto, si nuberet, dum tamen nubat pari aut <sup>215</sup> iori. & tali, quod consortium mariti non sit denigratio famæ testatoris, & generis sui, argumento. l. iij. §. si emancipati. ff. de bono. possess. contra tabul. & bonus text. in l. cum ita. ff. de conditionibus & demonstracionibus. & gl. in l. j. in fi. C. de institutio. & substituo.

vt dixi super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*. in principio. [Vir enim aut mulier in coniugio viuens, dicitur castè viuere: secus si viueret in concubinato quantuncq; secundum formam iuris civilis secundum Angel. in §. consideremus. in authent. de trien. & semisse. iij. colla. Nec obstat text. ibi in fin. dum dicit. Sed castè viuentibus, &c. quia intelligitur concubinaris castè viuere, vt filij ex eo nati tanquam naturales ad successio-  
<sup>216</sup> nem vocentur, ad differentiam vulgò conceptorum, vt plenè habetur super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*. in ij. principali articulo successio-  
num. Sed quò ad alia non dicuntur concubinarij castè viuere, cum omni luxuria vltra coniugium sit peccatum mortale, vt ibi dicitur.] Et idem in muliere penitus extranea vidua: renubendo non perderet legatum, dum tamen vt dixi, matrimonium non esset vituperosum: quia nõ interest extranei, nubat vel non nubat. Cum vtroq; casu sit castitas, vt dicto. §. cum proponeretur. facit l. castitatis temporu. C. de adul. & l. si. C. de legit. tut. Si autem tale matrimonium esset ignominiosum ac denigratiuū famæ generis, vel etiam ipsius solius mulieris, tunc perderet legatum. vnde dicit Aug. in dicta sua disputatione, quòd si sexagenaria nuberet adolefcēti, vel fœmina asump-  
<sup>217</sup> ptis semel monachalibus vestimētis, postea nuberet, tunc relicto perderet: quia non diceretur castè & honestè viuere. Allegat. text. in §. hoc autem Deo amabilius. in authent. de nuptiis. Nõ enim dici potest aliquid honestè fieri, vbi est morum contemptio, in authent. quomodo oporteat episcopos. §. quanta igitur. quod est notandū pro limitatione prædictæ decisio-  
<sup>218</sup> nis. Et etiã contra vetulas viduas, quæ primo soluto felice & honorabili matrimonio nuberent suis garciferis & seruitoribus, despecti aut penitus incogniti generis, quos vix maritus quondam aspexisset, in dedecus præcedentis matrimonij, & interdum totius generis. Quod fuit vna de causis, propter quas in omnibus ferè excellentis ciuitatibus facta fuerunt statuta, & introductæ cõsuetudines, quibus mater per agnatos à successione filij intestati excluditur: ne succedendo filio. & postea taliter nubendo, perdat & honorem, & substantiã domus prioris mariti, vt plenè dixi super verbo. *Et vxorem nomine Adelasiam*. in primo præludio. Gaudent profectò sæpe mulieres de nece maritorum, secundum glos. in verb. quia morte. in l. Pater Seuerinã. §. locus. in fi. ff. de cond. & demonst. & dominatu virorum caruisse latantur. quaruntque alios, non quibus iuxta Dei sententiam seruiant, sed quibus imperent: ita quòd pauperes eligunt, vt nomen virorum tantum habere videantur, qui patienter riuales sustineant: si mustauerint, ilico proiciendi, vt diuus inquit Hieronymus, ad Principiam virginem, de vita & obitu Marcellæ, secundum Lucam de penna, in dicta l. quoties. C. de priuil. scholarum lib. xij. Et tales interdum auro ferrum præferunt & præponunt: quoniam vt Iuuenalis dicit, ferrum est quod amant, id est ferreum membrum ad instar ferri rigidum. Propter cuius fortitudinem insignes etiam fœminæ feruis vilissimis se exponunt, secundum Cynũ in l. j. C. de mulieribus quæ feruis propriis se iunxerunt. Sunt ferè omnes Tentigona, à Tentigone Deo, quem accuratè colunt, eique sacrificant: quia Tentigo est Deus membra genitalia tendere faciens & illa fortificare, vt ferunt. Quia nil certius inter fœmineas voluptates, quàm cum in sui corporis deliramenta labuntur, nunquam appetunt cum aliquo commisceri qui marito suo sit melior aut æqualis, imò

imò semper ad viliora declinant. Et cum ipsa honoris proprii facta sint prodigæ, non horrent in personis suis committere vilitates: & quas nisi cum vilibus non committunt: quia si cum melioribus viris suis, aut maioribus eas committerent, scelus pessimum esse putarent. Nec curant, quod innocentem maritum afficiant nota riualis: nec quod luxuria detestabilior sit in senio, quam iuuentute: iuxta illud Ciceronis lib. primo de officiis: Luxuria cum omni ætati sit turpis, senibus maximè fortidissima est. de quo Panorm. in cap. cum in iuuentute, de præsumptionibus. videatis de his vetulis, quæ dixi super verb. *Et uxorem nomine Adelastram.* in principio, de Septicia muliere: & super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* allegando diuum Bernard. dicentem vetulas coitum appetentes, si lex permitteret, viuas esse sepeliendas.

217 Et pariter viri iuuenes cum vetulis contrahere matrimonium non præsumant, à quibus secundum medicos summè cauendum est: & nõ sine ratione, tãcum venenosa sint: quia mulier post quinquaginta annos non patitur menstrua, quæ propter naturæ debilitatem expellere non potest. Ex quo vetulæ materiam malam in se congregant: adeò quod efficiuntur imundæ, & suo anheliu inficiunt pueros & iuuenes. Et inde est quod in ipsis abundant catarrhus, tussis & alia multa mala. Quæ quædam melodia est, cum vetulis contrahentibus & iacentibus iustissimè debita. Vnde restat, quod eoditio castè, pudicè, & honestè viuendi à patre vel matre, aut extraneo indicata satis obseruata censeatur per transitum ad secunda

219 vota honesta, & non vituperosa. Si autem mulier duos habuisset maritos iam defunctos, nõ posset cum tertio contrahere sine perditione relicti. Et idem si post relictum ei factum contraxisset cum secundo: quia si illo defuncto contraheret cum tertio, non diceretur castè viuere, nec pudicè, tãquam tertium matrimonium sit multo detestabilius, de quo non censeatur pater nec alius quispiam extraneus cogitasse, secundum Angelum singulariter in dicto §. cum proponeretur. Allegat quod habetur in dicto §. hoc autem Deo amabilius. in authentico, de nuptiis, tamen Imola allegat eum in authentica de sanctissimis episcopis. Sed non est hic nec ibi saltem quod faciat propositum. Imol. est secundum Alexandrum. in Authentico, quomodo oporteat episcopos. vbi hoc idem tenet Angelus, quem in transcurso lectionis sequitur Felynus in capitulo, si cautio. de fide instrumenti. dicens contrarium esse honestati tertias contrahere nuptias. Facit quod habetur xxxj. quæstio. j. capitulo. quomodo. de virginibus. vbi dicitur, quod primus vir solus appellatur maritus. Et Tobia tertio legitur, quod Sara filia Raguellis improperium audiuit ab vna de suis ancillis, eò quia tradita fuerat septem viris. Refert etiam diuus ille. Hieronymus epistola nonagesima sexta, de quodam viro qui viginti sepe licerat uxores: & demum uxorem desponsauit, quæ totidem habuerat maritos. Cùmque matrimonialiter essent copulati, quæ si pro spectaculo populus Romanus iugiter adibat videre quis illorum vinceret: tamen maritus vicit: qui totius vrbis populo confluyente, quasi pro monstro coronatus est, potius in derisum quam laudem. Sed super hoc aduertatis vos Domini: quia si hæc limitatio Angeli vera esset, quod tertio nubens relictum perderet, esset profecto singulariter notanda. Tamen Imola, & communiter omnes vbi supra, teneant indistinctè quod relictum ab alio, quam filio vel marito, mulieri factum, non

perditur per transitum mulieris ad tertium vel ulterius matrimonium: quia non legitur tertium, quartum aut ulterius matrimonium esse plus detestabile quam secundum: imò nec octogamus reprobatur. c. aperiant quæso aures. xxxj. quæstio. j. Licet enim Sara fuisset per ancillam de facto & iniuriosè læcessumta, quia septem habuerat viros, tamen propter hoc de iure vltiora, & successiuè multiplicata matrimonia non sunt detestanda, nec sunt à Deo reprobata: quauis duo simultanea sint damnata: [De quo plenius dixi super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* loquendo de patientia mulierum ad viros.] vt illa contrahens sit infamis & grauiter puniendus existat: & pariter qui concubinam cum vxore tenet, licet qui duas. C. de adult. Bartol. & Alexand. in l. j. ff. de his qui notant infamia: & Bald. in l. j. C. de sponsali. Præterea in tali matrimonio cum pluribus feminis simul contracto, non inueniretur amor mariti ad aliquam vxorem. vnde Sallust. in Iugurthino: Ea (inquit) necessitudo scilicet cum pluribus apud Numidas Mauròsque leuis dicitur, quod singuli pro o-pibus quisque quamplurimas vxores, alij denas, & alij plures habeant. Sed reges eò amplius: ita animus multitudinem distrahitur, nullà pro socia obtinet: Pariter omnes ei viles sunt. Hæc ille. Ob quod & pluribus aliis rationibus damnata sunt plura simultanea matrimonia. Igitur meritò dixi, multiplicata successiuè matrimonia, quæ omni iure permittuntur impunè contrahi, vt dicto cap. fin. de secundis nuptiis. Quod etiam tacitè permittit text. in cap. is qui. §. mulier. de sepul. libro vj. volens t mulierem quæ plures successiuè habuit maritos, si nulla electa sepultura decesserit, in sepulchro vltimi mariti, cuius honorem & domiciliu retinet, fore sepeliendam: cum iuri canonico standum erit in matrimonio & ceteris spiritibus causis potius, quam iuri ciuili, secundum gloss. in §. hæcenus. insit. de gradi. Bartol. & Bald. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. ecclesiis. & Pan. in cap. j. de noui ope. nuntiatio. Quoniam Sara, est septem habuerit viros, matrimonium octauum cum Tobia iusto vtique approbato viro licitè contraxit, allegato Tobia tertio & sequenti cap. Sic legitur de Anna beatissima gloriosa semper virginis matre, quæ mortuo Ioaachim eius primo marito, ex quo Dei gloriosam suscepit genitricem sine reatu originalis contagione, vt plenè dixi super verbo, *Et soboles quam gestabat in utero,* nupsit Cleopha: & Deinde illo defuncto, nupsit Salomæ. Pariter Apostolus j. ad Corinthios vij. in fi. dat mulieri postquam morte mariti fuit à lege mariti soluta, licentiam cum alio nubendi, nullatenus distinguens eum quot contraxerit antea viros. Per quem text. Aurelius Augustinus ibi sic dicit: Quod si dormierit vir eius, non dicit primus, secundus, tertius, nec quartus. Nec nobis distinguendum est quod non definitur Apostolus. Vnde nec damnare debeo nuptias, nec eis inferre verecundiam numerositatis: dominus autem septemuiram nõ damnauit. Ioan. iij. Hæc ille. Abraham etiam binas legitur contraxisse nuptias, Genesis xxv. Nam iura & exempla supradicta, quæ prima facie videntur contraria, viduitatem tantummodo suadet: sed matrimonia non prohibent: quia secundum Tho. in scripto super quarto sententiarum, distinct. q. vij. matrimonium secundum dicitur non esse bonu, nõ quod sit illicitu, sed quia caret illo honore significationis, qui est in primis nuptiis, vt scilicet sit vna vnus sicut est in Christo ecclesia: vt vidistis in verbo,

verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* secundum gloss. in §. j. insit. de patria potesta. & in c. debitu. De biga. Præterea, quia secundum Lyræ alleg. j. ad Corinth vij. secundæ nuptiæ sunt quodammodo signum incõcientiæ, vt supra dixi: nisi, vt dictum fuit de Abraham sanctitas vitæ hoc excuset, aut concubitus præcedens coniugium transiret. Quæ ratione motus Abraham, post obitum Saræ vxoris suæ, Cethuram (quam Hebræi dicunt fuisse Agar) duxit in vxorem, ne si senex aliam quam prius cognitam duceret, nouis nuptiis lasciuire videretur. De quo idem Augustinus libro xvj. de ciuitate Dei. cap. xxxiij. Quod autem, inquit, Abraham post mortem Saræ, Cethuram duxit vxorem, ab sit à me vt in continentiam suspicer in illa præsertim ætate, ac in illa fidei sanctitate. Hæc ille.

227 Vnde restat conclusio, quod conditio si castè vixerit & honestè, ab alio quam marito vel filio indicta mulieri: non infingitur si talis mulier in secunda, vel vltiora transierit vota coniugalia. secus autè, si corpus suum vltra, contra, vel præter matrimonium fornicando & meretricationem corrumpere: t quia tunc propter fornicationem vel adultrium inhonestè viuendo perderet relictum. l. tertia. cum sequenti. ff. de adim. lega. secundum gloss. in dicta l. fideicommissum. & l. forem. Quod etiam est veru iure iusto canonico, vt supra dixi in alio articulo: nisi violèter tracta fuisset ad fornicationem, vt plenè dixi super dicto verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* loquendo de fidelitate coniugum, à quarum viduaru raptu & oppressione. Qualiter hoc intelligitur vide infra eo. in fine.] cauendum est, & fortius puellarum virginum: de quibus scriptum est, quod vbi possunt mulieres in bello iuste occidi: quod quado sit ponitur, & ibi Lyræ, Numeri xxxj. t semper debent virgines reseruari, & non interfici, iuxta illud Iudicum vltimo capitu. Omne generis masculini & mulieres quæ cognouerunt virum interficite: virgines autem reseruare. Quod Chilpericus Francorum rex non seruauit. [Qui repudiata vxore sua Fredegondam pellicem desponsauit, cuius dolo postea fuit occisus secundum Gaguinum vbi supra: & habetur super verbo, *Et uxorem nomine Adel.* Quinimò hic Chilpericus (vt Gaguinus libro secundo. capit. ij. refert) quidam iniuria prouocatus, Theodeberto eius filio mandauit, Neustriam hodie Normaniam appellatam adoriatur, eam quia Sigisberto fratri parebat, receptis in ea plerisque insignibus locis incurSIONIBUS vastat. Eodè quoque furore Turones, Pictones, Lemouices, Catureos (vbi nunc sumus) non clero, nõ monachis, non sacris virginibus parcens, perdidit. Hæc ille. Ex quo tempore hæc ista, quæ adhuc videntur, extra huius ciuitatis muros retro Carusienses & minoritas vsque ad flumen Olci, antiqua ruinata fundamenta & prostrata ædificia etiã tempore isto ad Cadorce appellantur. de quibus pariter meminit Orosius: & expressè de Caturcis hodie post renouatam in loco vbi sumus ciuitatem, Caturcensibus vocatis, Loquitur Raymundus Marilianus orator doctissimus in commeteria Cæsaris ad dens, in hæc verba: Caturci populi inter Celtas proximi Hæbentetis, Gaballis, Bellaniis, Lemouicibus, & Aruernis. Quorum sub imperio esse cõfueuerat ciuitas episcopalis in prouincia Bituricen. ac regno Francorum sita: nomè retinet. hos pariter Cadurcos nominat Iuuenalis prima fatyra tertij libri. Et nõ tantè dixit, quod esse cõfueuerat ciuitas episcopalis, sed tunc non erat: quia episcopum Carnifices vrbis illius occiderant: ob quod dignitatem cathedralem

meritò perdidit: qua ciuitas priuata erat: tamen expost fuit per sedem Apostolicam ei restituta. In cuius sceleris memoriam tenentur Ianiones seu macellarij præsentis iam dictæ vrbis Caturci tenere duas fures super altare maius, quolibet festo prothomartyris Stephani mēsis Augusti & Decembris, quod hodie adhuc seruatur. Et subest ecclesia prædicta metropolitana Bituricen. sicut olim. Vnde ad propositu reuertendo, nõ debent virgines in bello occidi: quia virginitas Deo dedicata dicitur. vt habetur Apocal. xiiij. Virgines enim sunt, & sequuntur agnũ scilicet Christum quocunq; ierit. Plures tamen earum damonem sequuntur & mudam; & seipsas offerunt & exponunt; & demum violatas se dicunt. Quæ vtiã audirent quod eas docet Apostolus alleg. j. ad Corinth. vij. Cogitet, inquit, virgo quæ Dei sunt, vt sancta sit corpore & spiritu, & nunquam ster otiosa. Sed discat (inquit Hierony. epistola lxxxix.) lanam facere, tenere colu; rotare sulum, & facere filum. In quibus virginitas pudicitia, & viduitas conseruantur, vt plenè dixi super verbo, *Dotem quam ei dedit.* Non certè mulieres discurre debet: quia teste Gregorio homilia xij. de prædari desiderat, qui thesaurum in via publicè portat. Ideo debent solitariè manere: tamè sine otio stare. Vnde Hiero. in quadam epistola ad Demetrium: Debet, inquit, virgo esse quæta, honestaque societate semper comitata: non vaga, discurrens per patriam: Exemplo virginis Mariæ, quam inuenit angelus solam in cubiculo, sed non ociofam. Et de quadã alia dicit idè Hierony. epistola xlv. quæ etiã à Beato Martino noluit videri, quum tamen eam visitare desideraret, tanquam moribus & charitate præcellam. Cui per fenestriculam ipsa respondit: Ora pro me, quia nunquam à viro sum visitata. Sic Carilephus vir valde sanctus, qui nunquam videri voluit à mulieribus, nec à Clotilde regina Franciæ deuotissima, cuius suauis Clodoueus rex vir eius, prior in Francia Christianus euasit, vt refert Fasciculus temporum. Præmissa profecto est sicut nauis diffusa, quæ vix aut nõquam sentiret naufragium, si suo cõtinuè maneret in portu; in alienas non nauigans partes, vt fecit Dina, de qua habetur Genesis xxxiij. Egressa est Dina filia Liæ, vt mulieres videret regionis illius: quam cum vidisset Sichem filius Emor adamauit eam, & rapuit, & dormiuit cum illa. Cui verè similes sunt virgines hodiernæ, quibus sufficit oppressiõnis color. Et multæ se violatas dicunt, quæ modicis verbis obediuerunt, vt dixi super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* Et vt plurimum parentes sui in causa sunt, qui cas virorum colloqui, choreis, tactibus, & osculis incauti offerunt. Qui vtiã Publio Mænio similes forent, qui tristi exemplo filia suæ præcepit, quod non solum virginitatem, sed etiam oscula sincera ad virum perferret. De quo Valerius libro vj. tit. de pudicitia, sic dicit: Quis Publius Mænius, quam seuerum pudicitia custodem egit? in libertum nanque gratum admodum sibi animaduertit, quia eum nubilis iam ætatis filia suæ osculum dedisse cognouerat: præsertim cum non libidine, sed errore lapsus videri posset. Cæterum amaritudinè pœnæ, teneris adhuc puellæ sensibus castitatis disciplinam ingenerari magis existimauit, eiq; tam tristi exemplo præcepit, vt non solum virginitatem illibatam, sed etiam oscula ad virum sincera perferret. Et Virginius vir tam optimus & honestus, filiam insigni decoris conspicuam, cum Appius Claudius Decemuir impudicus sub colore iustitiæ reddendæ stuprare vellet, in con-

spectu curia sumpto cultro, ac iniquis, dilectissima filia, qua possum via tuam libertatem vindico: statim spectantibus omnibus iugulauit. l. ij. §. & cum placuit 242  
 fet. ff. de orig. iur. Pudicæ que interemptor, quam corrup-  
 tæ pater esse maluit, secundum Valerium ubi supra  
 eod. titu. subiungens. Nec alio robore animi præditus  
 fuit Pontius Aufidianus eques Roma. qui postquam  
 comperit filia suæ virginitatem à pædagogò prodi-  
 tam Fannio Saturnio, non contentus sceleratum ser-  
 uum affectis supplicio, etiã puellam ipsam neca-  
 uit. Ita ne turpes eius nuptias celebraret, acerbis ex-  
 quias duxit. Quinimò (vt ibi ait) Publius Attilius Phi-  
 listus Romanus, qui licet impubes à domino co-  
 actus ad stuprũ ac quæstum sui corporis, filiam tamen  
 suam eo quod stupri se crimine cõquinauerat, in-  
 237 interemit. **¶** Quam sanctam igitur, inquit, in ciuitate  
 nostra pudicitiam æstimare debemus, in qua etiã in-  
 stitores libidinis tam seueros eius iudices euasisse ani-  
 maduertimus? Senatus etiã, inquit, in quacunque  
 statu positam Romano sanguini pudicitiam tutam ef-  
 se voluit. Et multò magis parentes, quãuis scelerati,  
 pudicitiam vitæ præferentes liberorum. insit. de no-  
 xali. actio. §. fin. Aliter & aliàs, vt dicit Iuuenalis, &  
 grauissimè: Summum crede nefas animam præferre  
 pudori: & propter vitam viuendĩ perdere causas. Cau-  
 sæ autem viuendĩ sunt, vt sanctè, iustè, & honeste ope-  
 remur, quæ Deo & homini grata sint. Sed hodie plus  
 est, q̃ motu proprio virgines ipsæ soli ito ornatu, aut  
 impudicissimis nutibus, suisq; criminibus, furciuis aspe-  
 ctibus, ac risu, voluptatis occasionem tribuunt. [Et  
 multoties quod cogitant, tactu produunt. Putã strin-  
 gendo iuuenis manum, quod est dilectionis signum,  
 secundum glo. in c. j. de sponsa duorum, in fi.] Sicut  
 Medea, cuius sollicitudine Iason miles ille Græcus  
 238 claustra virginitatis aperuit in ea. **¶** Tales enim licet  
 oppressæ, tamè affectatè priuilegium virginitatis non  
 239 retinenti imò puniendæ sunt. **¶** Nam apud Saxones  
 lex olim fuit vt virgo sponte deflorata viua sepelire-  
 tur, & violator super eam suspendebatur. Et apud  
 Barbaros virgo fornicaria seu sponte grauidata de  
 monte altissimo præcipitabat, eiúsq; violator capite  
 truncabatur. Similiter in prologo historiæ Romano-  
 rum legitur de quadam quæ cum genuisset filios se-  
 cundum legem, fuit viua sepulta. Et Deuter. xxij. præ-  
 cipitur virgo corrupta lapidari, nisi pro violentia cla-  
 masset. Nõ certè sic Rebecca fecit virgo pudicissima,  
 quæ faciem suam cooperuit dum primo vidit spon-  
 sum suum Isaac, Genes. xxij. Sic etiã olim fecerūt  
 castissimæ virgines, nec libidini virorum se exposue-  
 runt. **¶** Et inter cæteras, Daphne Pencis filia, in arbo-  
 rem Laurum maluit transfigurari, quam virginitatem  
 perdere, & Deo Apolloni eã vitare volenti obedire.  
 Ob quod eam suismet precibus in Laurum arborem  
 conuersam fingit Ouidius lib. j. Metam. ibi.  
*Quæ facit, vt ladar, mutando, perde figuram.  
 Vix prece finita torpor grauis occupat artus,  
 Mollia cinguntur tenui præcordia libro,  
 In frondes crines, in ramos brachia crescunt:  
 Pes modò iam velox pigris radicibus hæret,  
 Ora cacumen habent, remanet nitior vnus in illa, &c.*  
 241 Et **¶** inde est, q̃ virgines Laurea corona ornantur ab  
 illa, quæ propter tuendam virginitatè fuit in Laurum  
 conuersa, nec patri, vt deo Apollini obediret, parere  
 voluit, vt testatur ibi Ouidius.  
*Ille velut crimen tædæ exosa iugales,  
 Pulchra verecundo suffundens ora rubore,  
 Da mihi perpetua genitor charissime, dixit,*

*Virginitate frui: Dedit hoc pater ante Dianæ,  
 Scilicet filia suæ, &c.*  
**¶** Plus legitur de quibusdam filiabus, quarum mater  
 Cedæsa vocabatur. Quæ cum patre absente à duobus  
 prætereuntibus iuueniculis hospitio ex charitate sus-  
 ceptis noctu fuisset violenter oppressa, mutuis mu-  
 cronibus se cõdicerūt. Pariter Thebanã virgo, quam  
 hostis Macedo corruperat, aliquantulum dissimula-  
 uit violentiæ sibi factæ defolatione: sed tandem viola-  
 torẽ suum iugulauit, & mox gladio seipsam inter-  
 fecit. **¶** Minerva etiã vltima Pallantem eius patrem  
 suam virginitatem violare conantem interemit, vt  
 dixi super verbo, *Cnidam Petro tradiderunt.* Quantis  
 insuper laboribus & periculis ad propriam tutandam  
 virginitatem se exposuerint Diana, Camilla, & Ze-  
 nobia, vidistis super verbo, *Duas habens filias.* Et de  
 quadam Gallica dicecessis Turonen. videtis in cap.  
 ex parte parentum. de sepul. Quæ sufficere vobis de-  
 bent pro commendatione virginitatis. **¶** Cuius pri-  
 uilegio vi verè oppressa ac violenter corrupta, licet in  
 Euangelio quo ad Deum, quia voluntariè non pecca-  
 uit, virgo suscipiatur: tamè in lege quasi corrupta re-  
 pudiat, secundum Hierony. libro ij. super Lucam.  
 Nec sunt tales intactis virginibus æquandæ: quum  
 non sint virgines. xxxij. quæst. v. cap. qui viderit mu-  
 lierem. §. quanuis. & not. Ang. in dicta l. scõdissimam.  
 C. de adulte. Vnde dicit glo. in cap. acutius, xxvj. di-  
 stinctio. quòd licet vit corruptus in episcopum con-  
 secratur: Non tamè corrupta inter virgines benedic-  
 tur per rationem ibi positam. Ex quibus singulariter  
 245 decidit Bald. in cap. pater. de probatio. **¶** Quòd testi-  
 monium virginum præualeat & præferat testimonio  
 viduarum, aut coniugarum mulierum, quãntum-  
 cunque honestarum, quòd sequitur Fel. in cap. in no-  
 stra. de testi. Et non immeritò quia cum sint virgines,  
 difficile cuique videtur credere, vt quippiã inhonestè  
 agatur cum eis: vt dicit text. ij. Reg. xij. cap. in princ.  
 Quòd exemplo nobis ecclesia patenter ostendit ex  
 ordine literæ dum cantat: Omnes sanctæ virgines, &  
 viduæ Dei, orate pro nobis. Nec est hoc nouum: quo-  
 niam legitur in libello de virginibus, quòd apud Ro-  
 manos virgines olim, quæ secundum carnem viuere  
 contempserant, maximæ reputationis apud eos fue-  
 runt. Præterea Aurelius dicit Angu. lib. iij. de doctri-  
 na Christiana. quòd virgines sunt illustrior portio gre-  
 gis Christi. Ergo non sine causa in testimonio viduis  
 præferuntur, & coniugatis mulieribus. Quòd indu-  
 bitatè credo verũ, & locum habere in causis pecunia-  
 riis, vt scilicet data paritate numeri testium vtriusque  
 partis, testimonium virginum præponderaret testi-  
 monio viduarum & coniugarum. **¶** Sed in crimi-  
 nalibus & capitalibus causis, in quibus etiã saltem  
 de iure ciuili, muliebri testimonium non repellitur,  
 si concurrerent virgines pro accusatore, & viduæ aut  
 nuptæ pro accusato, & eius innocentia tunc magis  
 staretur testimonio viduarum aut nuptarum mulie-  
 rum, fauore innocentia, & sic absolutionis, quàm tes-  
 timonio virginum de culpa & dolo deponentium.  
 247 Primò **¶** per gloss. singularem in cap. clerici. lxxxj.  
 distinct. vbi si pro accusatore stant duo testes clerici,  
 dicentes Petrum clericum tali die fuisse cum tali mu-  
 liere adulteratum: & duo laici de illius deponant in-  
 nocentia, quòd illa die erat alibi: certè fauore inno-  
 centia & absolutionis præualebit testimonium laico-  
 rum contra clericum minus sufficientium testium,  
 quàm glo. sequitur Panor. in cap. ex literis. Et in cap.  
 248 ad nostram. de probat. **¶** Secundò facit quòd decidit  
 Felin

Felin. in cap. quoties. iij. colla. de testib. vbi post Bart.  
 quem allegat in quodã suo cõsilio. dicit q̃ licet testi-  
 moniũ de credulitate, excepto iuramento calumnia, 255  
 nõ valeat, cum testis deponere debeat de his quæ cer-  
 tudinaliter nouit tamen testes pro accusato depo-  
 nentes per verbum credit, vt quia dicunt credere, q̃  
 hominem defendendo occidit, vel illa hora homici-  
 dij cum alibi vidisset, sufficienter probat innocentiam,  
 249 Allegat Panor. in ca. j. de summa Trinit. **¶** Tertio fa-  
 cit quòd decidit idem Felin. in c. quoniam. in fin. de tes-  
 tib. q̃ licet testimonium masculorum præferatur tes-  
 timonio mulierum, per text. in cap. forus. vbi hoc te-  
 net Panor. de verborum signi. Tamen præualeat testi-  
 monium mulierum deponentium pro accusato, per  
 250 glo. in dicto cap. clerici. **¶** Quarto facit quòd decidit  
 idem Felin. in cap. de cætero. iij. colla. de testib. vbi plus  
 dicit, q̃ etiã hæretico & infideli creditur, si deponat  
 251 pro accusato. **¶** Quintò facit quòd decidit Florianus  
 in l. testis idoneus. ff. de testi. q̃ licet testimonium do-  
 mesticum nullam fidem faciat etiã quo ad iudicium  
 faciendum, secundum Bald. in l. in testimonium. eod.  
 tit. tamen domestici & cubicularij ipsius de homicidio  
 accusati plenè probant eius in nocentiam, si deponat  
 cum tota illa nocte, qua fuit delictum commissum in  
 suo lecto dormiuisset vel alibi fuisse. Et idem esset de  
 parentibus accusati hoc deponentibus, secundum Fel-  
 lin. in c. in literis. iij. colla. de testib. & cõsultat Alexan-  
 der in secunda parte cõsi. clxvj. incip. Animaduertis his,  
 &c. xj. colla. Pro quibus facit optimè tex. in l. penult.  
 ff. de testi. vbi notatè sic dicitur. Testes eos, quod ac-  
 256 cusator de domo produxerit, interrogari nõ placuit,  
 quasi dicat, secus esse si eos accusatus de domo sua pro-  
 duxisset, pro sui iustificanda innocentia. **¶** Sextò facit,  
 quòd licet plus credatur paucis affirmantibus, quàm  
 257 multò pluribus negantibus. l. item si vnus. vbi glo. ff.  
 de arbit. secundum Inno. in c. super hoc. de renuntia.  
 tamen fallit in testibus super negatiua pro accusato  
 deponentibus, per glo. in d. clerici. quam ad hoc pon-  
 derat Lud. in l. in illa. ff. de verb. obli. & sentit Bald. in  
 l. data opera. C. qui accusa. nõ possunt. & Felin. in c.  
 253 cum Petrus, in fin. de accusa. **¶** Septimò facit quòd  
 singulariter consuluit Pet. de Anch. cõsi. cclxxxv. in  
 fin. vbi dicit, q̃ semiplena probatio, quòd accusatus  
 hominem non occidit ad sui defensionem præualeat,  
 atque confundit plenam probationem accusatoris de  
 homicidio per rationes, quas ibi deducit. Pro quo fa-  
 cit, quia videmus, q̃ vnus solus testis de principali fa-  
 cto criminis deponens sufficit contra accusatum: vt  
 tortura subiiciatur, secundum glo. ab omnibus appro-  
 254 bitam. in l. ij. C. ad legem Iuliam maiest. **¶** Qualiter  
 hoc intelligitur in præsentis regno Franciæ, iuxta or-  
 dinationem beati Ludouici habetur supra in verbo,  
*Adiecto impuberi.* dum loquitur de excellentia homi-  
 nis. **¶** Ergo facilius ei prodesse debet ad sui defensionem  
 & innocentia probandã & præsumendam: quum  
 iura sint præoptiora, & consequenter iudices ad absol-  
 uendum, quàm condemnandum. l. absentè. ff. de pe-  
 250 nis. **¶** Octauò facit quia debilior præsumptio pro ac-  
 cusato elidit & confundit maiorem, & fortiorè præ-  
 sumptionem facientem pro accusatore, per text. iun-  
 ctã glo. super verbo, ad plenum. in cap. ex literis. de in-  
 integ. restit. vbi per præsumptiuam probationem &  
 minus plenam eliditur præsumptio contumaciæ. I-  
 deo si plures præsumptiones & indicia facerent con-  
 tra accusatum: vna sola faciens pro ipso obscurat, &  
 obumbrat plures contra eum facientes, sicut semiple-  
 na probatio obscurat plenam accusatoris probatio-

nem. Nõ dico q̃ eam elidat, sed eam obscurat, vt non  
 sit clara, lucida, & indubitata, quæ requiritur in cri-  
 minibus puniendis. l. sciant. C. de probation. **¶** Et ita  
 aliàs in Senatu Romano iudicatum fuisse refert Va-  
 lerius, lib. viij. tit. de iudiciis, Callidius, inquit, Bono-  
 nienis in cubiculo mariti nocte depræhensus, cum ob  
 id causam adulterij diceret, inter maximos & grauif-  
 simos infamiae fluctus emerit, tanquam fragmentum  
 naufragij leue admodum genus defensionis ample-  
 xus: asseruit enim se ob amorem pueri sui, eò esse  
 perductum. Suspectus erat locus, suspectum tempus,  
 suspecta matris familia: persona, suspecta etiã ado-  
 lescentia ipsius scilicet Callidij. Sed crimen libidinis  
 scilicet adulterinae confessio imtemperantiæ, id est,  
 ardentioris amoris in puerum, liberauit. Subiungens  
 ibidem: Cum parricidij causam duo fratres Cælij di-  
 cerent, quorum pater Titus Cælius in cubiculo quie-  
 scens, filiis altero cubantibus lecto, erat interemptus,  
 neque aut seruus quisquam, aut liber inueniretur, ad  
 quem suspicio cædis pertinere. [Nisi suppleat filios  
 sub eodem lecto stantes. ff. ad Sillicia. l. j. §. j.] hoc vno  
 nomine absolui sunt: quia iudicibus planum factum  
 est, illos aperto ostio inuentos esse dormientes. Som-  
 nus innoxie securitatis certissimus index, miseris  
 opem tulit. Iudicatum est enim rerum naturam non  
 recipere, vt occiso patre, super vlnera & cruorem  
 eius quietem capere potuerint. Hæc ille. Vnde sequi-  
 tur præsumptionem vnã quãuis leuem, fortiorem  
 vincere. Et plures propter vnã in confuso romane  
 256 in accusati fauorem & liberationem. **¶** Nonò & vl-  
 timò facit tex. aureus, in cap. literas. de præsumptio:  
 vbi testimonium fratris iuuat fratrem etiã in causa  
 hæresis ad sui defensionem, ne de hæresi puniatur.  
 257 **¶** Ex quo inferit ibi Bal. quòd frater adducere potest  
 fratrem suum in testem contra procuratorem fisco-  
 lem, ad probandum vlnus non esse letale, vel quòd  
 fecit homicidium ad sui defensionem. Nec habet fi-  
 scus causam cõquerèdi, qui certat de pena, & odio-  
 so lucro cum iactura alterius argu. l. si quis vxori. §. j.  
 ff. de furtis. secundum Salic. in l. parentes. C. de testib.  
 sequuntur Ioã. de Plat. & Angel. in §. j. in li. de gradi-  
 258 cog. **¶** Pro quibus facit quòd decidit Specu. titu. de in-  
 quitio. §. j. vers. & generaliter cum sequen. vbi dicit  
 q̃ ad probandum innocentiam vel excusationem, nõ  
 requiritur, quòd testes sint omnino integri, veluti do-  
 mestici & familiares, qui non sufficerent ad condem-  
 nandum. Quòd sequitur Alex. in secunda parte cõsi.  
 xxiiij. incip. An si quis inuētus in domo. xj. colla. alle-  
 gans Archid. in cap. manifestè. & cap. sequen. xij. q. j.  
 Ex his omnibus sumpta occasione, iuncta etiã singu-  
 lari decisione Panormi. in cap. audistis. xiiij. colla. de  
 259 præscript. **¶** Dicentis, quòd vbi non constaret de ho-  
 micidio nisi sola confessione accusati, qui non simpli-  
 citer occidisse confessus est, sed ad sui tutelam, & de-  
 fensionem hoc fecisse: ex tali qualificata confessione,  
 puniendus non est pena mortis. Prout etiã ante  
 Panorm. consuluerat Ange. cõsi. xxvij. in decisione  
 260 iij. quæst. **¶** Certè in præsentis regno non est culpã-  
 da consuetudo practica, & communis obseruantia, q̃  
 si absolutionem seu delicti remissionem impetrãs à re-  
 ge, vel alio potestate habente super homicidio per eũ  
 perpetrato, & probarè non potest casum prout nar-  
 ratur in litera, quia fortè expressit hoc fecisse ad sui  
 defensionem: conceduntur ei secundæ literæ: cum  
 cauda simplici, per quas mādatur iudici, q̃ credat de  
 hoc, & stet iuramento impetrantis: & stabit vt dictum  
 practicitur, secundum Masuerum titu. de probatio.  
 CC ij s item

Item si ille, qui obtinuit literas &c. Auditor tamen procurator regis vel domini, si pro interesse publico probare vellet contrarium, quod in illud homicidium inuadendo perpetravit. Sed ad hoc probandum, & inuadendum purgationis ipsius accusati impediendum, si ipsius occisi vel damnati pasci, quorum ciuilitate taxat interest, non audientur, nisi procurator regis vel domini interesse publicum prosequens cum eis iungeretur, secundum eum. Vna talis littera non diu est, fuit Sestefcallo Gaturcensi presentata per quem dam Ioannem Barriera, alias Peyrolet peccatissimum huius ciuitatis habitatorem, quatenus pro vxore & fratre occisi, quibus procurator regis erat iunctus, possentis impugnauit. Et finaliter causa ad Parlamentum Tolosae deuoluta per appellationem: quia constabat ex pluribus coniecturis parentibus, quod homicidium defendendo non fecerat, sed inuadendo: attento quod occisus homo senex erat & fragilis conditionis, dulcis agriculor, honeste viuere solitus, portans solum baculum senectutis in manu, cum quo ambulasse sustinebat, & quem senio confectus deferre consueuerat, & in itinere publico a presenti ciuitate recedens, & ad locum de Aucro ubi domicilium habebat, rediens solus, dictus autem Peyrolet aetatis quadraginta annorum potens, robustus & altero corpulentior, possem ad duas manus, in quo summum expertus erat, portans, vitam inhonestam, gentes verberare & molestare solitus, in iurgiis & violentiis commissis nutritus, & vias facti perpetrare solitus, praefata littera: vt suo staretur iuramento, gaudere non potuit, propter decisionem Bar. in dicta l. Aurelius. §. idem quae sit. ff. de libera. leg. quam sequitur Panor. in cap. bonae memoriae. l. ij. vltima colla. de postula. praela. Et ei inter caetera obstitit decisio Barto. in l. inter omnes. §. recte. ff. de furtis. quoniam per arrestum dictae curiae literis suis priuatus fuit Tolosae decapitatus. Anno domini M. cccc. lxxviij. Quia usus & consuetudo regni, & decisio Panor. in dicto c. auditis. Et Ange. allega. consi. xxvij. locum haberent, data amborum tam occisoris quam occisi omnimoda paritate, quia tunc consistens hominem occidisse ad sui defensionem saltim poenam mortis euitaret, praesbto dicto iuramento purgationis. Sed in casu praedicto non verisimile erat, hominem senem tremebundum, dulcem, & mitem cum baculo senectutis in itinere, & campis talem ribaldum armatum inuasisse de patria Bearnij pacis inquieti oriundum. Ad quod facit quod dicit Io. Fab. §. ius autem gentium. prope fin. in l. de iure naturali. vbi si duo repetiantur eodem loco iacetes vulnerati: vnus viuus & alter mortuus, nec constat quis fuerit aggressor: certe viuus secundum aliquos est absolueendus. l. j. §. cum arictes. ff. si quadrup. paupe. fecisse dicatur. Tamen veritas est, quod vitam amborum considerandi sunt praecedentes actus. l. desertorem. §. is qui. ff. de re milit. vt ibi plene probat. Sicut considerati fuerunt in casu per me narrato per arrestum deciso, de duobus se inuicem percutientibus: pro quo praesumendum sit, videatis Lucam de Penna plene in l. deuotum. C. de metatis, & epidimeticis libro xij. versicul. tertio quaeritur. Quae omnia dixi in honorem Bal. doctoris summi, volentis in d. cap. penul. de probat. testimonium virginum praeferrri testimonio viduarum, & coniugarum mulierum. & spero quod tempore opportuno faciet vobis honore aureum pro defendendo delatos a morte. Postremo tamen sane, & prudenter intelligatis, dum dixi abstinendum fore a raptu virginum, viduarum, & aliarum mulierum sub poena capitis, & confiscationis bonorum, raptae mulieri applicandorum. Et quod raptores occidi possint in ipso actu. l. prima. C. de raptu virginum. Nisi mulier raptata esset meretrix: quia tunc raptor non teneretur poena illius legis per tex. in l. verum. ff. de furtis. Etiam si raperetur talis filia, quae non fuit a viro alieno, nisi semel cognita. Cum eo solo non dicatur casta nec honesta. l. stuprum. ff. de ritu. nup. secundum Pau. singulariter con sillo. cccvij. incip. Viso dicto statuto. Quod vltimum an sit verum cogitabitur: quia credere hoc verum in terminis dictae l. stuprum: scilicet vbi puella ab alio viro semel tantum cognita, pro illo coitu quaestu fecisset. Et ita puto Pau. intellexisse, allegando dictam l. stuprum, quae in illis terminis loquitur. Et dictum Doctoris secundum iuraeque allegat, est intelligendum, vt dicit Bar. in l. non solum. §. liberationis. ff. de liber. lega. Et quod sic intelligatur, videtur concludere Ange. Arct. in tracta. criminum, super verbo, Cheme ay adulterato la mia donna. xij. colla. Talis enim puella semel cognita, si ex hoc quaestum fecerit, comparatur meretrici, vt eam rapiens poenam raptus non feriat, vt dicta l. Verum punietur extra ordinem crimine iniuriarum arbitrio iudicis. Idem tenet Bar. in l. si vxor. §. j. ff. de adulc. vbi violenter cognoscens concubinam alterius punietur. Et idem in effectu refert Masuerus obseruari titu. de poenis. §. Item est praecipue considerandum. vbi dicit in raptu considerari, an mulier raptata sit honesta: quia si meretrix esset luxuriose viuens & non maritata, casus de se non esset capitalis, saltem ad mortem. Alleg. Bart. in l. si vxor. in princip. ff. de adulc. vbi dicit Bar. quod coitus nedom meretricis, quae multorum libidini se praebuit, sed etiam cum alterius concubina est imputatus. Nisi concubina esset talis, quae nomen matronae, id est, honestae mulieris non perdidisset: quia erat forte concubina patroni sui: vel dico a simili alicuius principis, & magnatis in suo territorio, cui mulier reuerentiam debebat, & alias cum ipso solo vivebat. Plus dico, quod possit esse ita atrox, & abusu hae iniuria, etiam publice meretrici illata, quod etiam poena mortis esset raptoribus imponenda, si factio nimis grauis existeret secundum Bal. singulariter in l. si ff. de rerum diuisi. & sentit Bar. in dicta l. si vxor. dum dicit: Nisi poenas, quod violenter fuit factus coitus, &c. Vnde dicit Ioan. Fab. in §. j. in l. si quadrup. paupe. fecisse dicatur. quod licet appetitus & seruor ille, qui commouetur ex praesentia foemellae, dici possit naturalis, tamen quod rumpat quis ostia domus, videtur esse contra naturam: imo plus quam bestiales sunt homines, qui frangunt ostia mulierum, & quasi verres spumantes, & tauri spiculantes foetore hircino aeterni inficetes, villam circuiunt. quod enim est naturale in bestiis, est innaturale in homine, secundum eum ibi, per textum in l. probrum. ff. de verborum significat. Vt plenius declarauimus supra in verbo, Mortuo itaq; testatore. primo. dum decidi de damnato ad mortem, si testari possit. Non ergo sine causa dixit Bald. quod etiam cum meretrice potest coitus esse capitalis ex nimio & excessiuo abusu. Pro quo facit text. Iudicum xix. capitu. intelligendo, quod mulier de qua ibi, non erat vxor illius senis, sed simplex concubina, qua filij Gabaa Beniamin abusi fuerunt. Propter quod delictum fuerunt occisi & eorum vrbes vorax flamma consumpsit, vt ibi dicitur. & cap. sequenti. Ad quod facit glo. singularis in §. in summa. in l. i. de iniur. de iniur. Volens in poenis arbitrariis iudicem posse, si ei videatur poenam mortis arbitrari. De cuius

tionis bonorum, raptae mulieri applicandorum. Et quod raptores occidi possint in ipso actu. l. prima. C. de raptu virginum. Nisi mulier raptata esset meretrix: quia tunc raptor non teneretur poena illius legis per tex. in l. verum. ff. de furtis. Etiam si raperetur talis filia, quae non fuit a viro alieno, nisi semel cognita. Cum eo solo non dicatur casta nec honesta. l. stuprum. ff. de ritu. nup. secundum Pau. singulariter con sillo. cccvij. incip. Viso dicto statuto. Quod vltimum an sit verum cogitabitur: quia credere hoc verum in terminis dictae l. stuprum: scilicet vbi puella ab alio viro semel tantum cognita, pro illo coitu quaestu fecisset. Et ita puto Pau. intellexisse, allegando dictam l. stuprum, quae in illis terminis loquitur. Et dictum Doctoris secundum iuraeque allegat, est intelligendum, vt dicit Bar. in l. non solum. §. liberationis. ff. de liber. lega. Et quod sic intelligatur, videtur concludere Ange. Arct. in tracta. criminum, super verbo, Cheme ay adulterato la mia donna. xij. colla. Talis enim puella semel cognita, si ex hoc quaestum fecerit, comparatur meretrici, vt eam rapiens poenam raptus non feriat, vt dicta l. Verum punietur extra ordinem crimine iniuriarum arbitrio iudicis. Idem tenet Bar. in l. si vxor. §. j. ff. de adulc. vbi violenter cognoscens concubinam alterius punietur. Et idem in effectu refert Masuerus obseruari titu. de poenis. §. Item est praecipue considerandum. vbi dicit in raptu considerari, an mulier raptata sit honesta: quia si meretrix esset luxuriose viuens & non maritata, casus de se non esset capitalis, saltem ad mortem. Alleg. Bart. in l. si vxor. in princip. ff. de adulc. vbi dicit Bar. quod coitus nedom meretricis, quae multorum libidini se praebuit, sed etiam cum alterius concubina est imputatus. Nisi concubina esset talis, quae nomen matronae, id est, honestae mulieris non perdidisset: quia erat forte concubina patroni sui: vel dico a simili alicuius principis, & magnatis in suo territorio, cui mulier reuerentiam debebat, & alias cum ipso solo vivebat. Plus dico, quod possit esse ita atrox, & abusu hae iniuria, etiam publice meretrici illata, quod etiam poena mortis esset raptoribus imponenda, si factio nimis grauis existeret secundum Bal. singulariter in l. si ff. de rerum diuisi. & sentit Bar. in dicta l. si vxor. dum dicit: Nisi poenas, quod violenter fuit factus coitus, &c. Vnde dicit Ioan. Fab. in §. j. in l. si quadrup. paupe. fecisse dicatur. quod licet appetitus & seruor ille, qui commouetur ex praesentia foemellae, dici possit naturalis, tamen quod rumpat quis ostia domus, videtur esse contra naturam: imo plus quam bestiales sunt homines, qui frangunt ostia mulierum, & quasi verres spumantes, & tauri spiculantes foetore hircino aeterni inficetes, villam circuiunt. quod enim est naturale in bestiis, est innaturale in homine, secundum eum ibi, per textum in l. probrum. ff. de verborum significat. Vt plenius declarauimus supra in verbo, Mortuo itaq; testatore. primo. dum decidi de damnato ad mortem, si testari possit. Non ergo sine causa dixit Bald. quod etiam cum meretrice potest coitus esse capitalis ex nimio & excessiuo abusu. Pro quo facit text. Iudicum xix. capitu. intelligendo, quod mulier de qua ibi, non erat vxor illius senis, sed simplex concubina, qua filij Gabaa Beniamin abusi fuerunt. Propter quod delictum fuerunt occisi & eorum vrbes vorax flamma consumpsit, vt ibi dicitur. & cap. sequenti. Ad quod facit glo. singularis in §. in summa. in l. i. de iniur. de iniur. Volens in poenis arbitrariis iudicem posse, si ei videatur poenam mortis arbitrari. De cuius

cuius glof. intellectu videatis plene Felin. in capi. ex literis. x. colla. de constitutio. Et sicut poena capitis punietur rapiens mulierem, quae nunquam in corpus suum peccauit, sic etiam punietur si meretrici rapiat iam poenitentem, postquam fuerat ad frugem melioris vitae reducta, secundum Bal. in dicta l. j. C. de raptu virgi. Etiam si raptor eam saepe carnaliter sponte cognouisset, secundum Io. Fab. in §. si autem per vim. in l. de publi. iudi. Et idem si nupta, fuisset cum marito tempore raptus residens, secundum Pau. in l. raptores. C. de episc. & cler. & Bar. in dicta l. si vxor. per illum text. Meretrici enim etiam publica si fuerit maritata, & vitam ducat honestam, ita quod pro muliere honesta habeatur, raptus eo tempore commissus venit criminaliter puniendus: potissimum si fuerit factus in domo mariti, & contra suam & mulieris voluntatem, secundum Masuerum, & Bar. vbi supra. Secus si maritata pristinum continuaret meretricium: quia ad melioris vitae frugem praesumitur transisse. Plus dico, quod ad frugem melioris vitae praesumitur reducta, si ante raptum se retraxerit in locum honestum, maxime si cum honestis parentibus suis, cum vestibus honestis incedendo, & castas, & pudicas mulieres conuersando & sequendo. Praesertim si triennio ante raptu honeste viuere perseverauerit, per text. singularem in Auth. de monachis. ibi: triennalis temporis testimonium, per quem dicit ibi Angel. quod licet malus & semper praesumatur malus in eodem genere malitiae: tamen fallit, si post delictum honeste triennio vixerit: quia ex hoc cessat prioris malitiae praesumptio, quod singulariter est notandum, vt plene dixi super verbo, In eodem testamento relinquens. ij. loquendo de filio patri ingrato penitente: nisi ergo signa poenitentiae praesecerint, ea, quae semel fuit vulgaris, si postea fiat innupta sine viro, accessus ad eam est impunitus, vt d. l. si vxor. in fine.

Laus Christo Iesu Domino nostro.

S V M M A.

- 1 Tutela est naturali aequitati conueniens.
2 Tutela officium qui gerant.
3 Amicitia vetus praeferrenda.
4 Tutela quid.
5 Tutores quae re ita appellentur.
6 Tutor principaliter datur personae, deinde bonis.
7 Tutor in quo differt a curatore.
8 Tutores triplici ratione moueri ad defendendos pupillos. & na. 9. 10.
11 Lycurgi Lacedaemoniorum principis integritas.

Tutores impuberis.

I tutores, vt opinor, fuerunt testamentarij per Raynutium patrem in testamento dati Adiectae impuberi ab eo instituta haeredi. Nam si eam instituendo pariter & ei substituendo sibi, & bonis suis prouidit, opportunum est credere, quod multo magis personae haeredis suae & filiae impuberis (quanuis ex tex. de tutela expressè non appareat) prouidere voluerit. Cum semper naturalis stimulus patrem hortetur ad cogitandum pro liberis, iuxta illud poeticum j. Aeneid.

Tom. 3.

Omnis in Aescanio chari stat cura parentis.

Et Tullius j. de offi. Vnicuique, inquit, nostram chari sunt liberi: quia paternus affectus omnem vincit affectum. l. si. C. de cura. furio. Considerauit profecto summus ille paterfamilias, quod scribitur. in l. de Attiliano tutore. in fin. quod impuberes in tutela esse, naturaliter iuri conueniens est, seu aequitati, vt is qui perfectus aetatis non sit, alterius tutela regatur. Ad quod officium vocandi sunt per testatorem fideliores amici, quos in vita sua acquisiuit, & quos sibi esse amicos, & eorum fidem multis rerum argumentis conuincit, vt dicit tex. in §. cumq; in prooemio in l. Et non amici mens. vnde Seneca lib. de remedijs fortunatorum, Quae res, inquit, amicos inter honesta officia: quae res in laboribus. Ad mesam res ista non queritur: imo modicus amicus est, qui duxerat amicus est mens. De tali amico dicit sapiens, vinum nouum amicus nouus. Expediit ergo sapienti economico amicum, vel amicos bonos conuestare. Nec de facili praetermitterenda est incepta amicitia: quia teste Tullio in lib. de Amicitia, Vt terrima amicitia, sicut vinum vetus dici esse suauiissima: maxima enim est vis vetustatis & consuetudinis. Vnde narrat Sueton. lib. ij. de duodecim Caesaribus, quod Augustus Caesar amicitias non facile admisit, sed constantissime retinuit. Eligat ergo sapiens vnusquisque amicos saltem vnum in vita, quos semper custodiat, & cui sicut sibi ipsi credat, & bona ac filios post mortem committat. Alias non esset amicus vt inquit Seneca, ad Lucillum epistola tertia. Sic fecit Raynutius testator noster, qui filiae dando tutores, amicos praelegit, vt patuit per effectum: quia Adiectam pupillam de persona curantes diligenter, & honeste maritarunt, cum omnibus bonis, de quibus nihil rapuerunt, quinimo personam & bona optime defenderunt, & integra custodierunt, vique ad pupillae maritagiū prout boni tutores facere tenentur pro debito eorum incumbente officio. Est enim tutela (vt Seruius definit in l. j. ff. de tute.) Vis atque potestas in capite libero ad tuendum cum qui propter aetatem se defendere nequit, iure ciuili data ac permessa, in l. de tutel. in prin. Tutores autem sunt, qui eam vim ac potestatem habent, ex qua re ipsi nomen acceperunt. Itaque appellatur tutores quasi tutores, atque defensores. Sicut editui vel edicti dicuntur, qui aedes tuentur, vt praefectus vigilum, qui cum eo de nocte vadunt. l. ij. §. sciendum. ff. de offic. praef. vigi. Nam proprium tutoris officium est, semper vigilare ad instar praefecti vigilum: primo defendere pupillum, deinde eius bona. Quia principaliter dantur personae, & consequenter causae & rebus. in l. qui dari tuto. testa. possunt. §. certae. Ideo tenetur tutor principaliter pupillum instruere in bonis moribus: pro quo faciendo praebere tenetur salaria magistris eius. ff. de admini. tuto. l. cum plures. §. in primis. & C. de alimen. pupil. praest. l. si. Sic enim fecerunt tutores nostri, qui Adiectam eorum pupillam honeste nutruerunt & eam vt perpetuo honeste viueret, matrimonio collocarunt: circa quod maxima versatur humani generis honestas. l. semper. ff. de ritu nuptia. vt videbitis in verbo, Cuidam Petro tradiderunt. Et in hoc differt tutor a curatore, qui principaliter datur rebus, & secundario personae. C. de nup. l. in copulandis. Et moueri debet tutores, & confidenter incitari ad defendendum pupillos triplici ratione. Primo quia sciunt Deum omnipotentem, cui nemo resistere potest, habere in officio illo coadiutorem: habet enim Deus pupillos in singulari custodia, & protectione, vt scribit Psal. cxlv. CC iij Domi-

Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet, scilicet in sua speciali cura, secundum Lyrum ibi: quia ut scribitur Deuter. x. Ille est, qui facit iudicium pupillo & viduæ. Secundò habent iudicem terrenum in singularem protectore: quum sit omnium pupillorum sui territorij magnus tutor; & particulares coadiuans tutores: imò eorum defectus supplés. l. bonorum. C. qui admittit ad bo. pos. possunt ibi. tex. no. qui in causis pupillorum etiam de facto supplere potest, ut ibi, & Bart. plenè in l. si curatorem habens. C. de integ. resti. minorum. & in l. iij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. quem in hoc sequitur. Pa. nor. in cap. bonæ. l. j. v. col. de postula. præla. Tertiò quia si potentiam alicuius horrescant, contra quem iudex loci, & præses prouinciæ non præualerent, habet imperatorem & regem in iudicem, & specialissimum contutorem, quem recta via adire possunt, omisso quocunq; medio, & aduersarium coram ipso trahere, quocunq; non obstante priuilegio. l. j. C. quando imperator inter pupillos & viduas vel miserabiles personas cogno. in fin. Non ergo excusari possunt tutores aliqua impotentia, vbi tot sunt suorum concutores, & potentissimorum confortum certissima, ac insuperabilia pro pupillis diuina, & humana suffragia. Et si ratione non moueantur ad defendendum pupillos, saltem ad hoc incitentur veterum exemplo, qui seipsis & propria substantia postpositis, imò damnò passis, & quod molestius videtur iniuria lacepsitis, pupillos quorù tutelam gerebāt, incolumes prætulerunt. Et propter eorum bona salubrius regenda æternòq; conseruanda perpetuū non horruerūt, imò voluntariè susceperunt exilium, & finaliter se occiderunt. ¶ Legitur enim de Lycurgo Lacædæmoniorum principe, & legum latore clarissimo, atq; inter Philosophos admirando, de quo Plutarchus & Valerius, libro de Ingratis. Et Iulianus in tertio Epitomatum, ac etiam Aristoteles in politicis multa scripsere. Qui

(quò ad propositum sufficit) patre suo Spartiatarum rege, necnon & eius fratre nato maiore mortuis, cum regnare potuisset, certior factus q; fratris defuncti vxor prægnans esset, vt legitimus & pius tutor cæcili-gidò declarauit regnum pueri esse d. bere, si mas foret. Sed cum mulier verba fecisset de perdèdo puero, quò illi nubere posset, & Spartiatis imperaret, eius opinionem detestatus est. Natòque puero cum aliquando ipse cum principibus cænarèt, cum Lycurgo detulerunt quem ille suscipiēs, ad discumbentes dixisse fertur, O Spartiata rex vobis est natus: impositòque in regio solio, omnes tum eius animi magnitudinem, tum iustitià admirati sunt. Deinde leges eis instituit, quò felicitus regnū nepotes regerent. Quæ quid cõtineat ex Plutarcho haberi potest. Cum autè in legibus suis nullà diuitiarū vellet haberi curam, fertur locupletes aduersus Lycurgū exarsisse. A quibus multis iniuriis pulsatus etiam oculū amisit. Cupiens itaq; eam suam institutionem reddere, eòque modo pupilli principatum facere immortalē, ad concionem omnibus cõuocatis iuramentū exegit, vt nil remoueretur, vel immutarèt, donec ex Delphis reuerteretur. Cùmque oraculū consuluisset, an pie leges, & fati ad felicitatem latae essent: responsum habuit & leges piè latus esse, & ciuitatē illam clarissimam fore, vbi ipsius Lycurgi veteretur legib⁹. Quo audito vaticiniū mox scripsit, & Spartam transmisit, & se illico interemit: quò Spartæ legibus perpetuò vterentur suis. Hæc ibi. Præmissorū omnium obliuio moderni tutores, non de personis pupillorum suorum quibus principaliter dati sunt curant, sed qualiter eos perdere possint, vt illorum bona sibi, & suis approprient, incessanter cogitant: ita quòd de tutoribus verso nomine curatores efficiuntur, domos pupillorum curando & euacuando, in sui honoris ac salutis æternæ dispendum.

Laus Iesu Christo Domino nostro.

GVLIELMI BENEDICTI DOCTORIS VTRIVSQUE IVRIS ERVDITISSIMI,

Cap. Raynutius, Repetitionum finis: quæ antehac rudioribus Typis editæ, nunc iam superaddita hac tertia parte (quæ nondum in lucem emissa fuerat) recentioribus perfectissimisque his Characteribus, in studioforum maximam commo-ditatem, summa dexterritate excusæ sunt.

GVLIELMI BENEDICTI VTRIVSQUE IVRIS DOCTORIS FAMOSISSIMI, TOLOSANI-QUE SENATORIS CLARISSIMI DE DVCATV NORMANIE A QVITANIA, & Comitatu Andegauie, Cenomanie, Turonensi, de Ponthieu, Ebroicarum, & Pictauie Tractatus, quo dictos Ducatus & Comitatus Illustrissimo Francorum Regi, Coronæque Franciæ pertinere apertissimè Lecto-ribus demonstratur.

Summæ totius Tractatus.

- 1 Rollo Saracenus ex damnato coitu Gulielmum habes filium, duxit postea filiam regis Gallie, Normaniam in dotem accipiens. 51
- 2 Marimonium scilicet diuersitas impedit. & nu. 3. 53
- 4 Normania quare dicatur, quæ prius Neustria. 54
- 5 Sigillum uxorem occidit Rollo. 55
- 6 Legitimari per sequens matrimo. non potest natus in diuersis scilicet, & alio inter medio matrimonio. 56
- 7 Gulielmus Rollonis furiosus pro Normania duce se gerit. 57
- 8 Gulielmus rex Angliæ per conquestam facta quatuor habuit liberos. 58
- 9 Henricus Beau clericus ultimus filius, regnum & ducatum occupauit. 59
- 10 Normanie ducatus tribus medijs corone Francie vnius. 60
- 11 Mabentia unica Henrici filia nubuit bis. & nu. 2. 62
- 13 Henricus secundus vnicus Mabentia. & patris hæres. 63
- 14 Adella Gulielmi regis & ducis filia, Tibaldum de Campania genuit, qui regnū & ducatum occupauit. & nu. 15. 64
- 16 Ludouicus pius Francie rex Henrico secundo regnū Angliæ cum ducatu restituit. 65
- 17 Ludouicus pius Alienoram Tibaldi hostis ducit filia, qua ducissa tunc erat Aquitania, & comitissa Pictauie. 66
- 18 Aquitania ducatus tres tantum continet senescallus. 67
- 19 Alienora in necem mariti conspirans repudiatur. 69
- 20 Aquitania ducatus, & Pictauie comitatus ob Alienoram regem, regi Francie confiscantur. 69
- 21 Ioannes de temporibus vixit annos trecentam sexaginta & unum. 70
- 22 Alienoram à rege Gallie repudiatam ducit Henricus rex Angliæ. 71
- 23 Philippus à Deo datus Ludouici regis filius. 72
- 24 Aquitania ducatus cum comit. Pictau. licet confiscatum restituit Henricus. & pro eo facit homagium Philippo. 73
- 25 Henricus secundus ex Alienora quatuor suscepit liberos. 75
- 26 Thomas Canuariensis quare occisus. 76
- 27 Ioannes sine terra, vltimus Henrici secundi filius, fucinoso à regnum, ducatum, & reliqua occupat. 77
- 28 Lesa maiestatis crimen in regem Gallie ab Anglo commissum. 80
- 29 Ioannis bona, quæ in Gallia tenebat confiscantur. 81
- 30 Normania ducatus multis nominibus regi Gallie confiscatus. & nu. 31. & 32. 83
- 33 Aquitania ducatus post confiscationem Anglo semel & iterum restitutus. 84
- 34 Beati Ludouici cum Anglis conuentio. 85
- 35 Edoardi primi feloniam. & nu. 36. 86
- 37 Edoardi secundi feloniam. & nu. 38. 87
- 39 Edoardi tertij feloniam. 88
- 40 Angli quid pro se allegent, & ad eos resposio. & nume. 41. 42. & 43. 89
- 44 Carolus quintus imperator Lucetiam vnius. & nu. 45. 90
- 46 Henrici quinti & sexti feloniam. 93
- 47 Felonia duplex Anglorum. & nu. 48. 95
- 49 Renuntiatio superioritatis regni non valet. & nu. 50. 96
- Normanorum origo. 51
- Rollo primus Normanorum dux contra Gallos. 52
- Normanorum in Gallos crudelitas. 53
- Rollo Gulielmum filium ex concubina suscepit. 54
- Neustria de antiquo regum Francie dominio Rolloni data. 55
- Sigilla regis filia datur Rolloni baptizato, vna cum Neustria. 56
- Normania vnde dicta, quæ prius Neustria. 57
- Normani & Angli potiores egerunt. 58
- Angli & Scti vnum plus appetunt, quo carent. 59
- Rollo uxorem repudiat, necat, & ad concubinam reuertitur. 60
- Confiscatio prima Normanie, ex Rollonis delicto, & liberos defectu. 61
- Legitimatio per subsequens matrimonium quòd non fiat. 62
- Gulielmus Rollonis filius optimus belli dux. 63
- Gulielmus rex Angliæ per conquestam factus quatuor habuit filios & vnam filiam. 64
- Henricus vltimus Gulielmi filius regnū & ducatum occupat. 65
- Confiscatio secunda Normania tempore Henrici primi, triplici medio. 66
- Mabentia Henrici unica primum imperatori, deinde Gassfredo nupsit. & nu. 68. 67
- Henricus secundus hæres vniuersalis ex Mabentia & Gassfredo. 69
- Tibaldus de Campania Angliam inuadit. 70
- Alienora Aquitania ducissa Ludouico Francorum regi nupsit. 71
- Alienora crimen in vtrum. 72
- Tibaldum Angliam & Normantiam occupantem pellit Francia rex, & Henricum secundum restituit. & nu. 74. 73
- Aquitania ducatus prima confiscatio. 75
- Ludouicus rex, quare pius vocatus. & nu. 77. 76
- Alienoram à Gallo repudiatam ducit Anglus. 78
- Philippus audax nascitur Ludouico. 79
- Somnium Ludouici ante Philippi natiuitatem. 80
- Philippus anno etatis decimo quarto, & vniuersitate patre coronatus. 81
- Alienora peperit Anglo quatuor filios, & vnam filiam. 82
- Confiscatio alia ob Henrici secundi feloniam. 83
- Philippus confiscata ob Henrici Ricardus eius filio restituit. 84
- Confiscatio alia ob Ricardus feloniam. 85
- Ioannes sine terra scelere fit rex. 86
- Confiscatio alia contra Ioannem sine terra. & nu. 88. 87
- Henricus tertius Ioanni succedit. 89
- Aquitania ducatus Henrico tertio à beato Ludouico restitutus. & nu. 91. 90
- Aquitania ducatum quinque comitatibus auxit beatus Ludouicus. 92
- Anglia rex denuo factus vasallus regis Francie. & nu. 94. 93
- Angli non steterunt polliciti. 95
- Beatus Ludouicus apud Thuniciū defunctus. & nu. 97. 96
- Edoardus primus Henrico tertio successit. 98

- 99 *Edoardi rebellio, & confiscatio.*
- 100 *Philippo Perpiñani mortuo succedit Philippus pulcher.*
- 101 *Aquitania ducatu restituit Philippus pulcher Edoardo.*
- 102 *Edoardi eiusdem alia feloniam, & confiscatio. & nu. 103.*
- 104 *Philippus pulcher moritur viribus relictis filiis, & una filia Edoardi secundi uxore.*
- 105 *Edoardi secundi rebellio, & confiscatio. & nu. 106.*
- 107 *Edoardo tertio restituit Aquitaniam rex Gallia. & numero 108.*
- 109 *Edoardi tertii insignis rebellio.*
- 110 *Aquitania superioritatem alio tractatu pretendunt Angli, cui respondetur. & nu. 111. 112. 113. & 114.*
- 115 *Carolus v. Imperator Galliarum contra Anglos probauit.*
- 116 *Clemens vij. Pont. pro Gallis contra Anglos indicauit.*
- 117 *Henrici quinti & sexti rebelliones. & nu. 118. & 119.*
- 120 *Regnum totum Anglia non sufficeret reparationi malorum Gallia ab eis illatorum.*
- 121 *Confiscatio quando fiat ipso iure, siue facta hominis. & numero 122.*
- 123 *Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum.*
- 124 *Actio contra tam potentem hostem non currit prescriptio.*
- 125 *Renunciatio superioritatis in decolorationem publici status, non valet.*



**D** V D V M fuit in humanis ¶ Rollo le Dannoys saracenus, qui amore cuiusdam filie Comitis de Bessin, Deo fidelis, & christianæ, quæ Popa vocabatur, exardescens ex ea filium suscepit nomine Gulielmum dicit longie spee: & sic damnato coitu genitum; cum illam eo tunc non desponsasset. Præterea quia ipse saracenus & puella Christiana erat, ¶ inter quos ob sanctas diuersitatem matrimonium esse non poterat. Quo tempore Normania de antiquo domaynio, & hæreditate Francorum regis existens, Neustria secundum chronica vocabatur, continuato nomine vsque ad tempora Caroli regis Franciæ dicit le Simple: ¶ qui pro pace cum eo & Normaniis Franciam deuotantibus habenda filiam suam nomine Sigillam dicto Rolloni eo pacto, quod Christianus fieret, cum dicto ducatu Neustriæ, quem eidem Rolloni tradidit, & suis liberis ex dicto matrimonio in posterum descendentibus nascituris, dedit in vxorem. De quo Gaguinus lib. quinto, cap. iij. prope finem tantum sequentia dicit: intercedentibus legatis res acta est. Rollo Sigillam Caroli filiam vxorem recipit, & in dotem Neustriam, quæ ab Epta fluente ad Britones terminatur, clauditurque Gallico Oceano. Rebus vt maximè Carolus cupiebat ordinatis, Rollo Rothomāgum profectus irritatur sacris, & lauacro Christiano appellatus est Robertus, à Roberto Pictauorum comite, qui receperat à Rollone fidei testis assistebat. ¶ Neustriam adeptus Rollo eam Normaniam appellauit, quod eam homines à Septentrione profecti occupassent. North enim Danorum lingua Septentrionem, Man vero hominem signat. Inde vocabulo composito Normani, id est, Septentrionales. Et Normania ad huc vsque diem vocatur. Eius tam barbaræ & ferocis gentis dum originem quæro, eam ex Gothorum feritate ortam accepi. Hæc ille. ¶ Sed cum primum Rollo possessionem ducatus habuit pacificam, & prius quam liberos ex Sigilla eius vxore aliquos suscepisset, eam se repudiavit, & reiecit, & mori deinde miserabiliter fecit. Vnde etiam tam ex lege in matrimonio dicta, quam ratione delicti perpetrati, ducatus

tus ille ad regem, etiam iure cominuñi si Galli vteretur, reuerfus fuisset: Tamen Rollo ipsum propter regis, qui tunc guerris variis vndique agitabatur debilitatem de facto tenuit, & dictam Popam eius concubinam in vxore duxit. ¶ Sed nõ ex hoc Gulielmus ille legitimatus fuit, nec legitimus esse potuit. Nec cap. tanta est vis matrimonij, qui filij sint legitimi. Tum propter sanctæ diuersitatem tempore natiuitatis Gulielmi inter ipsos existentē, Tum etiam propter matrimonium inter ipsum Rollonem & Sigillam intermedium, locum habere potuit. Et si per obitum Sigillæ absque liberis defunctæ, & per Rollonē occisæ ducatus ille ad regem non fuisset reuerfus, prout fuit, quum limitata dispositio contractus matrimonij limitatum pariat effectum. Et non steterunt liberi, ad quos deferretur feudum prædictum, quod culpa Rollonis contigit. ¶ Deinde successu temporis Rollone defuncto Gulielmus iam dictus eius filius pro duce Normaniæ, Aquitaniæ, necnon comite Pictauæ Andegauen. du Maine, Turonens. de Ponthiu, & Ebroicarum, & plurium aliarum terrarum regni Franciæ se gerens, in quo Angli quo ad prædictas donationes suum stipitem faciunt. ¶ per conqueſtam rex Angliæ effectus quatuor habuit liberos, scilicet Robertum primogenitum, qui Normaniæ ducatum tenuit. Secundus fuit Gulielmus dicit le Roux, in regno Angliæ succedens. Tertius nomine Rogerius, qui filiam vnicam Britanniæ hæredem desponsauit. Quartus fuit Henricus, studio Parisiensis, vt ecclesiasticus fieret, deputatus. Cuius intuitu fuit exhinc Henricus Beau clericus nominatus. Et præterea vnicam habuit præfatus Gulielmus filiam nomine Adellam, quæ nuptiis tradita fuit Tibaldo comiti Carnotensi, & Blesensi: cui alterum Tibaldum, qui Campaniæ comes extitit, enixa fuit. Præfatus Robertus dicti quondam Gulielmi primogenitus Normaniæ dux, mare transiit etauit pro Christo contra infideles pugnaturus. Gulielmus verò primus Gulielmi secundogenitus Anglorum rex absque liberis decessit: & pariter Rogerius tertius genitus. Quibus ¶ defunctis, Henricus Beau clericus, postremus genitus regnum Angliæ occupauit, & contra Robertum eius fratrem primogenitum Normaniæ ducem cui potius regnum pertinebat, à Turcis in patriam reuersum guerram habuit. Qua tractatu amicorum pacificata se in Normaniam contulit: & suo fratre Roberto, & vnico eius filio cum Franciæ comite eius auunculo, cui à patre in custodia traditus fuerat commemorante interfectis, ducatum Normaniæ etiam occupauit. ¶ Et tunc tribus medijs fuit dictus Normaniæ ducatus coronæ Franciæ vnitus, & consolidatus. Primogenitus propter feloniam, & fratricidium in persona dicti Roberti fratris primogeniti, & consequenter domini sui ac nepotis commissum. Secundogenitus, quia dictum fratrem suum illiusque filium, quibus in defectu proliis erat successurus, interfecit: & sic indignus successione, cum necem eorum ab alio interfectorum vindicare debuisset: vt infra latius dicetur & probabitur: & tetigi supra de coniuge coniugem interficiente, quarto principali arti. conclusione iij. vers. iij. fallit. Tertio, quia dictum fratrem suum Normaniæ ducem, & Franciæ parem occidit, in contemptum regis. Sed obstanter regis impotentia & debilitate dux Normaniæ de facto perseueravit Henricus Beau clericus antedictus. Et si prædictis medijs non fuisset ducatus Normaniæ confiscatus prout fuit, dico quod demum moriendo præfatus Henricus Beau clericus, huius nominis primus, vnicam nomine Mahentiam filiam, & hæredem reliquit

reliquit, quæ Henrico quarto imperatori fuit conuulgata. ¶ Quo ab hac luce sine liberis ex illa subtracto, fuit in secundis nuptiis maritata cum Gerfredo; seu Gualfredo Martello filio Foulqueti, cui Foulqueto rex Franciæ comitatum Andegauen. & Turonensem, & Cenomaniæ simpliciter quo ad regimen & nõ aliter in titulum commiserat. Qui Gerfredus seu Gualfredus tempore suo trans mare nauigauit, vltimisque rex Ierosolymitanus fuit, & dictorum comitatum vterque principis, licet eos Foulquetus pater in custodia, & simplici regimine habuisset, possessionē illorum interuertendo, se gessit. ¶ Ex qua Mahelta ei vxore vnica suscepit filium, videlicet Henricum secundum, quæ ad causam & ex persona matris suæ Mahentia rex Angliæ, & dux Normaniæ, & ex persona dicti Gerfredi patris sui fuit comes Andegauen. & Cenomaniæ, & Turonens. ¶ Ex matrimonio verò præfate Adellæ dicti primi Gulielmi quondam Angliæ regis, & Normaniæ ducis filia fororisque primi Henrici Beau clericus nominati cū dicto Tibaldo comite Carnotens. & Blesensi contracto descendit, vt dixi, comes Theobaldus de Campania, qui secundum aliquos vocatus fuit Stephanus. Ex cuius matrimonio genita fuit Alienora eius vnica filia & hæres. ¶ Qui quidem comes Theobaldus de Campania manu potentis post mortem dicti Henrici primi, dicit le beau clericus auunculi regni Angliæ, ducatu Aquitaniæ, Normaniæ & cetera ferè dominia, quæ dictus Gulielmus primus eius auus paternus tenuerat, occupauit, & se intrusit in ea contra dictum Henricum secundum. ¶ Vnde Ludouicus Francorum rex, qui postea dictus fuit pius, filius alterius Ludouici dicit le Gros, ac beati Ludouici proauus ægre fessus, & cogitans regnum Angliæ ceteraque prædicta dominia potius proli masculinæ ex dicta Mahenta regis filia genita, & nunc Henrico secundo in recta linea Henrici Beau clericus existenti potius debere, quam dicto comiti Theobaldo dictæ Adellæ filio in transuersali linea posito, aut aliis fortè causis eum mouentibus, successum dicto Henrico secundo præbuit, eumque regem Angliæ coronari fecit. In quorum recopiam beneficiorum, Henricus ¶ ille secundus, & Mahenta mater eius comitatum Ebroicarum, & Vexiniū, seu patriam de Veulgesin cum pluribus aliis circumadiacentibus terris dicto Ludouico regi dederunt. ¶ Exinde fuit dicta Alienora filia comitis Theobaldi de Campania nuptiis tradita Ludouico prædicto Francorum regi filio dicti regis Ludouici, dicit le gros. Quo tempore erat ipsa Aquitaniæ ducissa, & comitissa Pictauæ: tunc reuertit quo titulo. Eoque tunc & per antea ducatus Aquitaniæ nisi tres continebat prouincias, aut Senescallias, scilicet Burdegalensem, Lauarum, & Basatensem à rege Franciæ sub homagio tentus. Ex quo matrimonio inter dictos Ludouicum regem, & Alienorā ducissam, & comitissam contracto, genitus fuit Philippus secundus, dicit le conquerant, alias le courageux secundum aliquos, quibus quo ad hoc non assentit Gaguinus, vt infra dicetur. ¶ Quo constante matrimonio dicta Alienora, quia grauisimè contra dictum Ludouicum eius maritum & supremum dominum deliquerat in multis, præsertim stans cum ipso extra regnum, & vltra mare contra infideles, machinata mortē sui mariti, & Ludorum suorum domini, & cum Soldano Babylonie maritum dimittere, etque Soldano infideli nubere contra legem Dei, & matrimonij sui, atque in actū fugæ nauim intrare volens reperta & deprehensa exiterat: fuit alio honesto honore supposita per maritum eius regem

& dominum repudiata, sententia diuortij per Eugenium secundum pontificem maximum promulgata inter eos. ¶ Ex quo facinore feuda quæ ipsa Alienora à rege tenebat, sicut ducatus Aquitaniæ, & comitatus Pictauæ, fuerunt ipso facto regi confiscata: quum in tali crimine læsæ maiestatis confiscatio fiat ipso iure. Et quia dictus Ludouicus de illa seu eius persona aliter se non vindicauit, fuit pius ex post nominatus. De dictis Ludouico, & Alienorâ coniugibus narrat solū Gaguinus lib. vj. cap. tertio, iuncto cum fine principio, eo tunc ¶ Ioannē de temporibus annos tredecim sexaginta & vnum vita functum decessisse. Ludouicumque supplicias rei Christianæ latuerum (crucis insigni assumpto) promississe: quem secuta Alienora vxor concomitata est. Regressus in Galliam Ludouico, Henricus, qui regnum Angliæ postea adeptus est, regē orat vt supplicias illi ferat aduersus Stephanum Anglum, qui Normaniā iniuste occupabat. Comparato igitur exercitu rex in Stephanum copias ducēs non difficili negotio Normaniam recuperat. Quia Henrico restituta Henricus Vexiniū regi dicit Eadē ferè tempestate Alienoram petulantem quidem feminam rex dimisit, plerisque assuerantibus cognationis gradu Ludouico attingere. ¶ Quam à Ludouico dimissam Henricus vxorem desponsat. Quæ res initium fecit multis postea bellis. Nam ob eas nuptias Andegauia, Cenomania, & Turonensis comitatus Henrico aduenere: Quos principatus vnā cum Angliæ regno suscepit potens aduersus Francos effectus. At rex sine liberis masculis vita defungeretur, Constantiam Alphonsi Castellæ regis filiam duxit, quæ dum secundo partu filiam alteram edidit, moritur: huic superinduxit Alizam Theobaldi Blesensis filiam forma pudicissimam, laudatissimam. Postea subiungens cap. iij. Tam egregijs gestis Deo hominibusque cōmendatissimis cum esset Ludouicus, liberis tamen infœcundus, præcipua illi cura erat suscipienda proli. Eam ob rem hanc vnam sollicitudinem tantum Deo committebat. ¶ Ergo exauditus Philippum ex Aliza suscepit: quod propterea, quod Dei muneres datū esse crederetur; A deo datus cognominatus est. Verum prius quam nasceretur quiescenti patri hoc insomnium apparuit, videre visus est filium calicem manu tenere humani cruoris plenum, cumque suis proceribus propinare, ex quo ipsi biberent imperterriti. Quod visum pater vnitantum Henrico Albano, qui legationem Apostolicam apud Francos per id tempus gerebat, retexit. Sed defuncto Ludouico legatus rem propalat. Hæc ille. Cuius autē fuit filius dictus Philippus, dictæ Alienoræ vel Alizæ, quo ad propositum non refert: quum satis sit eum fuisse dicti regis Ludouici filium post eum regem factum. Et si modo supra dicto confiscata ob delicta Alienoræ non fuissent dominia supradicta: reperi quod executato diuortio Henricus secundus antedictus Anglorum rex dictam Alienoram eius consanguineam duxit in vxorem: & ducatum Aquitaniæ ac comitatum Pictauæ, licet confiscati essent, retinuit cum vxore. ¶ Pro quibus terris ex post dicto Philippo secundo Ludouici pij filio viuente adhuc patre coronato, in eadem coronatione assistit, pro debito subiectionis obsequens. De quo idem Gaguinus, vbi supra cap. iij. in princ. Anno, inquit, superiore quæ Ludouicus mortem obiret, curat Philippum regni consortem assumere. Quare Rhemis perductum magna pompa adolecētem sacratè iubet, annum vix xiiij. agentē. Cui dum coronatur, Gulielmus nouellus regis auunculus Rhemorū primas, & sanctæ Sabinæ

Cardinalis Romanus legatus affuit. Henricus item Angliæ rex ob eas, quas à rege in Francia terras possidebat obsequens pro debito subiectionis Philippo affuit. Hæc illa. † Ex qua Alienora quatuor suscepit liberos masculos. Et unicâ filia nomine Alienoram, & secundum alios Margaritâ, quæ Alphôso regi Hispaniæ nupsit. Ex quo filia nomine Blancham suscepit. Quam postea Ludouicus debonnaire Francorû rex, filius dicti Philippi le cõquerat, duxit in vxorem. Ex qua natus fuit beatus Ludouicus Francorum rex. Quatuor autem filiorum dictorû Henrici secundi, & Alienoræ coniugum primus fuit Henricus, qui patre viuente fuit rex coronatus; & de sui consensu occidi fecit sanctissimum præfulem beatû Thomam Cantuarien. honorem Dei, & libertates ecclesiæ defendentem: de quo loquitur cap. sicut dignum, de homicidio. Qui patri suo prædecessit, nec fuit in numero regum Angliæ connumeratus, & merito. Secundus ergo dicti Henrici filius fuit dictus Richardus dictus Cueur de Lyon, qui Henrico illi secundo patri suo successit in Angliæ regno, oblitus beneficiorû per Ludouicum piûm patri suo Henrico secundo in sua coronatione, & Normaniæ recuperatione impèforum, contra dictum Philippû le conquerant Fracorum regem dicti Ludouici filium, & suum supremum ratione terrarum & principatuum, quæ in Francia ex persona suorum, patris & matris tenebat, dominum, bellum mouit, feloniam cõmittendo ac infidelium rebellio nem, decessit & tandem sine liberis. Cui tertius successit. Tertius ille filius fuit Gersfredus, qui comitissam Britannia depõsavit in vxore. Ex qua Arturum filium, & Alienorâ filia suscepit. Ad quos, saltem ad Arturum filium tota Hærici secundi aut sui successio medio Gersfredi sui patris deuoluta fuit. Quartus filius fuit Ioânes sine terra nomen habens, qui dictis Arturo & Alienoræ ex dicto Gersfredo fratre suo nepotibus in tenera etate constitutus, fuit tutor datus & gubernator. Tamen ambitione permotus, cõsiderans potentia & tam amplâ excellentemque dominatione interitu nepotum sibi obuoluta, in necē eorum cõspirauit: & adeo qd Arturum prædictû de summitate castri præcipitari fecit deorsum in villâ, in qua fracta ceruice, & membris dissolutis, protinus expirauit, & Alienoram in carcere vsque ad mortem detineri fecit, atq; successione totam, & vniuersa quæ Henricus secundus eius pater, & Alienora genitrix tenebant, velut proximior occupauit & usurpauit, & pro rege Angliæ, ac duce Nomania, Aquitania, & comite Pictauiensi, Andegauen. Cenomanensi, & Turonensi se gessit: ita qd de omnibus bonis tam paternis quam materis de se factis suisuit. Nec his contentus, sed superbia elatus, grauissimas rebelliones, inobediências, & conspirationes, ac prodiciones, & cõsequenter crimen læsæ maiestatis contra Philippum regem Fraciæ prædictû suû supremû dominû, à quo dictos ducatus, & comitatus tenebat in feudum, commisit & perpetravit. † Ad causam quorû, & etiâ quia sanguinē proprium necē dicti Arturi nepotis sui, cui si absque liberis naturaliter decessisset, successurus erat, fundendo ingratisimus fuerat: & nũc successione indignus, fuit per pares Fraciæ hoc casu iudices cõpetentes citatus personaliter cõpariturus in loco de Stâpis data ei regia securitate: & deinde Carnuti. In quibus locis in propria persona comparuit, & in suis iustificacionibus fuit auditus. Sed die altera ei ad comparandum in Vindonicio assignata comparere noluit, imò mala malis accumulando cõtra regē se possitētenus forti-

ficauit. Cuius considerata contumacia & temeritatis audacia, ac cordis obduracione, & noua rebellione, fuit contra eû confiscatio omnium, quæ à rege tenebat per pares erga ipsum regem consultiuim declarata. Ex qua ducatus Normaniæ quatenus per mortē dictæ Sigilla absq; liberis defunctæ per Rollonē eius maritû occisæ nõ fuisset lege matrimonij sui ad regē reuersus prout fuit. Nec etiâ ex persona dicti Henrici beau clerici fratrē suû Robertum Normaniæ ducem & ex illo nepotem occidendo cõfiscatus, prout ipso iure fuit, vt supra vidistis. Nũc ex persona dicti Ioannis titulo declarata cõfiscationis regi clarissimē pertinuit, & respectu ducatus Aquitania, & comitatus Pictauiæ, quæ dictæ Alienoræ matri suæ pertinebant, quatenus non fuissent ex persona illius cõfiscata, prout fuerunt ex delictis cõtra maritû regē, & dominum feudorum cõmissis, vt supra vidistis. † Nunc indubitanter ex persona Ioânis medio prædicto etiâ regi pertinerent cum cæteris comitatibus supradictis per eum usurpatis & occupatis. Ita qd rex si non fuisset dominus plenus, tamē nunc effectus fuit dux Normaniæ, Aquitania, & comes Pictauiæ, Andegauia, Cenomania, Cornoten. Blesensis, Campaniæ & Turonensis, medio dictæ confiscacionis: necnon comes Ebroicarû, & de Veulguesin, Vexinio seu de medio donationis remuneratoriē per Henricum secundû & Mahentam eius matrem Ludouico pio factæ, vt supra dictû est. In quibus sic confiscatis dictus Ioan. heredē non habuit. Sed quo ad regnû Angliæ ei successit Henricus huius nominis tertius eius filius tertio genitō tempore mortis suæ solus superstes. De isto Ioanne ad propositû ultra chronica Fraciæ historia Angliæ sic dicit. † Iste Ioânes propter feloniam commissam in personas Arturi nepotis sui, quē proditoriē occidi fecit, & Alienoris neptis suæ, rex Francorum abstulit ei oēs terras, omniâque dominia, quæ & quas possidebat in regno Fraciæ. Hæc ibi. Huius regi Philippo le cõquerant successit Ludouicus dictus debonnaire, eius filius: qui Blancham filia regis Hispaniæ, vt supra vidistis, duxit in vxore. Ex qua suscepit beatû Ludouicû regē Fraciæ: ideo contra huiusmodi cõfiscaciones dicunt Angli & allegant tractatû patris factû ex post, & passatû inter dictum beatum regem Ludouicum, & dictû Henricum tertium præfati Ioânis filii Angliæ regē. † Cuius tenore beatus Ludouicus dedit ducatu Aquitania dicto Henrico tertio, vt succederet in transcurso lictionis supra dixi. Sed vt tractatus ille clarē non obstat, scire debetis qd beatus Ludouicus cupiens, & affectans apud infideles transfretare, cõsq; debellare, quod facere securē non poterat, nisi pacem in regno Fraciæ ab Anglis persequutatio poneret, & cum eorum rege conueniret: ne eius absentia durante regnû periclitaretur, cû dicto Henrico cõsequentibus Eymundo, & Edoardo dicti Henrici filijs, ac principibus & gentibus trium statuum Angliæ apunctauit in hunc modû. † Videlicet quod beatus Ludouicus dedit, & transportauit libera voluntate titulo donationis dicto Henrico tertio Angliæ regi, & suis successoribus ex legitimo matrimonio procreatis, dictum ducatu Aquitania, prout olim tres cõtinebat Senescallias, scilicet Burdegalē. Lauarum, & Balatensem. Quam donationem acceptauit Hæricus prædictus pro te, & dictis suis successoribus, tacitè cõstendo prius regi Ludouico pertinere medio dictarû confiscacionû. Et in augmentum dictarû donationum idem beatus Ludouicus addidit dicto ducatu patriâ Xanctonen. citra flumen Charante

rante ex hac parte, necnon comitatus Petragoricen. Agenen. Caturcen. Aruerniæ, & Lemouicen. cû eorû pertinentiis & dependētiis, quæ antea nunquã fuerunt de dicto ducatu: imò suos particulares habebant comites, & dominos saluo sibi magno ligio per reges Angliæ pro tempore existētes regibus Fraciæ, etiâ pro tempore existentibus fiendo debito eorû supremis dñis: & salua superioritate & resortio, prout ceteri duces & pares Fraciæ. Et ultra dedit idem Ludouicidē Henrico pagamētum ccccc. militû, vt decet garnitorum pro vno anno integro, ascēdens ad summâ xj. mille scutorum monetæ tunc currētis, realiter eidē Henrici numeratum & delibatum. Quos milites ipse Henri. secû ducere debebat & promisit in succursum dicti Ludouici contra infideles. Et cû huius renunciauit dictus Henri. de consensu quorum supra, pro se & suis successores in cõmodum & fauorē beati Lud. & suorû in posterum successorû omni iuri per eû, & suos prædecessores praetense in ducatu Normania, & comitatibus Pictauiensi, Cenomania, & Turonensi. & generaliter omnibus alijs terris, & dominationibus quas ipse Henric. & sui prædecessores potuerunt, & possent in futurû successores quocunq; medio aut titulo in quacunq; parte regni Fraciæ. Cuius apunctamētû medio fuit dictus Henricus iij. effectus verus, & indubitatus vasallus regis pro dicto Aquitania ducatu sic augmentato: pro quo fecit regi homagium, & præstitit fidelitatis iuramentum. De quo apunctamēto per beatum Ludouic. sic passato plures dñi, & alij diuersorû statuum regni Fraciæ, & dicti ducatus Aquitania fuerunt malè contenti, maxime vasalli dictorû comitatuum Petragoricen. Caturcen. & aliorû circouiciorum. adeo qd licet dictus rex Ludouic. fuerit, & sit per ecclesiam canonizatus sanctus, ipsum longo tempore non reputarunt sanctû, nec diē eius festum coluerunt, dolētētes cecidisse in manus Anglorum, qui promissa in dicto apunctamento minime tenuerunt. Nec Henri. ille iij. ad infideles cû dictis militibus, vt promiserat, transfretauit, nec eos ad beatû Lud. misit: ob quod malè eidē Lud. in terra illa successit: vt patet in eius chronica. † Præterea post mortē dicti Henrici iij. Angliæ regis, Edoardus huius nominis primus ipse Henrici secundus filius ei successit in regno Angliæ, & ducatu Aquitania. Pro quo ducatu homagium fecit ligium, & iuramentû fidelitatis præstitit Philippo Francorum regi filio beati Ludouici, cuius filiam despõsauerat nomine Margarētâ, cui fuit in dotē datus comitatus de Pontina. Cui respõdere dictus Edoardus nunquã voluit in Parlamento regio: & qd deterius est, multas fecit contra Philippû regē Fraciæ beati Ludouici filium felonias, & graues inobediências: ad causam quarû maior pars dictorum ducatus, & comitatus sayista fuit sub manu regia, sub qua permansit † donec post mortem dicti Philippi, qd fuit factû apunctamētum inter Philippum pulchrû dicti Philippi filiu, & dicti beati Ludouici nepotē, & dictû Edoardum Angliæ regē. Pro quo apunctamento melius & firmiter tenendo, idem Philippus Pulcher filia suâ secundâ nomine Isabellâ tradidit Edoardo huius nominis secundus, dict de Cauercion filio dicti Edoar. primi in vxore: ex qua suscepit Edoardû tertiu eius filiu. † Post quorû Edoardi primi Angliæ, & Philippi Pulchri Fraciæ regum mortem dictus secundus Edoardus, dict de Cauercio rex Angliæ effectus homagium facere, & cetera deue ria præstare, ad quæ ratione ducatus Aquitania, & comitatus de Ponthieu regibus Francorum tenebatur, recusauit, scilicet Ludouico Hutino primogeni-

to: deinde post obitum Ludouici absque liberis masculis defuncti, Philippo longo: & postremò post Philippum sine liberis mortuum, Carolo pulchro dicti Philippi pulchri filijs successiue regibus Fraciæ. Ad causam cuius Carolus comes de Valesio, frater dicti quondam Philippi pulchri & patruus seu auunculus dictorum trium regû, qui post mortē Philippi pulchri successiue regnaret, missus fuit in Aquitaniam: & pariter Philippus Valesianus dicti Caroli comitis filius, qui demum post dictos tres fratres rex Fraciæ, vt vidistis in verb. *Duas habet filias*. Per quos Carolum & Philippum patrem & filium, fuerunt dicti ducatus & comitatus sub manu regia positi: & sayisti: præsertim propter multas & graues rebelliones factas per dictum Edoardû de Cauercio fororû dictorum regû, & suos officarios. Vnde Angli videntes dicta feuda esse perditâ, cõsuluerunt, quod dictus Edoardus de Cauercion cederet & transportaret dictos ducatu & comitatu, illorûq; donaret dicto Edoardo tertio eius filio primogenito de Vuandefore, ex dicta Isabella suscepto, atque nepoti dictorum trium regum, qui homagium pro eis offerret dicto Carolo pulchro eius auunculo tunc regnanti. Et ita factû extitit, & in Fraciâ ad dictû Carolum pulchrum regē eius auunculum, Edoardus ille tertius se contulit, vbi eo tempore dicta Isabella mater sua, propter aliquas discordias & partialitates in Angliâ tunc vigentes, venerat, & cum dicto Carolo eius fratre erat. † Cuius intuitu & contemplatione Carolus pulcher rex dicto Edoardo eius nepoti omnia prædicta restituit, eorûq; homagium & fidelitatis iuramentum, pro dictis ducatu & comitatu suscepit in forma consueta, & cum rege stetit anno integro & ultra: & demum in Angliam rediit cum matre sua. Nec longè post obiit Carolus pulcher sine liberis: ex quo illa grandis exorta fuit quæstio, cui regnû Fraciæ deberetur, vel dicto Philippo Valesiano filio dicti Caroli comitis de Valesio tunc defuncti, dicti Caroli pulchri ultimi regis consobrino germano, ex linea masculina descendenti aut dicto Edoardo tertio ex dicta Isabella eiusdem Caroli forore nepoti, & sic linea femina existenti. Tamen per pares regni fuit iudicatu in fauorem Philippi Valesiani, cui Edoardus ipse consensit, & ei homagium ligium pro dictis ducatu Aquitania & comitatu spõte & liberè apud Ambianos præstitit, ipsumque in regem & eius supremum dominum recognouit, vt plenè dixi in dicto verbo, *Duas habet filias*. Quæ omnia fuere per proceres Angliæ confirmata. † Sed is nõ obstantibus sine causa & occasione rationabili dictus Edoardus iij. contra suû iuramentum veniendo, & fidem promissam violando, guerrâ mouit asperrimâ cõtra dictum Philippû Fraciæ regem eius dñi: conatusq; suos fecit ei coronâ auferre, & totum regnum, ad hos fines subditos regni commouēdo & mutinando cõtra regē: iterum terrâ, scilicet ducatum Aquitania & comitatu prædictum, & cetera quæ in Francia tenebat cõfiscando. Cùm clarius nõ sit aliud in vasallo mediû confiscacionis, qd machinari in mortē & exheredationē sui supremi dñi. Ex quo resultat & necessariò sequitur dictos ducatu Aquitania, & comitatu de Põthieu regi ptinuisse & pertinere, & tractatû pacis & transportû per beatû Ludouicû necnò per Philippû eius filiu in contractu matrimonij dicti Margaritæ filia suæ cum Edoardo primo celebrati: & restitutione eorundē ducatus & comitatus per Carolum pulchrû eidem Edoardo iij. eius nepoti: ceteraque inde sequuta fuille, & esse cooperta, & extincta medio

medio dictarum multiplicatarum confiscationum postea  
 40 fecutarum. Sed iterum allegari Angli & in medium deducunt alium pacis tractatum inter eos & regem Ioannem tunc in Anglia detentum, & Carolum v. eius filium Normaniae ducem, regnum Franciae in absentia patris regentem, passatum in loco Britigniaci. Cuius tenore tam pro deliberatione dicti Ioannis regis, quam pro sopiendis & pacificatione oes querelas, quas dictus Edoardus iij. in regno & corona Franciae praeterebat, saltem in multis partibus regni, dictus ducatus Aquitaniae modo praedicto in tractatu per beatum Ludovicum facto, extensus simul & comitatus Pictauieni. de Ponthicu, Ageneu. Bigorrae, cum resorto de Armagnaco, & aliarum terrarum Vasconiae, necnon comitatus Xantoneu. ultra Charate flumen, cum iam vsque ad dictum flumen fuisset idem comitatus ducatus Aquitaniae per beatum Ludovicum vnitus: etiam patria & terrae Daulus, Meronay, Calays Genes, & plures aliae terrae in dicto tractatu latius contentae fuerunt pure & absolute traditae, nullo retento  
 41 resorto nec superioritate &c. Tam non obstat ille praesens tractatus propter plura contra Anglos peremptoria. Primum quia dictus Edoardus Angliae rex, in dicto pacis tractatu principaliter renuntiare coronae Fraciae, & iuri in ea praetere promiserat: sed nunquam renuntiare voluit, quauis saepe per regem Franciae aut ab eo deputatos potestatem renuntiandi dicto ducatus Aquitaniae, & eius superioritati, residuaque pacta tenendum specialiter habentes, debite fuerit loco & tempore debitis interpellatus. Vnde quia rex Angliae praefatus noluit ex parte sui renuntiare iuri quod in regno & corona Franciae praeterebat: semper rex Franciae dux saltim superior in Aquitania remansit: cuius superioritatem nunquam renuntiauit: quia non tenebatur pactum vicissitudinariu seu reciprocu adimplere dicto regi Angliae, qui ex parte sui recusauit, pmissio satisfacere. l. cum pponas. C. de pac. facit l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. & ved. fuerunt enim renuntiationes hinc inde fienda mutue & reciprocae: & ex parte Anglorum stetit, quominus completae fuerint, & nec fides ei seruari non debuit, vt d. l. cum proponas. Nec ad cogendum regem Franciae actione habuerunt, nec habere saltem efficacem: vt d. §. offerri. Secundum, quia promiserat rex Angliae Franciam euacuare, & quamlibet eius partem purgare cohortibus, aciebus & turmis suorum armigeroru, quos in Fracia duxerat: quod non fecit, imo regnum Franciae, vt prius deualtare permisit: occisis post dictum tractatum xx. mille hominibus: & ultra, ex quibus & ceteris malis per Anglos perpetratis, & pro dictos Anglos a regno aliter expellendo, fuit regnum Franciae de summa sex millionum auri & ultra  
 43 damnificatu. Tertio, quia non obstante dicto tractatu, & post illius solutionem Edoardus princeps Galarum filius dicti regis Angliae primogenitus, & pro tunc ducatum Aquitaniae tenens, qui dicto tractatu interfuerat, & illi consenserat, bellum asperissimum mouit contra dictum Carolum quintum tunc regem factum, qui de nouo commissum & confiscationem declarauit, tam contra dictum Angliae regem, quam principem Galarum: & omnes terras ad manum suam posuit: quem subditi in suum superiorem & dominum recognouerunt, vt clare de iis omnibus & singulis constat per legitima documenta in thesauro chartarum regiarum Parisius existentia.  
 44 Quae postea fuerunt Carolo quinto imperatori, cum Parisios causa videndi dictum Carolum Franciae regem, cum rege Romanoru eius filio aduenisset, oculariter ostensa. Quibus visis, & alias debite & publice informatus de veritate rei gestae, gaudio non mediocri ex

hilatus, Carolo regi de iure suo sustinendo, & conferuando consuluit, eumque iurare & succursum ei dare pollicitus, nec non regem Romanoru charissimum eius filium ibi assistentem, ad quemcumque statum perueniret, ad idem facere exhortatus est & praecipit. Qui votis annuendo paternis sincero corde ita facere promisit. de quo Gaguinus &c. dehinc Carolus rex ante dictus certos auctoritatis viros spectatissimos cum documentis ad Clementem sextum pontificem maximum tunc Avinionis degentem, causa ipsam necnon ceterum cardinalium informandi de veritate, prout fecerunt, bis direxit, potestate non carere. Per quos beatissimus praefatus consistoria liter in praesentia Anglorum de veritate informatus, nil reprehensione dignum ex parte regis Franciae copreterit: imo iustissimam causam confiscationis dictarum terrarum liquido intellexit. Ex quo tempore tam ipse quam sancta sede successores, praefatus Carolus v. vj. & deinde Francorum reges ex eis procedentes, per veris regibus, & Aquitaniae ducibus tenuerunt & tenent.  
 45 Quarto non obstat dictus tractatus: quoniam post omnia praemissa: cum dictus Edoardus tertius quinque habuisset liberos, quorum primus fuit Edoardus princeps Galarum qui genuit Richardum postea Angliae regem: quo sine liberis defuncto, Henricus quartus filius Ioannis de Gand, sic nominati, quia in villa Gandensi natus fuerat, filij tertio geniti dicti Edoardi tertij, & tunc nepos eiusdem Edoardi in regno Angliae successit: ex quo Henrico genitus fuit Henricus quintus & post eum rex Angliae: qui genuit Henricum sextum. Vnde mala malis accumulando dicti reges Angliae, praesertim Henricus quintus & Henricus sextus tempore Caroli sexti & Caroli septimi Franciae regum de facto & vi armata ducatum Normaniae cui ducatus Henricus tertius duxerunt regnum Angliae praedeceffor, in persona beati Ludouici mediante ducatu Aquitaniae renuntiauerat, vt dixi. Et sic veniendo contra tractatum cum beato Ludouico passatum, Aquitania iterum perdidit, villam Parisiensem, & maiorem regni partem occuparunt, posttenus reges antedictos veros & naturales ac indubitatos haeredes Franciae a regno expellere satagendo. Ex quo duae principales resultant feloniae. Prima fuit perseverantia & obduratio in malitia semper suorum praedecefforum feloniam, crimina, & rebelliones continuando. Secunda est, quia eorum ambitio iniuste contra ius, & veritatem, fuit causa occisionis duorum millium personarum, & ultra, ac destructionis & demolitionis infinitarum ecclesiarum, conuentuum, monasteriorum, ciuitatum, villarum & castrorum: necnon destructionis ac prostitutionis infinitarum virginum & aliarum honestarum mulierum, & perditionis ac rapinae infinitorum bonorum mobilium etiam preciosorum: & (quod plus est), sacrorum & Deo dedicatarum, bonis immobilibus desertis, & in creto longissimis temporum lustris in vastitate derelictis. Pro quorum damnorum reparatione regnum Anglorum totum non sufficeret. Quorum duorum quodlibet iustissimam facultatem & causam regi dedit nedum se defendendi, sed etiam Anglos, & eorum dominia inuadendi de facto: saltem vsque ad congruentem damnorum reparationem & satisfactionem, per tex. & glo. in c. dominus noster. xxij. q. ij. Et nihilominus est plus quam liquidum omnes terras, si quas Angli habuissent in Francia, fuisse & esse iterum confiscatas: de qua confiscatione posset rex qui omnium est possessor, si per Anglos super iis impeteretur, & perpetuo defendere: quia quae temporalia sunt ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum



**V**IA, Domini ac fratres mei charissimi, multoties, vt vobis qualiter & quibus medijs ducatus Normaniae, Aquitaniae, necnon comitatus Pictauieni, & cetera quae Angli in Francia habebant ad coronam & Francorum regem reuerfa fuerint magis late & specifice traderem, vsque ad tadium me infestare non cessatis, occasione sumpta, quod de his succincte aliqua dixerim, quae vestros forte, vt fugitis, non saturant intellectus: ego certe vestrum instantia deuictus, ex chronicis, veteribusque documentis accepi quod tradidi, & latius sum nunc traditurus vobis. Quonia a tempore quo Neustria & plures alias Franciae oras homines a septentrione profecti qui Normani vocabantur, postquam annos xl. multis in locis Franciam incurfauerant, ampliore multitudine contracta, manu potentia occuparunt Rothomagoru vrbem potiti, vbi tutissimum sibi refugiu effret, tempore Caroli Francoru regis, cui simplicis cognomen indictu est, Rollonem ex suis (vt Gaguin. lib. v. c. ij. refert) hominem strenuum, qui nullam domum redeundi spem, propter se commissum flagitium, haberet, ducem praeficiunt. Hic imperandi apud suos potestate accepta animum in primis intendit vrbem Parisioru perdere, & inde Christi elimitare pietate. Vnde Ligerim nauigates Nanet vrbem expugnauit, & pontificem Guymardu inter sacrificandum ad Christi aram iugulat. Inde profecti Ande-

gauliam inuehdunt, mox Turonum adoriuntur: atque ita per Aquitaniae praedae agetes, Rollone duce in Parisios per Sequana delati, in Burgundos per Ararim, id est Sagona nauigates. in Aruerniam tandem incurfanti nec mora interposita, Senones depopulati monasterium Floriacense occisis cenobitis, diripiunt, atque igne consumunt. Cum tam crudeliter debaccharetur per Franciam Normani, Carolus simplex Francu Rothomagorum praefule iam Rolloni notu ad Rollone mittit, qui trium mensiu inducias firmet. Quibus exactis Stempas moues Rollo Carnotum petit atque oppugnat: & indignabundus suos iubet per omnem regionem populationes facere, & ea omnia in quaeunque irruissent perdere. Itaque fera gens nihil sibi obuii integrum reliquerunt: adducuntur in seruitute & stuprum virgines, matres cum liberis gladiis occumbunt. nulli tempore igne non immiserunt: flagrant per agros atque vrbes omnia, clamoribus motibusque aether resperbatur: haec ille. Or domini praefatus Rollo dicit se dannoy adhuc saracenus existens, amore cuiusdam filiae comitis de Bessino Deo fidelis & Christianus, quae Popa vocabatur, debacchatus, ex ea filiu suscepit nomine Gulielmum dicit longue espee, & sic danato coitu genitum, si illum tunc non desponsasset, propterea quia ipse saracenus & illa Christiana erat: inter quos ob secula diuersitatem matrimoniu esse non poterat. Quo tempore Normania de antiquo dominio & hereditate Francoru regis existens, Neustria secundum chronicas vocabatur: continuo homine vsque ad dicti Caroli simplicis tempora: qui filia sua nomine Sigilla seu Gillam, pro pace cum eo & Normaniae Franciam deuasatibus habenda, dicto Rolloni eo pacto, quod Christianus fieret, cum dicto ducatu Neustriae, quae eide Rolloni tradidit & suis solis ex dicto matrimonio liberum possessionem nasciturus, dedit in vxorem. De quo Gaguinus alleg. iij. c. sic dicit: Tam diuisa affectionibus vexatis Francis, reges conueniunt, inertia atque pusillanimitate accusant: perdit eius negligentia puincia, qui neque hosti per se, neque per ductores belli occurrat. His questibus excitatus rex, Francu Rothomagensium iterum ad Rollone proficisci imperat: qui cum ad Christianam comunione hortetur. Quam si fide integra recipiat, esse Carolo filia Gillam, quam ille cum omni Neustria nuptui det. His madatis per Francum cognis Rollone a ferocia temperat, seque (consilio cum suis habito) cum Carolo colloquiu (designato quo volet die) habiturum spondet. Ad haec trium mensiu induciae firmanatur apud flumen Epte, quod est Neustriae ad orientem limes, sit conuentio. Vna fluminis ripam Carolus, alteram Rollo insedit. Intercedentibus legatis res acta est: Rollo Gillam Caroli filia vxore recipit, & in dotem Neustria, quae ab Epta fluente ad Britones terminatur, clauditurque Gallico Oceano. Rebus vt maxime Carolus cupiebat ordinatis, Rollo Rothomagum profectus initiatur sacris & lauacro Christiano appellatusque est Robertus a Roberto Pictauiensi comite, qui recepta a Rollone fidei testis assisit: bar Neustria adeptus Rollo, eam Normania appellauit, quae homines a Septentrione profecti occupassent. North enim Danorum lingua septentrionem; Man vero hominem signat: inde vocabulo composito Normani, id est septentrionalis & Normania ad hunc vsque die vocatur. Eius tam barbarae & ferocis generis dum origine quaero, ea ex Gothoru feritate orta accepi. haec ille. De feritate autem horu Normano ru videtur tex. & glo. in c. lator. lv. dist. & in c. sciscitatus: vij. q. j. Et quomodo fortiter bibunt & egregie potant, sic



sicut Angli timentes q̄ anima remaneat in seculo. habetis tex. cū glo. in c. Moyse. xxij. q. ij. de quibus Anglis, & etiā Scotis meminit Guli. de monte laudi. in cle. in plerisq̄, de elec. dicēs, q̄ sicut medicatēs quātō magis destitutos bonis sentiunt, tantō magis ipsa appetunt, & honores quibus profitendo rehuntiāt, ut ibi dicitur xlv. dist. c. omnis. † Ita est naturaliter in Anglis & Scotis, qui plus aliis vinū appetūt, quo penitus in paribus suis carēt. Cōtra quos prouidit conciliū generale in c. de crapula. de vita & honesta. cle. de quibus, de his Normanis dicit gl. in l. sequitur. §. j. ff. de v. sic. q̄ sunt etiam pupilli doli capaces. Hispani verō, nō se, sed alios vino decipiunt, dando vinum album quasi aquā in rubeo mixtum, secundum gl. in l. dolum. in fi. C. de dolo. ut sic inebriētur & decipiantur. † Quia quamprimum Rollo possessionem ducatus pacificā habuit, & prius q̄ liberos ex Gilla vxore sua aliquos suscepisset, eā à se repudiavit & reiecit, ac deinde mori eam miserabiliter fecit. † Vnde etiā tam ex lege in matrimonio dicta, quā ratione delicti perpetrati ducatus ille ad regem etiā iure communi (si Galli vterentur) reuersus fuisse: vt l. ex conuentione. C. de pact. vel legis dispositione, vt liure successum est. ff. de iure dotiū. & l. dos à patre profecta. Cillo. tit. Et quo ad delictum in persona vxoris perpetratum, est tex. bonus in l. i. ab hostibus. §. fin. ff. solu. matr. vt dixi supra in iij. artic. & iij. conclu. vers. tertio fallit. Tamen Rollo propter regis q̄ variis tūc vndiq̄ bellis agitabat debilitatem, de facto retinuit: & cum dicta Popa eius concubina matrimonii contractum traxit. † Sed non ex hoc Gulielmus ille legitimatus fuit, nec legitimus, per c. tanta est vis. qui filij sunt legitimi. fieri potuit. Tum propter sectā diuersitatē tempore natiuitatis dicti Gulielmi inter ipsos existentē: tum etiā propter matrimonium inter ipsam Rollonē & Sigillā intermedium. † Attamen licet spurius esset, optimus dux fuit, & Ludouico Francorum regi dicti Caroli simplicis filio domino suo, postq̄ apud Peronam idem Carolus simplex per Hebertū Veromandorū comitē incarceratus fuerat, sed nō impunē & occisus, multū fuit: & adeo bene vixit, q̄ vitā monasticam in Gemetico cōnobio ab eo instaurato, si per aliquos retractus non fuisset, profiteri ante cōiugium stauerat. Nam inter arcana eius eo defuncto inuentę fuerunt religiosę vestes, quę argumento fuerunt conuictę à se aliās vitę regularis, teste Gaguino allega. lib. c. iij. cū quo plures alij cōcordant. Quorū aliqui ob cōscientiā, q̄ legitimus nō esset, hoc fecisse aiunt, & si per obitum dictę Sigillę absq̄ liberis defunctę, & per Rollonem perditę, ducatus ille ad regem non fuisset reuersus prout fuit, cum limitat dispositio ducatum, ad liberos tantū deferens limitatum pariat effectū. Et nō steterūt liberi ad quos deferretur, quod culpa Rollonis contigit, dico q̄ successu tēporis Rollone defuncto Gulielmus iam dictus eius filius producere Normanię, Aquitanię, necnon comite Piccānię, Andegavię, Cenomanię, Turonensis, Ebroicarum, & aliarum plurimum terrarum regni Francię gerens: & in quo Gulielmo Angli quo ad prædictas dominationes suam faciunt stipitem. † Per conquestam rex Anglię effectus, quatuor habuit liberos, scilicet Robertū primū genitū, qui Normanię ducatum tenuit. Secundus fuit Gulielmus, dictus le Roux in regno Anglię succedēs. Tertius nomine Rogerius qui filiam Britannię vnica haredē desponsauit. Quartus fuit Henricus studio parisiens. (vt ecclesiasticus fieret) deputatus. Ob quod fuit Henricus beau clericus

nominatus: & præterea vnica habuit præfatus Gulielmus filia nomine Adellā, quę nupti tradita fuit Theobaldo comiti Carnotēsi & Blesensi: cui alterū Theobaldum, qui Capaniā comes extitit, enixa fuit. Præfatus Robertus, qui secundū aliquos fuit vocatus Richardus dicti quondam Gulielmi primogenitus, postq̄ dictus Guliel. pater eius dolo Arnulphi Flandrię comitis nequissimi sub specie charitatis in insula quadā Sōmę fluminis nō procul à Pinquiniaco sita occisus fuisset, Normanię dux effectus, mare trās fretauit p̄ Christo contra infideles pugnaturus, Gulielmus verō dicti quondam primi Gulielmi filius secundū genit⁹ Anglorū rex absq̄ liberis decessit. Et pariter Rogerius tertio genitus. † Quibus defunctis Henricus beau clericus postremū genitus Anglię regnū occupauit: & contra Robertum eius fratrem primū genitum Normanię ducem, cui potius per mortē dicti secundi Gulielmi fratris sui sine liberis defuncti Anglię regnū pertinebat, à Turcis in patriā reuersum guerram habuit. Qua tractatu amicorum pacificata se in Normaniā cōtulit, & suo fratre Roberto ac vnico illius filio cū Flādriz comite eius auunculo, cui à patre in custodia tradit⁹ fuerat cōmorante interfecit ducatum Normanię etiam occupauit Henricus prædictus, quem Gaguinus li. vj. c. j. Gulielmum appellat, vel intelligit, q̄ Gulielmus primi secundū genitus antedictus dictum Robertum ducatum Normanię spoliavit. Tamē non refert quo ad effectum confiscationis, Philippo primo illius nominis Francorum rege tunc regnante, qui Biturigum comitatum, nunc tamē ducatum ab Harpino comite titulo emptionis acquisierat. & regno vnuerat Ludouicus eius filius p̄pter corporis molem dict⁹ le gros, regni administrationem curiosissimē gerens, aduersus Gulielmum vel Henricum prædictū nouū Anglię regem qui Normaniam dicto Roberto fratri abstulerat, præliis aliquot feliciter gestis, grandi semper animo se gessit, ita vt desperata victoria Anglus retrō ad suos le conuerterit: vbi dum venationi indulget, sagitta incerto auctore traiectus interit. hac ille, in dicto c. j. ducatu Aquitanię apud Ludouicum remanente confiscato. † Et sic tribus medijs fuit dictus Normanię ducatus coronę Francię vnitus & consolidatus. Primō propter feloniam & fratricidium in persona dicti Roberti fratris sui primū geniti, & cōsequenter domini sui, ac in persona nepotis commissum. Secundū quia dictum fratrem suū illiusq̄ filium quibus in defectu prolis erat successurus, interfecit: & nunc indignus successione: quā nec eorū si fuissent ab alio interfecti, vindicare debuisset, vt infra dicet, & tetigi supra dicto iij. artic. conclusio. iij. vers. iij. fallit, & c. Et dicā super verbo, *Condit. ij.* Tertio fuit dicto ducatu priuatus, q̄ dictum fratrem suum Normanię ducē, & sic Francię partem occidit, in contemptum regis domini feudi. Sed quacunq̄ priuatione seu confiscatione intercedente, dictus Henricus qui fuit huius nominis primus rex Anglię, impotentia Francorū regis obstante & illius debilitate remansit dux Normanię: & si prædictis medijs nō fuisset ducatus Normanię cōfiscatus prout fuit, † dico q̄ demum præfatus Henricus primus dict⁹ beau clericus, moriendo vnica filiā nomine Mahentā haredem reliquit, quę Henrico iij. imperatori cōiugata fuit. † Quo ab hac luce sine liberis subtracto, fuit in secundis nuptiis maritata cum Gaudredo dict⁹ martel Foulqueti filio: cui Foulqueto Francorū rex comitatum Andegauensem, Cenomanię, & Turonensem, simpliciter quo ad regimen, & non aliter commiserat. Qui Gaudredus tempore suo trans mare nauigauit, vltimūsq̄ rex Ierosolymitanus fuit, & pro dictorum comitatum vero princeps, licet eos Foulquetus pater à rege in custodia & simplici regimine habuisset, possessionem illorum interuertēdo, se gessit. † Ex qua Mahenta eius vxore vnica suscepit filium, videlicet Henricum huius nominis secundum, qui ad causam, & ex persona matris suę Mahentę rex Anglię & dux Normanię, & ex persona Gaudredi patris sui, fuit comes Andegauen. Cenomanię & Turonem. De quibus Gaudredo & Henrico eius filio meminit Gaguinus dicto libro sexto, tertio cap. prope fi. † Ex matrimonio autem præfata Adellę dicti primi Gulielmi quōdam Anglię regis, Normanięq̄ ducis filię, atque primi Henrici dict⁹ beau clericus fororis, cum dicto Tibaldo Carnotēsi comite & Blesensi cōtracto, descendit, vt dixi, comes Tibaldus de Campania, qui secundum aliquos vocatus fuit Stephanus, qui ex post regnum Anglię inuasi, vt videbitis. Ex cuius postea cōtracto matrimonio genita fuit Alienora eius vnica filia & hares futura, quę du. issa fuit Aquitanię & comitissā Piccānię, fortē ex persona dictę Adellę eius auiz paternę dicti primi Gulielmi filię, qui dicta feuda tenuerat: vel alio non refert quo titulo. † Quę Alienora dicti comitis Tibaldi vel Stephani filia, fuit Ludouico dicti Ludouici viri Christianissimi, dict⁹ le gros, Francorum regis filio, quem aliqui, quia viuo patre coronatus fuerat, iuniorē vocant, & alij pium appellat, nupti tradita domino suo. A quo dictus comitatus & ducatus sub homagio & fidelitatis iuramento tenebantur in feudum. Quotamen tempore ducatus Aquitanię, vt supra dixi, & ante, nisi tres nō cōtinebat senescalas, scilicet Burdegalensem, Lauarum, & Basatensem. Et secundum Gaguinum libro vj. c. ij. dicta Alienora filia Gulielmi p̄ij Aquitanię ducis fuit. Sed non refert, quia cuiusfque esset filia, mortuo patre remansit Aquitanię ducissa, & dicto Ludouico iuniori nupta. Ex quo matrimonio inter dictos Ludouicū & Alinorā cōtracto secundū aliquos genitus fuit Philippus huius nominis secundus, postea rex Francię factus, dict⁹ le cōquerant, aliās le courageux, quibus quo ad hoc non assentit Gaguinus, q̄ ex Alienora fuerit natus Philippus, vt infra dicitur. † Quo constante matrimonio Ludouicus præfatus, quem dicta Alienora sequuta fuit, cōtra infideles transfretauit: vbi grauissima contra suū maritum commisit delicta: & præsertim machinata contra ipsum ad vitę interitum, quem dimittere voluit, & Soldano Babylonię nubere contra legem Dei & honorem sui matrimonij: ita q̄ fuit actua liter fugiens, & nauem intrare volens deprehensa. Pariter comes Theobaldus dict⁹ Alienorę genitor manu potenti post mortem dicti primi Henrici dict⁹ le beau clericus, eius auunculi, regnum Anglię, ducatum Normanię, necnon cætera dominia quę dictus Gulielmus primus tenuerat in Francia, occupauit, & in ea se intrusit contra dictum Henricum secundū. Vnde dictus Ludouicus Francorum rex de terra infidelium reuersus, egrē hoc ferens, & cōsiderans regnum Anglię cū aliis supradictis dominiis potius masculinæ proli ex dicta Mahenta regis Anglię filia genitæ: & sic Henrico existenti in recta linea Henrici primi dict⁹ le beau clericus existenti, legitimē deberi, quā dicto comiti Tibaldo seu Stephano dictę Adellę filio in trāsuerfa linea posito: præsertim quia in regno Anglię est notoria consuetudo propter existentiam masculorum filias excludens, pluribusq̄ aliis causis

cum mouentibus, succursum dicto Henrico secundo præbuit: eūmq̄ regem coronari, & ducatu Normanię potiri & gaudere fecit. In quorum recompensam beneficiorū Henricus ille secundus & Mahentā mater eius comitatum Ebroicarum & Vexiniū seu patriam de Veulguefin cū certis aliis circūadiacētibus terris dicto regi Ludouico dederunt. Et honesto colore quæsito, videlicet q̄ parentes erant, dictam Alienoram Ludouicus repudiavit, sententiā diuortij per Eugenium pōtifficem maximum inter eos promulgata. † Ex quo facinore, feuda quę Alienora à rege tenebat, qualia ducatus Aquitanię, & comitatus Piccānię erant: fuerunt ipso facto regi confiscata, cū in tali crimine maiestatis læsæ fiat cōfiscatio ipso iure. † Et quia Ludouicus prælibatus de illa seu eius persona aliter nō se vindicauit, fuit pius ex post nominatus. De eisdem Ludouico pio & Alienora cōiugibus narrat folium Gaguinus libr. vj. cap. iij. iuncto cum fine principio. Eo tunc Ioānem de temporibus annos tricētum sexaginta & vnum vitā functum decessisse, Ludouicū cūque suppetias rei christianę laturum (crucis insigni assumpto) promississe: quem secuta Alienora vxor cōcomitata est. † Regresso in Galliam Ludouico Henricus qui regnum Anglię postea adeptus est, regem orat, vt suppetias illi ferat aduersus Stephanum Anglum qui Normaniam iniuste occupabat. Comparato igitur exercitū rex in Stephanum copias ducens, non disti illi negotio Normaniā recuperat. qua Henrico restituta, Henricus Vexiniū regi dat. Eadē ferē tēpore Alienorā petulantē quidem feminā rex dimisit plerisque asseuerantibus cognationis gradu Ludouico attinere. † Quam à Ludouico dimissam Henricus scilicet secundus antedictus vxorem desponsat. Quę res initium fuit multis postea bellis: nā ob eas nuptias etiam Andegavia, Cenomania, & Turonem, comitatus quę Alienorę ex paterna successione contigerant, Henrico aduenere. Quos principatus vnā cū Anglię regno suscepit, potens aduersus Francos effectus. At rex scilicet Ludouicus ne sine liberis masculis vita defungeretur, Constantiam Alphonfi Castellę regis filiam ducit: quę dum secundo partu filiā alteram edit, moritur. Huic superinduxit Alizam Theobaldi Blesensis filiā, forma pudicitiaq̄ laudatissimā. Postea subiungens idem Gaguinus c. quarto. in principio. Tam egegit gestis de hominibusque commedatissimus cū esset Ludouicus, liberis tamen infœcundus, præcipua illi cura erat suscipiendę prolis. † Eam ob rem hanc vnā sollicitudinē tantū Deo committebat. Ergo exauditus Philippum huius nominis secundum, qui Philippus audax nominatus est, ex Aliza suscepit, cui, propterea quod Dei munere datus esse crederetur, à Deo datus cognominatus est: verū priusquā nasceretur, quiescētī patri hoc in somnium apparuit. † Videre visus est filium calicem manu tenere humani cruoris plenum: eūmq̄ suis proceribus propinare, ex quo ipsi biberent imperterriti. Quod visum pater vni tantū Henrico Albano, qui legationem apostolicam apud Francos per id tempus gerebat, retexit. Sed defuncto Ludouico, legatus rem præpalat. hac ille. De quo Philippo & eius virtutibus dixi in verbo, *Das habens filias*. laudes sicuti regis tractando. Et si modo supradictō cōfiscata ob delictum Alienorę non fuissent dominia prædicta, prout fuerunt, reperi vt vidistis, quod diuortium inter Ludouicum pium & Alienoram celebrato, dictus Henricus secundus Anglorum rex, & Normanię dux, vt dixi, dictam Alienoram duxit in vxorem eius con-

74 cum mouentibus, succursum dicto Henrico secundo præbuit: eūmq̄ regem coronari, & ducatu Normanię potiri & gaudere fecit. In quorum recompensam beneficiorū Henricus ille secundus & Mahentā mater eius comitatum Ebroicarum & Vexiniū seu patriam de Veulguefin cū certis aliis circūadiacētibus terris dicto regi Ludouico dederunt. Et honesto colore quæsito, videlicet q̄ parentes erant, dictam Alienoram Ludouicus repudiavit, sententiā diuortij per Eugenium pōtifficem maximum inter eos promulgata. † Ex quo facinore, feuda quę Alienora à rege tenebat, qualia ducatus Aquitanię, & comitatus Piccānię erant: fuerunt ipso facto regi confiscata, cū in tali crimine maiestatis læsæ fiat cōfiscatio ipso iure. † Et quia Ludouicus prælibatus de illa seu eius persona aliter nō se vindicauit, fuit pius ex post nominatus. De eisdem Ludouico pio & Alienora cōiugibus narrat folium Gaguinus libr. vj. cap. iij. iuncto cum fine principio. Eo tunc Ioānem de temporibus annos tricētum sexaginta & vnum vitā functum decessisse, Ludouicū cūque suppetias rei christianę laturum (crucis insigni assumpto) promississe: quem secuta Alienora vxor cōcomitata est. † Regresso in Galliam Ludouico Henricus qui regnum Anglię postea adeptus est, regem orat, vt suppetias illi ferat aduersus Stephanum Anglum qui Normaniam iniuste occupabat. Comparato igitur exercitū rex in Stephanum copias ducens, non disti illi negotio Normaniā recuperat. qua Henrico restituta, Henricus Vexiniū regi dat. Eadē ferē tēpore Alienorā petulantē quidem feminā rex dimisit plerisque asseuerantibus cognationis gradu Ludouico attinere. † Quam à Ludouico dimissam Henricus scilicet secundus antedictus vxorem desponsat. Quę res initium fuit multis postea bellis: nā ob eas nuptias etiam Andegavia, Cenomania, & Turonem, comitatus quę Alienorę ex paterna successione contigerant, Henrico aduenere. Quos principatus vnā cū Anglię regno suscepit, potens aduersus Francos effectus. At rex scilicet Ludouicus ne sine liberis masculis vita defungeretur, Constantiam Alphonfi Castellę regis filiam ducit: quę dum secundo partu filiā alteram edit, moritur. Huic superinduxit Alizam Theobaldi Blesensis filiā, forma pudicitiaq̄ laudatissimā. Postea subiungens idem Gaguinus c. quarto. in principio. Tam egegit gestis de hominibusque commedatissimus cū esset Ludouicus, liberis tamen infœcundus, præcipua illi cura erat suscipiendę prolis. † Eam ob rem hanc vnā sollicitudinē tantū Deo committebat. Ergo exauditus Philippum huius nominis secundum, qui Philippus audax nominatus est, ex Aliza suscepit, cui, propterea quod Dei munere datus esse crederetur, à Deo datus cognominatus est: verū priusquā nasceretur, quiescētī patri hoc in somnium apparuit. † Videre visus est filium calicem manu tenere humani cruoris plenum: eūmq̄ suis proceribus propinare, ex quo ipsi biberent imperterriti. Quod visum pater vni tantū Henrico Albano, qui legationem apostolicam apud Francos per id tempus gerebat, retexit. Sed defuncto Ludouico, legatus rem præpalat. hac ille. De quo Philippo & eius virtutibus dixi in verbo, *Das habens filias*. laudes sicuti regis tractando. Et si modo supradictō cōfiscata ob delictum Alienorę non fuissent dominia prædicta, prout fuerunt, reperi vt vidistis, quod diuortium inter Ludouicum pium & Alienoram celebrato, dictus Henricus secundus Anglorum rex, & Normanię dux, vt dixi, dictam Alienoram duxit in vxorem eius con-

fanguit-

languineam : cum qua ducatum Aquitaniae ac comitatum Pictaviae, licet confiscati essent, potenter retinuit. Pro quibus & certis supradictis terris, ex post dicto Philippo secundo, le Courageux nominato, & sic Augusto, aliter dicti le conquérant, Ludouici Pij filio, ac Ludouici le gros nepoti, viuentis adhuc patre coronato, in eadē coronatione assistit, p debito subiectionis obsequens. De quo Gaguinus allegato cap. 81. iij. in princip. Anno, inquit superiore, quam Ludouicus mortem obiret, curat Philippum regni consortem assumere. Quare Rhemis perductum magna pompa adolescentē sacrare iubet, annum decimumquartum agentem. Cui dum coronatur, Gulielmus nouelli regis auunculus Rhemorū primas & sanctae Sabinæ cardinalis Romanus legatus assistit. Henricus item Angliæ rex, ob eas quas à rege in Francia terras possidebat obsequens, p debito subiectionis Philippo assistit. hæc ille. † Ex dicta Alienora Henricus ille secundus Angliæ rex quatuor suscepit liberos masculos, & vnā filiam nomine Alienoram, & secundum alios Margaretam, quæ Alphonso regi Hispaniæ nupsit : ex quo filiam nomine Blancham concepit & genuit, quam postea Ludouicus dicti debonnaire, filius dicti Philippi le Conquerant, duxit in vxorem, ex qua natus fuit beatus rex Ludouicus. Quatuor autem filiorum Henrici secundi & Alienoræ cōiugum, Primus fuit Henricus, qui patre viuentis fuit rex Angliæ coronatus : & de illius consensu occidit fecit sanctissimum præfulem beatum Thomam Cantuarien. honorem Dei & ecclesiæ suæ defendentem, de quo in cap. sicut dignum, de homicidio. Qui quidē Henricus homicida patri suo prædecessit : nec fuit in numero regum Angliæ connumeratus, & merito. 83. † Post cuius obitum dictus Henricus pater eius post multas & execrabiles felonias & rebelliones in dictum Philippum Franciæ regem (postergatis quibuscunque sibi à Ludouico pio Philippi patre beneficiis tam in coronatione, quam Normaniæ recuperatione impensis) commissas fugatus, apud Chinonem recipitur & moritur : teste Gaguino vbi supra allegato, quarto capitulo. Interim, inquit, circiter xv. Calendas 87 Iulias Henricus Anglus apud Chinonem defunctus est. Quo persecutore, diuus Thomas Cantuariensis dum vesperarū officio interesset, quatuor satellitum ministerio quinque vulneribus est trucidatus : quem beatorum martyrum collegio relatum ecclesia veneratur. Huius Henrici sepulchrū apud Frontemualle 84 visit. † Patri Richardus successit, atq; paulo post pacem cum Philippo iacta, rex Philippus quæcunq; Henrico abstulisset, Richardo sponte sua restituit. Receptis à Richardo tribus castellis, ipsiq; liberalitate in Philippum vsus, Cresfacum, Estaudunum & Dolonnam donat, quæ Philippo perpetua essent, anno salutis centesimo lxxxix. supra mille. hæc ibi. Secundus ergo dicti Henrici filius fuit Richardus antedictus, dicti cœur de Lyon, qui Henrico secundo patri suo, vt videtis, successit in Angliæ regno. Qui pariter oblitus beneficiorum per Ludouicū Pium Henrico patri suo in coronatione, & Normaniæ recuperatione, nec non per Philippum hunc dicti le conquérant, in ducatum Normaniæ, Aquitaniæ, ac comitatum Pictaviæ, Andegaviæ, Turonensis, & Cenomaniæ, per patrem confiscatorū, ei facta restitutione, impensorum, contra eundem Philippum Augustum dicti le conquérant, regem & supremum eius, ratione dictarum & cæterarum terrarum quæ in Francia tenebat, dominum : † Post insignem perfidiam apud Turcas Chri-

stularum hostes, in Aconensi Palestinæ regionis præsertim obsidione ostensam, postea in Franciam reuersum bellum mouit feloniam committendo, ac infidelem rebellionem, quæ aliam peperit omnium quæ in Francia tenebat, confiscationem. Tandē cum tantis animis, inquit Gaguinus, reges digladiantur, Innocentius tertius, qui Celestino tertio in sedē Romanā successerat, studiosus pacis, Petrum Capuanū cardinalem ad reges mittit, qui de pace quidē desperans, quinque vix annorum inducias impetrauit, nec Richardū adducere potuit, vt obsides daret atque reciperet : ipse autē ferocis ac indomitus hostis non longo post interiecto tempore dum in Lemouicibus arcem Lemouicā obsideret, emissa ex arce sagitta ictus eo vulnere sine liberis interit : cui successit dicti Henrici tertio genitus. Tertius ille Henrici filius fuit Geofredus, qui comitissam Britaniæ desponsauit in vxorē : ex qua Arturū filium & Alienoram filiam suscepit, ad quos, saltem ad Arturum filium mortuo patre, tota Henrici aui sui prædicti successio deuoluta fuit. † Quartus dicti secundi Henrici filius fuit Ioannes dicti sans terre, id est, Ioannes sine terra nominatus, qui dictis Arturo & Alienoræ, ex dicto Geofredo fratre suo defuncto nepotibus in tenera ætate cōstitutis, fuit tutor datus ac gubernator. Sed ambitione per motus, considerans potentiam & tam amplam excellentemq; dominationem, interitu nepotum sibi obtenturam, in necem eorum conspirauit, adeo quod Arturum prædictum de summitate castri præcipitari fecit deorsum in villam : in qua fracta ceruice, & mēbris dissolutis, protinus expirauit. Et Alienoram in carcere vsque ad mortem detinere fecit : atque successione totam, & vniuersā quæ Henricus pater eius & Alienora genitrix tenuerant, velut proximior retinuit & occupauit. Ita quod de simplici tutore & administratore factus dominus, pro rege Angliæ & duce Normaniæ, Aquitaniæ, & comite Pictaviæ, Andegaviæ, Cenomaniæ, & Turonensis secessit : & de omnibus & singulis tā paternis q̄ maternis bonis se de facto saisit, de Ioanne sine terra, omnium terrarum factus dominus. † Nec de his contentus, imō suspēbia elatus, grauissimas rebelliones, inobedientias, conspirationes, ac prodiciones : & consequenter crimen læsæ maiestatis contra Philippum Franciæ regem eius supremum dominum, à quo præfatos ducatus & comitatus tenebat in feudum, intrepidē commisit & perpetravit : ad causam quorum & quia sanguinem proprium nece dictorum nepotum, quibus si absque liberis naturaliter decessissent, erat successurus, fundendo ingratisimus fuerat, & sic eorum successione indignus fuit per pares Franciæ hoc casu iudices competentes, cap. cæterū. vbi clarē Pan. & omnes de iudic. citatus psonaliter comparitatus in villa de Stampis, data ei regia securitate : & deinde Carnoti, in quibus locis in propria persona cōparuit : & in suis iustificationibus fuit plenē auditus. Sed die altera ad comparandum in Vindonico assignata, cōparere noluit. † Et (quod peius erat,) mala malis accumulando, contra regē se possetenus fortificauit : cuius considerata proterui contumacia, & temeritatis audacia, ac cordis obdurate, nec non noua rebellionē, fuit propter sua demerita contra eum confiscatio omnium, quæ in Francia tenebat bonorum, per dictos pares erga Philippū regem consultissimē declarata : ita quod saltem per dictam confiscationē rex fuit dux Normaniæ, Aquitaniæ : comes Pictaviæ, Andegaviæ, Cenomaniæ, Carnotensis, Blésensis Camp

Campaniæ, & Turonē. In quibus sic confiscatis Ioannes antedictus hæredē nō habuit alium quā regem, à quo omnia dependebāt, tanquam in regno sita. De isto Ioanne ad propositū chronica Angliæ sic dicit, Iste Ioannes propter feloniam cōmissam in personas Arturi nepotis sui, quem proditoriē occidit fecit, & Alienoræ nepotis suæ : rex Francorū abstulit ei omnes terras, omniaq; dominia quæ & quas in regno Franciæ possidebat. hæc ibi. † Quo autem ad regnum Angliæ successit ei Hæricus huius noīs tertius, filius suus tertio genitus, tempore mortis paternæ solus superstes. Pariter huic regi Philippo le conquérant, aliās le courageux, successit Ludouicus dicti debonnaire eius filius : qui Blanchā regis Hispaniæ filiam, ex Alienora seu Margarita dicti Henrici secundi Angliæ quondā regis filia, & dicti Ioannis sorore, vt supra vidistis, suscepit, duxit vxorē : ex qua beatus suscepit Ludouicū Franciæ regē post eum, ad quē hæc omnia sic confiscata perueniunt. † Ob quod contra dictā cōfiscationem quod ad ducatum Aquitaniæ dicunt Angli, & allegant eum pacis tractatū ex post factum & passatum inter dictū beatum Ludouicum Franciæ regem, & dictum Henricum tertium præfati Ioannis filium, tunc Angliæ regē : cuius tractatus tenore beatus Ludouicus præfatus Henrico tertio, ducatum Aquitaniæ dedit, vt succedēt in discursu lectiois supra dixi, articulo primo, in secunda decisione, loquendo de 91 alodiis in ecclesiā transfereendis. † Sed vt tractatus ille clare non obstat, scire debetis, q̄ beatus Ludouicus cupiens & affectus contra infideles transfretare, cōsequē debellare, & considerans, q̄ securē hoc facere non poterat, nisi pacem in regno suo haberet : præsertim cū Angliis regnum Franciæ persequentibus & deuastantibus, cū dicto Henrico tertio de consensu Emundi & Edouardi filiorū dicti Henrici, ac trium statuum regni Angliæ, appunctauit in modum qui sequitur, videlicet q̄ beatus Ludouicus libera voluntate titulo donationis dicto Hærico tertio Angliæ regi & successoribus ex legitimo matrimonio descendentibus, dictum ducatum Aquitaniæ prout tres solū continebat prouincias, scilicet Burdegalensem, Lauarum, & Basatensem dedit. Quam donationem acceptauit Henricus prædictus pro se & suis successoribus, ex hoc clarē cōsentendo, dictū ducatum eidem Ludouico tunc competere, & pertinere medio 92 dictarum confiscationum. † Adiditque Ludouicus dicto ducatu patriam Xantonē. circa flumen Charante, necnō comitatus Petragoricē. Agenensem, Caturcē. Aruerniæ, & Lemouicensem, cū eorū pertinentiis & dependentiis quibuscunq;. Quæ feuda nunquam per antea de dicto ducatu fuerant, imō suos semper habuerant comites alios, quam duces Aquitaniæ, & eo tūc regi pertinebant. † Quam donationem fecit & vnionē Ludouicus prædictus saluo sibi homagio ligio per reges Angliæ pro tempore existentes regibus Franciæ fiendo, tanquam veris seu directis & supremis dominis : & salua etiā superioritate, & vltimo resortio, prout cæteri duces & pares Franciæ ei subiiciuntur. Præterea idem beatus Ludouicus realiter tradidit & deliberauit Henrico iam dicto pagamentū seu solutionē quingentorum militum vt decet garnitorū, pro vno anno integro, ascendens ad summam vndecim mille scutorum tunc currentiū. Quos milites ipse Henricus tertius secum ducere debebat & promisit in succursum dicti beati Ludouici contra infideles. Et cū iis renuntiauit Henricus ille de cōsensu quorum supra, pro se & suis successoribus in com-

modum & fauorē Ludouici & suorum in posterum successorum, omni iuri per eum scilicet Henricum & suos prædecessores hæcenus prætenso, & quod tunc habere prætendebat, quanuis ius nullum haberet, vt videtis in ducatu Normaniæ & comitatibus Pictaviæ, Cenomaniæ, & Turonensi, & generaliter omnibus aliis terris, & dominationibus quas ipse Henricus & sui prædecessores potuerunt quocunq; medio aut iure habere in quacunque parte regni Franciæ : † Cuius apunctamenti medio, fuit dictus Henricus tertius effectus verus & indubitatus regis Franciæ vasallus, quod ad dictum Aquitaniæ ducatum : pro quo sic, vt dictum est, augmentato, fecit eidem Ludouico regi homagium, & fidelitatis præstitit iuramentum, vt dixi in dicta secunda decisione. De quo appunctamento per beatum Ludouicū sic passato, plures Domini & alij diuersorum statuum regni Franciæ, præsertim ducatus Aquitaniæ, fuerunt malē cōtenti, & super omnes vasalli comitatuū Petragoricē, huius Caturcensis & aliorum. Ad eō q̄ licet dictus rex Ludouicus fuerit, & sit per ecclesiā canonizatus confessor, sanctus, ipsum longo tēpore nō reputauerunt sanctum, nec diem eius festū colere voluerunt, dolentes cecidisse in manus Anglorum ; † qui promissā in dicto appunctamento minimē tenuerunt : nec Henricus ille tertius ad infideles cum dictis quingentis militibus vt promiserat trāsiret, nec eos ad beatum Ludouicum misit. Ob quod malē eidem Ludouico propter longiorem morā in terra illa successit. † Et finaliter vtriusque profluio apud Thunicium decessit. Quia vt refert libro vij. c. ij. Gaguinus. Interfluentibus paucis diebus propter pestilentes aquas, & aëris intemperiem, morbus exercitum inuasit, mortuique sunt in primis Ioannes Trifanus Niuernensis comes, & Romani pontificis legatus, & plebeij non pauci, & Ludouicus ipse vtriusque profluio laborans, postquā ad se vocatū Philippum filium salutari doctrina admonuit, sacris christianis multa religione ac pietate perceptis, cinericio strato decumbens, animā efflauit. 97 † De Ludouici obitu incertus mihi author hoc distichon edidit, quod non tam ob carminis venustatem, quam ad piissimi regis memoriā historiæ coniunxit : Anno millesimo bis centum septuagena, Thomis catholicis decessit rex Ludouicus : Mortui regis ossa carne nudata ad sanctum Dionysium elata sunt, & humo commendata. Dum autem à Parisiis funus effertur, fuere designatis locis ; staciones, vbi pyramides cū lapideis statuis & Christi cruce constructæ, quæ ad hanc vsq; diem persistunt. hæc ille. † Mortuo etiā Hærico tertio Angliæ regē, Edouardus huius nominis primus, ipsius Henrici secundus filius ei successit in regno & ducatu Aquitaniæ. Pro quo ducatu homagium fecit ligiū, & iuramentum fidelitatis præstitit dicto regi Philippo beati Ludouici filio : cuius Philippi ex secunda vxore filiam desponsauerat nomine Margaritā comitatu de Pontinacio in dotem recepto. † Tamen respōdere dictus Edouardus nunquam voluit in parlamento regio : imō quod est deterius, multas fecit contra dictū Philippum beati Ludouici filium rebelliones. Propter quas maior pars dictorū ducatus Aquitaniæ & comitatus de Pontinacio saylita fuit sub manu regia, sub qua permansit quandiu dictus Philippus vixit. Sic Philippus ex Isabella regis Aragonum filia, tres liberos suscepit, Ludouicum, qui mortuus est infans : Philippum, qui pulcher appellatus est, & Carolum Valensensem comitem de Valensio. Ex altera, cui Ma-

ita nomen fuit, Barbatini ducis filia, proceffit Ludouicus Ebroicensis comes, & dicta Margarita, quæ dicto Edouardo regi Anglo nupsit: & Blancha quam Austriæ dux Auberti Alemanorum regis filius duxit uxorem: prout videri potest per Gaguinū alleg. 100 ij. in c. fi. Et tandem obiit dictus Philippus in villa Parnigniaci de Aragonia rediens atque ad Tholofatē se conferre constituens: cuius execta præcordia Narbonæ sepulta sunt in sancta metropoli ecclesia. Ossa verò ad Dionysianum cœnobium clata. Post cuius Philippi mortē factum fuit appunctamentum inter Philippum pulchrum eius filium regem effectum 101 & dictū Edouardum primum Angliæ regem. Pro quo firmiter tenendo, idem Philippus pulcher filiam suā secundā nomine Isabellā tradidit Edouardo huius nominis secundo, dicti de cauercion, dicti primi Edouardi filio, in vxorē. Ex qua suscepit Edouardū tertium eius filium: eidemque Philippo, Edouardus pro ducatu Aquitaniæ, & dicto comitatu Pontiniaci homagium præstitit, & fidelitatis iuramentum. 102 Quò non obstante, rebellat, & Normaniā inuasit. de quo Gaguinus alleg. lib. vij. c. ij. in principio sic dicit: patris regnum Philippus pulcher anno gratiæ salutis ducentesimo octogesimo sexto supra mille suscepit. Ad quem Edouardus Anglus veniens Aquitaniā sub Philippi ditione atque potestate se possidere cognouit, prælitio iureiurando in fide, erga regē perpetuo manendi. Quam tamen minimè obseruauit: nam magnis copiis. Normaniā repente inuasit, regiæ clafsis occisis præfectis, & aliis plurimis, qui Normaniā Philippi nomine moderabantur. Quam rem postquā rex cognouit, ad Edouardū & Normaniæ præfectos mittit, mandans eos qui huius rebellionis auctores extitissent, cōprehensos Petragoricū ducant, digna pro scelere pœna afflicendos. Sed contumax Anglus dicto audiēs non fuit: ea propter per Arnulphū de Vella cōnestabilem, Aquitaniā Philippus sibi vendicat. Et nihilominus Edouardo diem dicit ad iudicium suum veniendo. At Anglus debita Philippo fidei conscius, vt aliquam conceptæ à se fraudis viam aperiret, per nuntios Philippo significat se Aquitaniā & quicquid in Francia terræ sub imperiis eius tenuisset, remittere, eique perpetuū cadere. Hæc enim Edouardus dicēs, spe magna ducebatur, armis possessionem repetendi, quas iure belli atq; gentium fortē postea cōparatas, non aliena ditione astrictus 104 retineret. subiungens idem author in fine, Philippum morbus inuasit, mortuusque est apud fontē Bleaudi, q. vicas in Vastinio est, postquā annos octo & viginti regnasset. Priusquā tamen mortem obiret, filios tres, quos superstitēs sibi reliquerat, ad se vocans, ad maiore natu conuersus, Ludouice, inquit, regnati haecenas plurimis vectigalibus & tributis meum populum vexans, nec mihi satis curæ fuit monetam 107 Vnde videntes Angli dicta feuda esse perditā, cōfuluerunt qd dictus Edouardus de cauercion cederet dicto Edouardo tertio, dicti de Vuandefore, eius filio primò genito, ex dicta Isabella suscepto, & transportaret dictos ducatum Aquitaniæ & comitatum de Pontiniaco, qui homagiū pro eis offerret dicto Carolo pulchro eius auunculo tunc regnanti: & ita factum extitit. Et in Franciā ad dictum Carolum pulchrum regem eius auunculum Edouardus ille tertius se contulit, vbi eo tempore dicta Isabella mater sua propter aliquas discordias & partialitates in Angliā tunc vigentes venerat, & cum dicto Carolo eius fratre erat. Vel secundū alios cum Edouardo filio ad eam venit: cuius intuitu & contemplatione Carolus pulcher

Philippum longum Dictatorum comitem, Carolum pulchrum Marchiæ principē, filiam quam infantem mors abstulit: & alteram Isabellam quam Edouardo Anglorum regi matrimonio iunxit. hæc ille. Post quorū scilicet Philippi pulchri Franciæ, & Edouardi primi Angliæ regum mortem, dictus secundus Edouardus dicti de cauercion, rex Angliæ factus, dictæ Isabellæ maritus, homagiū facere & cætera deuocionis præstare, ad quæ ratione ducatus Aquitaniæ & comitatus de Pontinio regibus Francorū tenebatur, recusauit, scilicet Ludouico Hutino regis quondam Philippi pulchri primò genito regnati. Deinde post obitum Ludouici absque liberis masculis defuncti, Philippo longo, & etiā post eū sine liberis mortuum, Carolo pulchro dicti quondā Philippi pulchri filius in Francia successiue regnātibz. Ad causam cuius denegationis Carolus comes de Valesio frater dicti quondam Philippi pulchri & dictorū trium fratrum & regum patruus, missus fuit in Aquitaniā: & pariter Philippus Valesianus dicti Caroli comitis filius qui demum post dictos tres fratres fuit rex Franciæ factus, vt vidit in verbo, duas habens filias. Per quos Carolū & Philippum patrem & filium fuerunt dicti Aquitaniæ ducatus & comitatus de Pontinio iterum sisco additi, sub manu regia positi & laytiti: præsertim propter multas & grauissimas rebelliones per dictū Edouardum secundū, dicti de cauercion, dictorum regum fororium & suos officarios factas. 106 De quo Gaguinus libro viij. c. j. sic dicit, Igitur rex missus cum Angliis iudicibus in Aquitaniā Ioanne darblao, qui eius nomine satis de iniuriis factionem exciperet, postquam ad Aquitaniæ fines ventum est, & tu Ioannes (inquunt Angli) si capitatio parcis, in Franciam reuertere. Quo verbo Ioannes dolum intelligens, regi nuntiat iudicium perfidiam: qua cognita, rex non ignarus, quia per Anglorum contumaciam ad sibi editam diem rex Anglus non venisset, Aquitaniā ad siscum rediisset, Carolum Valesium cum exercitu, qui regionē vendicet, mittit. Is Agennum urbem petens, eam deditibus sese sponte ciuibus capit: infanti enim Aymero Anglo erāt, propter pecuniā quam ab eis supra paucos dies exigerat: & propter speciosissimā cuiusdā puellæ stuprū quam ille abduxisset. Profectus deinde Roiam Carolus vbi Aymerus se receperat, certis conditionibus propofitis, Aymerus relictis apud Carolum Valesium obfidibus viris proceribus, in Angliam ad regem ire permittitur, qui regis sententiam de legibus pacis exquirat. At cum non reuenteretur Aymerus, Riola Carolo deditur, & Mompelacis diruitur: restituiturque propugnaculum quod hostis deiecerat. Riola recepta, reliqua Aquitaniā præter Burdegala, Baionam, & Sanctum Seuerinum, Carolo obtemperat. Hæc ille, 107 Vnde videntes Angli dicta feuda esse perditā, cōfuluerunt qd dictus Edouardus de cauercion cederet dicto Edouardo tertio, dicti de Vuandefore, eius filio primò genito, ex dicta Isabella suscepto, & transportaret dictos ducatum Aquitaniæ & comitatum de Pontiniaco, qui homagiū pro eis offerret dicto Carolo pulchro eius auunculo tunc regnanti: & ita factum extitit. Et in Franciā ad dictum Carolum pulchrum regem eius auunculum Edouardus ille tertius se contulit, vbi eo tempore dicta Isabella mater sua propter aliquas discordias & partialitates in Angliā tunc vigentes venerat, & cum dicto Carolo eius fratre erat. Vel secundū alios cum Edouardo filio ad eam venit: cuius intuitu & contemplatione Carolus pulcher

pulcher rex Edouardo prædicto eius nepoti omnia prædicta restituit, eiq; homagium & fidelitatis iuramentū pro dictis ducatu & comitatu in forma conueta suscepit, & cū rege stetit anno integro & vltra: & demum in Angliā rediit cū matre sua. De quo Gaguinus allegato cap. j. Non intercedentibus, inquit, post hæc multis diebus regina Angliæ Isabella Caroli regis soror in Franciam veniens, inducias à fratre obtinet, spe (vt ipsa dicebat) componendæ firmioris pacis: atque interim ad virum suum regē mittit. Qui pollicitus post paucos dies Bellouacum conuenire, ibique Franco regi debitū ob Aquitaniæ principatum fidem præstare, per nuntios filio Edouardo, qui cū regina venerat, omnem Aquitaniam attribuit. Quæ ex patris dono recepta, Edouardus in verba regis Franci iurat: & vt est in verbo gallico, homagiū exhibet. At regina Edouardi mater, cū aliquot dies in Francia mansisset, timens ne viro suspecta haberetur, in Angliā reuerti instituit, & recessit circa annum Christianæ salutis millesimum tricentesimum vigesimum sextum. Hæc ille. Nec longè post Carolus pulcher sine liberis decessit, ex quo illa grandis exortio fuit quæstio, cui regnum Franciæ deberetur, vel dicto Philippo Valesiano filio supradicti Caroli comitis de Valesio prædefuncti: & dicti Caroli pulchri ultimi regis consobrino germano ex linea masculina descendenti, aut dicto Edouardo tertio, dicti de Vuandefore, ex dicta Isabella eiusdem Caroli fore nepoti, & sic ex linea feminea descendenti. Tamē per patres regni iudicatum fuit in fauorē Philippi Valesiani: cui Edouardus ipse cōsensit, & ei homagiū ligiū pro dictis ducatu Aquitaniæ & comitatu de Pontiniaco, apud Ambianos, id est locum Damyens, præstitit ipsamque in regem eiusq; supremum dominū recognouit, vt plenius dixi in dicto verbo, *duas habens filias*. Quæ omnia fuere per Angliæ proceres confirmata. 109 Sed his non obstantibus sine causa & occasione rationabili dictus Edouardus tertius cōtra iuramentum suum veniendo, & fidē promissam violādo, guerram mouit asperrimā cōtra dictum Philippū Valesianum Franciæ regē, eiusq; dominum supremum, conatusq; suos fecit ei coronā auferre & totum regnum. Ad hos fines subditos regni commouendo & mutinādo contra regē, iterum quicquid in Francia habebat: præsertim ducatum Aquitaniæ & comitatum prædictum de Pontinio confiscando: cū clarius nō sit aliud in uallo cōsolationis medium, quā machinari in necē & exheredationē sui imperatoris & supremi domini. Ex quo resultat, & necessariò sequitur dictas terras pertinuisse: & pertinere regi Fraciæ, non obstante pacis tractatu per beatum Ludouicum facto, nec donatione per Philippum eius filium in dotem facta de comitatu de Pontiniaco, Margaretæ filiæ suæ cum Edouardo primo Angliæ rege desponsatæ: aut restitutione eorundē ducatus & comitatus per Carolum pulchrū Edouardo tertio eius nepoti facta: ceteraque inde secuta fuisse & esse coopta & extincta medio dictarum multiplicatarum confiscationū postea secutarum. Sed iterū allegant Angli, & in medium deducunt alium pacis tractatum inter eos & Ioannē Fraciæ regem tunc in Angliā detentum, necnon Carolum quintum eius filium tunc Normaniæ ducem, regnum Franciæ in absentia patris regētem, passatum in loco de Britignico, quem vobis supra recitavi in primo articulo de decisio. ij. loquendo de alodiis in ecclesiam transferendis. Qui quidem præfatus tractatus auferbat regi Franciæ superioritatem Aquitaniæ, quam

beatus Ludouicus in suo tractatu sibi & suis successoribus reseruauerat & retinuerat: vnde non eos iuuare potest propter plurima preceptoria. Primò, quia Edouardus ille tertius, cū quo tractatus ille præfatus tur passatus principaliter in eo renuntiare coronæ Franciæ, & iuri in ea præfeso promiserat: sed nunquam renuntiare voluit, quāuis sæpe per regē Fraciæ seu ab eo deputatos potestatem sufficientē habentes, debitè fuit loco & tempore cōgruis interpellatus. Vnde quia rex Angliæ præfatus noluit ex parte sui renuntiare iuri quod in regno & corona Franciæ præfendebat, semper rex Franciæ, dux & superior in Aquitania remansit: cuius superioritati nunquam renuntiauit: cū nō teneretur pactum reciprocum dicto regi Angliæ adimplere, qui sui ex parte recusauit promissa satisficere. I. cū proponas. C. de pactis. facit l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. Fecerunt enim renuntiationes hincinde fiendæ mutæ & reciproca: & ex parte Anglorum stetit quominus completa fuerint. Et nunc fides eis seruari non debuit, vt d. l. cū proponas. nec ad cogendum regē Fraciæ actionē habuerunt, nec habēt, vt dicto §. offerri. Secundò, quia promiserat rex Angliæ Fraciā euacuare, & quamlibet eius partē cohortibus, turmis, & aciebus suorum armigerorū, quos in Franciā duxerat: quod nō fecit: imò regnum Franciæ vt prius deuastare per eosdem suos armigeros infideliter permisit, occisis post dictum tractatū viginti mille hominibus & vltra. Ex quibus & cæteris malis per Anglos perpetratis, & pro dictis Anglos à regno Franciæ aliter expellendo, fuit idē Franciæ regnū de summa sex millium auri & vltra damnificatum. Tertio, quia dicto nō obfate tractatu, & post illius passionem, Edouardus Galarum insula princeps, dicti Angliæ regis filius primogenitus pro tunc ducatum Aquitaniæ tenens, qui dicto tractatu interfecerat, & illi consenserat, bellum asperrimū mouit cōtra dictū Carolum quintum post obitū Ioannis patris sui, regem Franciæ factum. Qui de nouo quatenus seruare posset, & necesse foret cōmissum, & confiscationē incidisse declarauit, tã contra dictum Angliæ regem, quā principem Galarum. Et omnes terras ad manum suam posuit: quem subditi in suum superiorem & dñm recognouerunt, vt clarè de his omnibus & singulis constat per processus & legitima documenta, in thesauro chartarum regiarum Parisiis existentia. Quæ postea fuerunt Carolo quinto imperatori, cū Parisiis causa videndi dictum Carolū Fraciæ regē, cum rege Romanorum eius filio venisset, oculariter ostensa. Quibus visis & aliis debitè & publice de veritate rei gestæ informatus, gaudio non mediocri repletus, Carolo regi de iure suo sustinendo & conseruando consuluit, cūque iuare & succursum ei dare pollicitus, necnon regem Romanorum charissimum eius filium ibi assistentē, ad quencunq; statum perueniret, id idē facere, exhortatus est & præcepit: qui votis annuēdo paternis, syncero corde, ita facere promisit. De cuius imperatoris aduentu Gaguinus pulchra narrat, quæ ad aliud propositum dicēda reseruo infra super verbo, *si absq; liberis moueretur*. ij. in materia pupillaris substitutio- nis, & tertio requisito eiusdem. Postea idem Carolus certos authoritatis viros spectatissimos cum documentis ad Clementē septimū pontificē maximum, tunc Auinioni degentē, causa ipsam ac etiam cœtum cardinaliū informandi de veritate prout fecerunt, bis direxit potestate non carentes. Per quos beatissimus præful consistorialiter in præsentia Anglorum de DD ij veritate

veritate facti informatus, nil reprehensione dignum ex parte regis Franciæ comperit: sed quod per Anglos tota discordia processit, & iustissimam causam confidendi dictas terras regem habuisse liquido intellexit. Ex quo tempore tam ipse quam ceteri eius in sancta sede successores, præfatus Carolus quintum, sextum, septimum, & deinceps Francorum reges ex his procedentes, pro veris regibus & Aquitanie dueibus tenent & tenent. Quartum non obstat dictus tractatus, quia post omnia præmissa, scilicet post dictum tractatum de Bretigni, cum dictus Edouardus tertius quinque habuisset liberos, quorum primus fuit Edouardus princeps Galardi, qui genuit Richardum huius nominis, secundum, postea Edouardo patre & etiam Edouardo rege suo præmortuis Angliæ regem factum. Quo Richardo etiam sine liberis defuncto, Henricus quartus filius Ioannis de Gandavo sic nominatus: quia in villa Gandensi natus fuerat, filij tertio geniti dicti Edouardi tertij, & sic nepos eiusdem Edouardi, in regno Angliæ successit: ex quo Henrico genitus fuit Henricus quintus post eum rex Angliæ factus: qui genuit Henricum sextum. Unde mala malis accumulando, & ut verificaretur commune illud & vulgare dictum, Anglus est cui nunquam credere fas est: Dum tibi dicit aue, tanquam ab hoste caue: dicunt enim prærogatiuam habere, & usum non teneri ad promissa, quantumcumque iurata, quotiens vident suum euidenter consequi posse commodum: ideo dicti reges Angliæ successiue regnantes, præsertim Henricus quintus, & Henricus sextus tempore Caroli sexti & Caroli septimi Franciæ regum, de facto & vi armata ducatum Normaniæ, cui ducatus Henricus tertius dictorum regum Angliæ prædecessor in persona beati Ludouici mediante ducatu Aquitanie renuntiauerat, ut dixi. Et sic veniendo contra tractatum cum dicto Ludouico pactatum, ipse iterum Aquitaniam perdidit, præfatum Normaniæ ducatum inuadendo, necnon villam Parisiensem & maiorem regni partem occupando, & postea reges Franciæ antedictos veros & naturales dominos ac indubitatos hæredes Franciæ regno expellere satagendo. Ex quo duæ principales resultant felonie. Prima fuit perseverantia ac obduratio in malicia, semper suorum prædecessorum feloniam, crimina, & rebelliones continuando. Secunda est, quia Anglorum ambitio post dictum tractatum iniuste & contra veritatem fuit causa occisionis duorum millium personarum & ultra, ac destructionis & demolitionis infinitarum ecclesiarum, conuentuum, monasteriorum, ciuitatum, villarum, & castrorum, necnon destructionis ac prostitutionis infinitarum virginum, & aliarum honestarum mulierum: perditionis ac rapinae infinitorum bonorum mobilium etiam preciosorum, & quod dånabilius est, sacrorum & Deo dedicatarum: bonis immobilibus defertis, & in cremo longissimis temporum lustris in vastitate derelictis. Pro quorum damnorum restitutione seu reparatione regnum Anglorum totum non sufficeret. Quorum duorum damnorum quodlibet causam iustissimam regi dat, nedum se defendendi, sed etiam Anglos & eorum dominia inuadendi de facto & super eos capiendi: saltem usque ad concurrentem damnorum reparationem & satisfactionem, per text. Exo. iij. c. in fin. Vbi Deus filius Israel per Pharaonem & Aegyptios oppressis, a quibus via iuris reparatio & satisfactio haberi non poterat, mandauit bona Aegyptiorum rapere, & secum asportare, prout fecerunt: nec peccauerunt

secundum Lyram ibi. Et nihilominus est plusquam liquidum omnes terras, si quas Angli in Francia habuissent, fuisse & esse iterum regi confiscatas: ita quod de hac feloniam & rebellionem & ceteris supradictis similibus, non fuit necesse (cum essent publicæ & notoriæ) aliquam facere declarationem: imò ex eis fuit ipso iure siue facto hominis facta confiscatio. Quicquid dicatur in c. cum secundum leges. de heredi. lib. vj. quod locum non habet ubi factum fuit notorium, ut clarè post omnes decidit Fely. in c. Rodolphus. xxij. col. vers. sed declaratoria sententia & c. in prima limitatione. de rescriptis. Tamen duo requiruntur quæ hoc casu contigerunt. Primum quod pena inferatur ipso iure sine ministerio hominis, ut fit hic rebellando contra supremum principem, secundum Bart. super rubrica qui sint rebelles. x. colla. Secundum, quod factum ex quo illa pena de iure infertur sit publicum & notorium, ut ibi dicitur. De qua confiscatione seu confiscationibus potest rex Franciæ, qui olim est possessor, si per Anglos super his impetetur, se perpetuo defendere: quia quæ temporalia sunt ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum & se defendendum. l. pure. §. fina. ff. de exceptio. doli. Imò ad agendum contra tam potentem, cui tempus non cucurrit. l. j. c. de annali exceptio. Sed quod plus est experiri poterit semper remedio possessionis recuperandæ de iure vel via facti, pro occupatis per Anglos attenta ipsorum potentia. Nam regula volens vim vi repellere posse incontinenti, intelligitur nisi contra potentem: contra quem satis dicitur incontinenti, si post decemium aut alio tempore quo fieri congruè poterit, fiat, secundum Hugonem singulariter in c. ius naturale. j. dist. Præterea & vltimò non obstat ille pacis tractatus, quoniam etsi dictæ felonie & rebelliones non fuissent prout fuerunt, commissæ, & quod rex Anglorum ex parte sui omnia in dicto tractatu & transactione contenta cõpleuisset, prout non fecit, imò contra venit ut vidistis. Tamen ille tractatus quo ad superioritatis renuntiationem, de ducatu Aquitanie per regem Franciæ fiendam vel factam, velut tendens in decolorationem publici status regni Francorum non valuit, ut supra clarè demonstrauit, in dicto primo articulo, in fine secundæ decisionis. Postremò pro vltimo refugio quamuis debili, recursum habent ad quandam aliam finalem & vltimum tractatum, quem vocauit tractatum finalis pacis, inter Francos & Anglos firmatæ, in æternum duraturæ. Per quem Carolus sextus quondam Francorum rex domini nostri regis Caroli octauum nunc regnantis proauus (non obstante, quod filium haberet nomine Carolum, qui postea fuit rex Carolus septimus vocatus) tamen Henricum quintum Angliæ regem Catherinæ filie suæ maritum adoptauit sibi in filium, in regno Franciæ post obitum ipsius Caroli sexti successurum. Cuius tractatus medio præterunt Angli, ex morte dicti Caroli sexti, suum Angliæ regem, fuisse & esse regem Franciæ: & consequenter omnes supradictas confiscationes esse extinguitas imò confusas, & quod nedum ducatus Aquitanie eis pertinet, sed totum regnum. Ad quem tractatum notoriè nullum, iniquum, & abusuum Deo duce ad plenum respondebitur. super verbo, In eodem testamento relinquens. primò, in xvij. limitatione loquendo de primogenitura, ubi peremptoria videatis responsa.

Laus Iesu Christo domino nostro.

Guliel-

G V L I E L M I B E N E D I C T I  
I V R I S V T R I V S Q V E D O C T O R I S

eruditissimi Quæstio de Episcopatu, seu potius Tractatus, quo clarissimè qualiter & quando alteri possit Episcopatus conferri, Lectoribus demonstratur.

S V M M A E.

- 1 *Episcopatus viuientis quibus modis potest alteri conferri.* 43
- 2 *Episcopus an in tempore mortis sue alteri de episcopatu providere possit.* 44. & 45.
- 3 *Episcopo seni coadiutor dari potest.* 46
- 4 *Papa omnia potest que sunt iuris positivi.* 47
- 5 *Prouiso in tempore mortis an valeat.* 48
- 6 *Augustinus fuit factus episcopus Hipponensis viuente alio.* 49
- 7 *Viuientis episcopatus alteri non potest conferri in tempore mortis, etiam de omnium consensu.* 50
- 8 *Iuramentum contra bonos mores non obligat.* 51
- 9 *Papa nihil potest contra bonos mores.* 52
- 10 *Votum captandæ mortis inducens dispositio est omni iure reprobata.* 53
- 11 *Ecclesia semper vitatur iure cõi. nisi ubi spõaliter cauetur.* 54
- 12 *Beneficia non vacantia nec concedi nec promitti debent.* 55
- 13 *Papam de dignitatibus vacaturis providere posse quomodo intelligatur.* 56
- 14 *Episcopi duo in solidum in eadem prouincia esse nõ possunt.* 57
- 15 *Episcopus viuientis non potest alicui in tempore mortis conferri.* 58
- 16 *Episcopus tractare potest cum canonicis de suo successore, etiam cum nominando.* 59
- 17 *Pactum de hereditate viuientis valet de eius consensu.* 60
- 18 *Pactum de successione viuientis ut valeat duo requiruntur.* 61
- 19 *Episcopo viuenti alius subrogari nõ potest etiam per papam.* 62
- 20 *Electio successoribus auferri non potest.* 63
- 21 *Papa nisi ex magna causa providere non potest contra communes regulas.* 64
- 22 *Merita qualia esse debeant, ut quid contra ius toleretur.* 65
- 23 *Merita vel demerita vnius alteri nec prodesse nec obesse debent.* 66
- 24 *Episcopos duos in eadem diocesi esse posse, quomodo intelligatur.* 67
- 25 *Resignatio cum regressu fieri non potest.* 68
- 26 *Regressus est reservatio quadam iure reprobata.* 69
- 27 *Beneficia Romæ vacantia solus papa confert intra mensem.* 70
- 28 *Episcopatus prouiso ad capitulum non ad papam spectat, nisi in casibus.* 71
- 29 *Prohibitio concilij habet vim decreti irritantis.* 72
- 30 *Decretum irritans inficit titulum & possessionem.* 73
- 31 *Papa nec per mortem nec per renuntiationem potest de episcopatu electio providere, etiã de consensu episcopi.* 74
- 32 *Papa presentia supplet defectum cuiuscunque solemnitatũ.* 75
- 33 *Pensiones super beneficijs constituere solus est papa.* 76
- 34 *Nuptie nec carnales nec spirituales rescripto possunt impetrari.* 77
- 35 *Papa an de episcopatu vacante providere possit de consensu capituli.* 78
- 36 *Consensus partium nihil operatur contra decretum irritans.* 79
- 37 *Iuri traditione certa forma non possunt partes renuntiare.* 80
- 38 *Forma actus est de iure publico, cui non potest renuntiare.* 81
- 39 *Mulier si viuente viro alteri promittat, non poterit postea cum illo contrahere.* 82
- 40 *Matrimonia carnalia & spiritualia equiparantur, & non*
- 41 *Vocandi solum sunt quorum interest.*
- 42 *Superior vocari non debet ad electionem capituli.*
- 43 *Consentire quis potest, ut alius pro se refectur, & matrimonium contrahat.*
- 44 *Consentire potest capitulum, ut alij eligant, seu quod papa prouideat.*
- 45 *Capitulum remittere potest sedi apostolicæ totum negotium electionis.*
- 46 *Metropolitani consensus an requiratur, ubi capitulum deferri papa ius eligendi.*
- 47 *Electio dignitas sit collatina.*
- 48 *Capituli metropolitana sedis consensus non requiritur, ubi ecclesia episcopalis defert papa ius eligendi.*
- 49 *Capitulum non supplet negligentiam episcopi in deuoluenda.*
- 50 *Papa potuit de episcopatu Albiensi providere de consensu capituli, retenta pensione.*
- 51 *Papam de episcopatu non posse providere durante tempore electionis, est verum, sine consensu capituli.*
- 52 *Ecclesia dari non debet episcopus exorsus.*
- 53 *Eligendi potestas quare ecclesiis data.*
- 54 *Papa quare per cõcilia prohibetur ecclesijs de episcopo prouidere.*
- 55 *Decretum irritans non operatur, ubi pars eo vti non vult.*
- 56 *Decreto irritanti renuntiare potest.*
- 57 *Actus fauore alicuius annullatus, non annullatur nisi ipso volente.*
- 58 *Emphyteuta delinquens non cadit à iure suo, nisi dominus ita velit.*
- 59 *Prouisio semel nulla, non validatur per superuenientem consensum.*
- 60 *Eligendi ius habet canonici, nõ ut collegium, sed ut singuli.*
- 61 *Eligendi facultati renuntiare in perpetuum nõ possunt canonici, sed bene pro vna vice.*
- 62 *Consentiens ut alius eligat, non debet seruare solemnitates electionis, & nu. 68.*
- 63 *Consentiens ut alius pro se refectur, non tenetur in eo consensu adhibere solemnitates testamenti.*
- 64 *Electio renuntians nõ debet formam electionis seruare.*
- 65 *Papa de consensu capituli prouidens nõ tenetur seruare formam capituli.*
- 66 *Papa presentia supplet defectum cuiuscunque solemnitatũ.*
- 67 *Collatio simplex quando habeat vim electionis, & confirmationis.*
- 68 *Resignatio cum retentione pensionis in episcopatu est viciatissima.*
- 69 *Episcopo remanente in suo integro non potest eius nepoti de episcopatu prouideri.*
- 70 *Prouisio de dignitate vacatura est nulla.*
- 71 *Reservaciones quando valeant.*
- 72 *Reservatio quando erit secuta.*
- 73 *Causa magna reservationem validans quæ dicatur.*

Tom. 3.

DD iij

Reatg.

Reuerendus in Christo Pater, & dominus Dominus Ludouicus de Amboyfia...



Veritur ergo qualiter prouidebitur dicto domino Albien. episcopo ad suam intentionem exequendam...

notant Bart. & Bald. in l. quod sponsa. C. de don. ante nup. Quarto hoc fieri posse formaliter in propriis nostris terminis...

simili legi. in c. j. de coha. cle. & mulie. Et multi sunt qui suos dānificā benefactores, iuxta illud sacrae scripturae...

nenā in ciuitatibus vtrique assignatis, ita q̄ sint duo episcopi; vel praesides distincti, vel vnus ambarū: tamē facere nō potest, q̄ eiusdē prouinciae vel diocesis sint duo praesides...

poni potest de hereditate, & per consequens de beneficio viuentis intercedere cōsensu illorū, de quorū praiudicio agitur d.l. si. de pact. & c. nam respōdetur, qd dicta lex in puncto nostro nihil facit ad propositum: quia per pactum futuræ successōis pacificentes nullum ius acquirunt in hereditate viuentis & cōsentientis, donec ipso mortuo in eodē cōsensu, vt ibi. Sed in casu nostro nos tractamus de acquirendo ex nūc dicto nepoti ius & titulum in dicto episcopatu, quod fieri nō potest, ne in eodem corpore reperiat, duo capita. Præterea, si tractaretur tantum de futura prouisione fienda dicto nepoti post mortē dicti domini episcopi de consensu capituli, semper capitulum posset mutare consensum, & mortuo episcopo eligere, per tex. in d. l. si. Nam antequā dispositio de bonis viuentis valere possit, & fortiri effectum, duo requiruntur, scilicet qd interueniat cōsensus illius, & qd per seuerē in cōsensu vsq; ad mortē inclusiue. Et sic periculosum esset cōsidere de mutabili hominū voluntate, forte in perditionem multarum pecuniarum, & status personæ dicti nepotis. Secundo nō obstat text. in d. c. petisti. vij. q. j. quia ibi non dicitur, qd viuente episcopo alius successor possit eligi in titulum episcopatus, vt ibi patet in vers. idem dum dicit. De eo autē quem tibi successorem cōstituere dixisti, vt te viuente in tuo loco eligatur episcopus, hoc nulla ratione cōcedi patimur, quia contra omnem ecclesiasticam regulam vel statuta patrum esse monstratur, sed volumus, vt ministret tibi, & sit in euangelio Christi adiutor. Nimis enim reprehensibile esse manifestum est, vt te viuente aliū tibi substituamus, &c. Ecce tex. apertum quod viuente prælato, & eo permanente in prælatura non potest ei substitui successor. Bene verum est, qd episcopo non valenti ministrare dādus est coadiutor: & ita intelligitur principium dicti capituli. Nec obstat si diceretur, qd ibi papa intendebat facere specialem gratiam illi archiepiscopo Maguntino, quod non faceret dando ei simpliciter coadiutorem, cum illud de iure cōmuni concedatur. Quia respondeo, quod imō fecit illi archiepiscopo gratiā in eo qd permittit ei habere coadiutorem quem volebat, & tēpore mortis nominare eligēdum. Et satis est, quod ille text. continens priuilegium operetur in aliquo minus de iure reprobato, vt l. si quando. C. de inoffi. testa. Et nō in alio regulas iuris peruertēte, scilicet qd viuente episcopo alius subrogēt episcopus, quod fieri nō potest, etiā per papā, vt tenet gl. in c. apostolica. in fi. vij. q. j. Quia illud esset peruertere statū ecclesiæ, vt ibi dicitur. Non obstat dum dicebatur, quod sustineri possunt prouisiones de consensu capituli, cuius interest, factæ viuente adhuc episcopo, & sic tempore illicito: dum tamen effectus conferatur in tēpus licitum, scilicet vacationis, per l. in tempus. ff. de hære. instit. quia illa regula locum non haberet in casu nostro, vbi prouisio continet turpe votum captandæ mortis, quia tunc nihil valet. Cum lex resistat initio dispositionis, ita dicit Bartol. in l. si constante. §. quoties. ff. soluto matrimo. Et sequuntur Moderni in dicta l. si. de pact. vbi Iason ita concludit. Non obstat dū quarto loco adducebatur decisio formalis Alber. de Ros. in dicta l. si. quia præfatus doctor in hoc ab omnibus reprobatur: quia si de consensu Abbatis & monachorum fieri possit electio futuræ abbatiæ, vt ipse decidit, t̄ auferret electionem successōnibus, quod fieri non potest, in cap. ex parte. de offic. delegat. & ita concludit Iason in dicta l. si. Non obstat, quod ex magnis & iustis causis, prout videntur esse

causæ in dicto instrumento procuracionis contentæ, tales prouisiones papæ exorbitantes tolerantur & sustineri possunt, per decretum concilij generalis, prouiso, quod tales causæ sint omnibus notæ, & in literis apostolicis exprimentur. Quia respondetur, quod causæ in dicto instrumento numeratæ nō sunt de causis enumeratis in dicto decreto, neque similes eiusdem. Et sic medio illarum papa contra communes regulas prouidere non posset. Præterea antē quā aliqua causæ seu merita sint sufficientia ad sustinendum aliquam dispositionem à iure prohibitam, necessariò requiritur quod talia merita sint supererogatiōis, ad quæ ille, cuius favore dispositio fit, aliàs non teneretur. Quia si faceret solum ea, quæ facere tenet, talia merita non corroborarent: neque fundarent dispositionem aliàs prohibitam, vt decidunt Bald. & Salice. in l. illud. C. de sacrosanct. eccle. decidendo similem quæstionem: quos sequuntur Alexan. & Iason in l. si donatiōne. C. de collat. Or merita dicti domini episcopi Albienensis descripta in dicto instrumēto, quæ fecit in dicto suo episcopatu, & verisimiliter facturus est dictus eius nepos, dum dictæ ecclesiæ præfidebit, sunt talia, ad quæ de iure communi quilibet episcopus tenetur, qui vltra sibi necessaria tenetur residuum conuertere in pios vsus, & gratis visitare, & ordines ac beneficia conferre, sicut semper fecit, & laudabiliter dictus dominus episcopus. Ergo fundare non possunt dictam prouisionem de iure exorbitantem. Præterea merita dicti domini episcopi inhærent suæ personæ, & sic non essent causa legitima prouidendi dicto suo nepoti, ita exorbitanter contra generalia consilia, & sanctorum patrū decreta: t̄ quia merita vnus esse non possunt causa præmij & sublimationis alterius, sicut e conuerso demerita vnus non debent esse causa puniendi alium. insit. de iure natu. §. sed quod principi, vers. planè. Quinimò rectè iudicando tanta merita dicti domini episcopi potius sunt impeditiua dictæ prouisionis, quàm inductiua eiusdem: quia quanto sanctior est episcopus, & ecclesiæ suæ vtilis, tantò accuratius tolli debet votum captandæ suæ mortis, quod per dictam reseruacionem episcopatus vel fructuū induceretur. Nec obstat gl. in dicta l. vnica. C. de metropoli Beryto. Tvolens in eadē dicececi duos episcopos esse posse duntamen ambo non sunt æquè principales, sicut facere intendit dictus dominus episcopus: quia illa gl. intelligit. duos posse esse episcopos in eadem dicececi, non æquè principales, scilicet vnum verum titularem episcopum, & alium eius vicarium seu coadiutorem, iuxta tex. in dicto. c. petisti. vbi glo. ita expresse tenet in fin. Et ita intelliguntur etiam c. sicut vir, in fi. & c. non autē. & c. nihil. in fi. vij. q. j. vbi Augustinus datus fuit coepiscopus episcopo Hipponenfi. Sed hæc intelligitur, vt vnus sit vicarius & coadiutor alterius: non autem quod habeat titulum in episcopatu: aliàs esset monstrum videre duo capita in eodem corpore: quod fieri non potest, secundum gl. in dicto c. non autem, in fi. Sic Petrus Linum, & Cleatū coadiutores habuit, sed non coapostolatus titularis. can. si Petrus. vij. q. j. in c. verò qualiter sedes vacabat per renuntiationē episcopi: qua non habita in scriptis papa noluit prouidere, nisi facta renuntiatione, & sic episcopatu vacante. Et in c. quanuis sit triste. vij. q. j. episcopo ægrotanti non fuit datus episcopus titularis, sed nudus administrator, quādiu ipse vixeret aut infirmitate torqueretur, vt tenet ibi gl. in fin. Aut vult & intendit dictus dominus episcopus, ex nunc

26 ex nunc & de præsentī renunciare cum regressu scilicet, quod cedente vel decedente dicto eius nepote sit episcopus. Certè nō potest hoc fieri quia obstat duo. Primò, quia induceretur successio in dicto episcopatu. Præterea induceretur votum captandæ mortis per iura superius allegata. Quibus rationibus in parlamento proxime præterito per arrestum fuit per modum edicti generalis prohibuitur, ne à cætero tales impertraciones cum clausula regressus fiant, sub pena cadendi ab effectu bullarum, & emendæ arbitrariæ. Et fuit latum dictum arrestum Parisiis in Parlamento anno isto domini. M. cccc. xvj. xix. mensis Aprilis, in causa camerariæ ecclesiæ Lugdunen. Inter dominum Franciscum de Stagno contra magistrum Antonium Dars canonicos dictæ ecclesiæ. Nam clausula regressus, aliud non est nisi quædam reseruatō, quæ vt dictum est, de iure est reprobata, & per generalia consilia. Aut vult & intendit dictus dominus episcopus similiter resignare in manibus Papæ cum retentione certæ congruæ pensionis sine clausula regressus. Et si queratur an facta dicta resignacione, Papa possit dicto eius nepoti prouidere de dicto episcopatu. Et videtur quod non. Nam licet beneficia & dignitates vacantes per mortem naturalem, vel civilem puta renuntiationem in curia Romana, non possunt per alium conferri, quàm per Papam infra mensē, aliàs collatio, & quæuis alia dispositio esset ipso iure nulla, per tex. in c. ij. de præben. lib. vj. Tamen vbi agitur de episcopatu, sicut in casu nostro, prouisio pertinet capitulo ecclesiæ cathedralis, & non papæ. Quia episcopatus, cum non dicitur beneficium neq; dignitas, sed dicitur culmen dignitatis, non comprehenditur in dispositione seu decreto dicti capit. ij. secundū gl. ibi, quam sequuntur omnes Doctores. Pro qua est tex. licet ipsi non dicant in cap. cum post petitam. de elect. vbi archiepiscopus Lugdunen. resignauit ecclesiam suam in manibus Papæ, cum alibi nō posset, per tex. iuncta gl. in c. si electio. de elect. lib. vj. Et tamen prouisio etiam pro illa vice pertinet capitulo dictæ ecclesiæ, ac si vacasset per mortem naturalem dicti archiepiscopi in partibus contingentem. Aded, quod si Papa in casu nostro prouideret de episcopatu, talis prouisio esset ipso iure nulla, tanquam durante tempore eligendi attēta, donec tanto tempore vacasset, quod per negligentiam capituli, & immediatorum superiorum ius prouidendi ad Papam fuisset deuolutum vel facta deuolutione per negligentiam, Papa immediatos superiores in forma peccasset, aut scienter in materia, vt plenè deciditur in c. quanquam de elec. lib. vj. aliter & aliàs papa prouidendo nihil agit: neq; electionem futuram per talem funestam prouisionem impedit, obstante decreto generalium Constantien. & Basilien. conciliorum. considerato maxime, quod dicta generalia concilia decretū continent irritatis, si quid etiam per Papam cōtra fiat. Et ita concludit Ludouic. de Ro. consi. cccc. xl. in fi. Continēt enim dicta concilia saltem perpetuam prohibitionē, quæ vim decreti irritantis habet, secundum glo. in verbo, inhiibentes. in cl. j. de iure patro. & tenet Bal. per illum tex. in l. non dubium, C. de legi. Et Ludouic. consi. cccc. xxx. in fine. & cccc. xxxij. Et clarius cccc. cix. Vbi concluditur, quod prouisio est nulla. Et prouisus contra electum coram confirmatore comparēs, non esset legitimus contradictor ad impediendum confirmationem electionis. Et sic ad opponendum nō admitteretur. Quinimò nec à confirmatione recipere-

tur appellans, cum eius non interit, eo quia etiam si electus non confirmaretur, ipse episcopatum non haberet virtute suæ apostolicæ prouisionis. Et si de facto in episcopatu se intruderet possessionem illius occupando, expelli posset, per tex. in c. j. de elect. Et expulsus remedium non haberet possessoriū ad recuperandam possessionem. Et minis intentare posset interdictionem retinendæ vel adipiscendæ possessionis, t̄ obstat de decreto irritanti concilij generalis: quod nō solum inficit titulum, sed etiam possessionem contra decretum obtētam & occupatam. Ita singulariter decidit domini de Rota in nouis, decis. xvj. incipiē. Si contra agentem. & Dominicus in c. ij. vt lite penden. lib. vj. Nam siue Papa de dignitate Pontificali electiua prouideat post mortem prælati naturalē vel civilem siue eo adhuc viuente, quantumcunq; prouiderit, etiā de consensu & voluntate ipsius prælati viuentis, talis prouisio est ipso iure nulla, vt plenè deciditur in præallegatis consiliis. Et est de hoc vltimo tex. in ca. episcopo. cum duobus seq. vij. q. j. Non enim tunc agitur de hereditate prælati, qui consentit, vt suus consensus talem de futura prælatione dispositionem validare possit: sicut faceret in pacto futuræ successōnis prophana, vt l. si. C. de pac. & tenet glo. in c. nulla. de conce. præben. & Doctores. ibi & Salice. in dicta l. si. Vnde Papa etiam de consensu prælati de prælatura prouidens nihil agit. Quinimò talis prouisio non præstat impedimētum electioni intra tūmētre tempus celebrandæ, vel prouisioni iure deuoluto post trimēstre per metropolitanum fiendæ. c. non præstat. de regu. iur. in vj. Plus videtur, quod licet constituere pensionem super episcopatibus, & aliis beneficiis ecclesiasticis soli Papæ pertineat, vt plenè no. in c. ad audentiam. la. ij. de rescrip. & in c. nisi essent viri prouidendi. de præb. & in c. quanuis. eo. tit. lib. vj. Tamen quæcumque resignetur episcopatus in manibus Papæ cum retentione pensionis pro resignante, adhuc vacabit episcopatus nō in manibus Papæ, sed in partibus, vt prouideri debeat per electionem, vt est tex. rotundus in c. quanuis sit triste. vij. q. j. vers. sed si interual-la. Ideo si Papa prouideret, etiam cum constitutione pensionis, talis prouisio non impediret electionē per capitulum celebrandam, vel prouisionem in casu negligentie per metropolitanum fiendam. Quia sicut nuptiæ carnales rescripto principis impetrati, aut cōcedi non debent, sic nec etiam nuptiæ spirituales inter prælatum & ecclesiam, vt l. j. & ij. C. si nuptiæ ex rescri. petan. Nam bonum est argumētum de carnali matrimonio ad spirituale. c. inter corporalia. de transla. Præterea & fortius videtur, quod etiam papa de episcopatu vacante prouidere non possit, etiam de cōsensu capituli seu ecclesiæ vacantis, obstante decreto irritanti cōcilio generali Basiliē. Quia vbiunque in aliqua dispositione per superiorem apponitur clausula decreti irritatis: tunc cōsensus partium nihil potest operari, secundum glo. in l. a diuo Pio. super verbo, actionem. ff. de rit. nup. quam ad hoc multum. no. Bal. in dicta l. non dubium. C. de legi. & in l. iubemus. §. sanè. de sacrosan. eccle. & in l. ea que. C. de don. ante nup. & in c. lator. de re iudi. Et idem tenet glo. in c. statutum. §. j. super verbo, committatur. & in c. dispēdia. in verbo processus. de rescri. in vj. Et est tex. solēnis in c. dilecto. circa si. quem Doctor. & Panorm. ibi multum notauit. de præben. Vbi per omnes concluditur, quod consensus partium nihil operari potest contra decretum irritans superioris. Et ratio est, quia vbi apponitur clausula decreti, tunc illud videtur

datum pro forma, secundum Baldum & Ange. in l. j. ff. de liberis & posthu. Sed ubi aliquid requiritur pro forma, consensus partium nihil operatur, secundum Bartol. in l. de his. ff. de transactio. Nam iuri traditione certæ formæ in actibus hominum renuntiare non potest, ne proprio motu, prout quisque vellet, & nõ prout debet, procedi possit. Ita eleganter in propriis terminis dicit Bald. in suo consilio schismatis posito super rubrica. C. si quis aliquem testa. prohibi. versic. prædictis quoque accedat, & c. Et idem Bal. in l. Barbarius. in vj. colum. j. lectu. in fine. ff. de officio præto. & Bartol. in l. Modestinus. ff. de donatio. Et ratio rationis est, quia omnis solemnitas seu forma actus est de iure publico, vt l. testamenti factio. ff. de testamen. Cui partes renuntiare non possunt: vt l. nemo potest. ff. de legatis j. Ideo dicit Baldus in ca. j. qui success. teneantur. in v. sub. feud. Quod quoties lex vel statutum apponit formam, consensus priuatorum nihil operari potest, siue talis forma utilitatem cõtinet publicam aut priuatam. Et alibi dicit idem Baldus in authentic. iubemus. ad fi. C. de iudic. quod ubi forma est tradita à iure, si actus introducat sine ea, nõ potest postea consensu partium conuallidari seu ratificari. Idem decidit in l. j. C. qui admittit. ad bono. pos. possunt. Cui igitur per sanctorum patrum decreta & concilia generalia moderna episcopatus vacantibus provide-ri debeat per viam, & formam electionis aut postulationis, ita quod si secus fiat, seu attentetur, etiam per Papam, irritum sit & inane. Sequitur quod obstante dicto decreto irritanti, partes quarum interest, & sic capitulum ecclesiæ vacantis, vt contrarium fiat, nullatenus possunt consentire. Et præsertim si antequam ecclesia vacet, capitulum consenserit cum alio matrimonio spirituale contrahere, scilicet consentiendo quod alteri provideatur dum vacabit. Quia sicut mulier, quæ viuente primo marito, fidem dedit alteri de matrimonio secum contrahendo, mortuo marito non potest cum illo contrahere. Quinimò si de facto contrahat matrimonium non tenet, vt concluditur in capitu. j. Et ibi Panormita. in capi. fin. de eo qui duxit in matrimonium quam prius pollue. per adulter. & vij. quæstio. j. sicut. Sic etiam si capitulum seu ecclesia cathedralis viuente suo marito, scilicet episcopo, cum alio contrahere consenserit, nihil agit, neque matrimonium spirituale sequi potest. Considerato, vt dictum est, quod matrimonia carnalia & spiritualia pari modo regulantur & æquiparantur: vt dicto cap. inter corporalia. ita dicit glo. pragmaticæ. super verbo, violantes. In titu. de pacif. pos. in fi. Per quæ omnia superius deducta, videtur quod Papa de dicto episcopatu Albiens. provide non poterit, etiam de consensu dicti domini episcopi, etiam cum constitutione pensionis: neque cum consensu capituli ecclesiæ Albiensis. Præterea si cum pensione possit Papa de dignitate Pontificali provide, faciliter fieret fraus concilio generali, simpliciter & indistincte ac generaliter loquenti, tales provisiones papales prohibendo, ne eligentibus fiat præiudicium. Nec obstat, quod ratione connexionis multa permittuntur quæ aliàs non permittuntur: quia hoc intelligitur in indiuiduis & inseparabilibus, vt dicit Panor. in c. quæuis. de re iudi. Quia in casu nostro hæc duo sunt sui natura separabilia, scilicet quod Papa, qui solus potest, resignationem admittat, & pensionem resignanti referret & constituat, & cap. ecclesiæ cathedralis eligat, vt dicto cap. cum post petitam. & ca. quæuis sit triste. Et hoc est, quod intendit tex. decreti generalis concilij in dicto capi. licet in

construenda. versic. quia tamen. ubi concilium vult semper ecclesiis via electionis vel postulationis prouideri ecclesiæ vacanti sine impedimento quocumque & obstaculo. Ex quo euidenter & necessarid sequetur, quod pensionis constitutio, quæ obstaculum electioni esse potest, provisionem Papæ in præiudicium capituli validare non potest. Quinimò absurdissimum foret, quod pensionis constitutio, quæ onus est, & seruitus odiosa ecclesiis grauians, & dignitatem, cap. j. vt eccles. benefi. sine dimi. conferan. extendatur ad validandum provisionem papalem decreto concilij damnatum. capi. odia. de regu. iuris lib. vj. Sed in contrarium opinor esse rei veritatem. Et puto, quod imò Papa provide de dicto episcopatu poterit dicto de Amboisia iuniori, aut alteri de consensu capituli ecclesiæ Albiensis cum constitutione certæ moderatæ pensionis, dum & quando vacabit per resignationem dicti domini episcopi. Et ad hoc tenendum me mouet text. Ita formaliter decidens in c. nullus inuitus. lxj. distin. ubi clarè deciditur, iuncta glo. ibidem, quod episcopus dari potest ecclesiæ vacanti de consensu ipsius ecclesiæ seu capituli. Nam ibi non agebatur de prælato eligendo, aut aliàs assumendo per capitulum. Sed agebatur de episcopo per alium dando ipsi capitulo, quo casu alius est dans, alius verò est capitulum cui datur. argu. c. fin. de instit. Et tamen ibidem deciditur, quod episcopus per alium, quàm capitulum dari non potest capitulo inuito. Ergo bene dari potest capitulo volente & consentiente, seu maiori parte illius cap. sanè. lxv. distin. Cum enim nullius alterius interest, quàm capituli ecclesiæ cathedralis, cuius interest habere prælatum proprium, & suis moribus cõuenientem, ac sibi dilectum, sicut dicimus in matrimonio carnali, sufficit quod capitulum vocetur & consentiat. Cum in quolibet actu celebrando illi soli, & non alij vocandi sunt, quorum interest. In ita diuus. ff. de ado. Aliàs sequeretur absurdum, ac processus in infinitum, quod omnes de diocesi vocandi essent, quod est falsum: quia sicut in eligendo prælatum siue episcopum, siue abbatem, soli de collegio ecclesiæ cathedralis vel abbatis vocandi sunt, & non alij clerici etiam ecclesiarum, vel prioratum à cathedrali vel abbatis dependentium: vt plenè deciditur in capi. cum dilectus. de consuet. & in c. cum ecclesia Suarina. de causa pos. & proprie. & in cle. ne in agro. §. sanè. & ibi gl. de statu mona. Similiter non requiritur vocatio superiorum, sed solius capituli ecclesiæ cathedralis, vt in c. j. de electio. Sic etiam si per alium quàm per capitulum detur ecclesiæ episcopus, illi soli de capitulo sunt vocandi, & consentire debent. Ita concluditur in dicto capitu. nullus inuitus. Quoniam ita videmus seruari in matrimonio carnali, ad cuius perfectionem sufficit cõsensus amorum coniugum reiecta legali obseruantia: quia aliorum nõ interest, igitur consentire necesse non habent. Præterea videmus, quod nihil possumus per nos, cum possumus cõsentire, quod per alium fiat. l. j. ff. de procu. Præsertim in his, quæ nobis pertinet iure proprio, sicut pertinet singulis canonicis vocem dare iure proprio, & nõ iure publico ecclesiæ, vt decidit Panor. de electio. c. c. Vintonen. Imò sicut potest quis de rebus suis testari ac disponere, ita etiam potest cõsentire, quod alius testetur, & disponat: vt l. sicut. §. sed si permiserit. ff. quibus modis pignus vel hypo. solui. Præterea (quod est fortius) in matrimonio carnali permittitur, quod per alium contrahatur intercedente expresso consensu contrahere volentium, vt in cap. fin. de procurato. libro

libro vj. Ita ergo erit, & in matrimonio spirituali, vt per alium scilicet per Papam contrahi possit intercedente expresso consensu ecclesiæ sponsæ, quæ per capitulum representatur, & sponsi cui de dicta sponsa, & eius consensu provideatur. Videmus insuper quod capitulum potest non eligere, consentiendo per com promissum, quod alij etiam extranei eligant, seu ecclesiæ provideant, vt in capit. causam. de electio. Vbi potestas eligendi fuit collata in episcopum & capitulum Vintonen. de electio. Quinimò quod est fortius, possunt iuri eligendi pro illa vice renuntiare expressè facièdo se alienos, per tex. in capi. cum nobis olim. & ibi plenè no. de electio. Quia vt dictum est, vocem dare in electione eis pertinet iure proprio, & vt singulis: & sic ad libitum disponere possunt, etiam renuntians expressè aut tacite, scilicet eligere negligendo infra tempus iuris: vt dicto capitu. quanquam. de electio. lib. vj. Ergo multò magis consentire possunt, quod pro illa vice non eligant, sed Papa provideat: quia si hoc possunt committere alteri superiori, multò magis consentire possunt, quod superior scilicet Papa provideat. Quia cum non agatur nisi de maritando ecclesiæ, sufficit ipsius consensus. Et ita determinat Panormita. in capitu. bonæ. le. premier. in vltimo notabili, de postu. præla. ubi decidit, quod capitulum remittere potest sedi apostolicæ totum negotium electionis, etiam nominando certam personam cui per Papam provideatur. Et sequitur glo. pragmaticæ titu. de electio. §. & cum humanæ. super verbo, compromissum. Neque puto quod de substantia talis matrimonij spiritualis seu provisionis apostolicæ sit, seu requiratur consensus metropolitani, ad quem forte per negligentiam capituli tempore debito eligere negligentis ius provideendi deuolui potuisset: quia capitulum vacante episcopatu, per renuntiationem consentiendo, quod Papa de episcopatu, provideat, videtur renuntiare: imò de facto renuntiat facultati eligendi pro illa vice. Et sic potestas provideendi ab eis abdicatur, & ad superiorem deuoluitur. Quo casu aut deuoluitur ad Papam, & tunc indubitanter Papa provideere potest, aut deuoluitur ad immediatum superiorem scilicet ad metropolitanum. Et tunc quia potestas provideendi pro illa vice postquam ad superiorem deuoluitur, efficitur collatiua: ita quod dignitas, quæ prius erat electiua, nunc per deuolutionem effecta est collatiua, superior eam simpliciter conferre possit cessante quacunque forma solennis electionis & confirmationis. Cùm talis collatio vim habeat electionis & confirmationis. secundum Panormitanum in capitu. cum in cunctis. §. cum verò. de electio. Et not. Innocè. in capitu. cum olim. de causa possessio. & proprie. Et ibi Panormit. in fi. Ioan. Andreas & Henri. in c. auditis. & in c. ne pro defectu. de elect. ubi concludunt, quod si potestas eligendi quouis modo deuoluitur ad superiorem, poterit superior provideere vnicò actu per viam collationis. Idem tenet Panormita. in dicto c. ne pro defectu. quia dignitas medio deuolutionis effecta est collatiua, ita quod vnicò actu cõfertur. Et idem Panormit. in c. dilectus. in penult. notabili. de concess. præben. & in capi. cum olim. de causa possess. & proprie. Et cum in dignitatibus & beneficiis collatiuis tam de iure cõmuni, quàm per tenorem generalis concilij Basilien. in pragmatica reguati titu. de colla. §. non tamen intendit. versic. neq; etiam. Papa provideere possit ante quoscunque alios quibus ius provideendi pertinere possit: quia tanquam generalis ordinarius concurrat cum eis in

collationibus: Certè locus erit præuentioni, etiam nõ data negligentia aliorum immediatorum collatorum. Ad hoc facit c. si à sede. cum ibi notatis. præben. in vj. & c. quia diuersitatem. de concess. præben. ubi Papa citra desidia immediatorum collatorum confert beneficia, velut ille qui in eis habet plenariam potestatem, per tex. in clemen. j. in fi. vt lite pendens. Neq; in hoc requiritur vocatio ordinariorum collatorum. igitur nec in casu nostro requiritur vocatio vel consensus metropolitani, qui per Papam (vt dictum est) præueniri potest. Nec curandum etiam de consensu capituli ecclesiæ metropolitanæ, quia licet Metropolitanus negligente conferre infra tempus iuris beneficia vacantia suæ ordinariæ collationi pertinètia, potestas cõferendi deuoluatur ad capitulum c. nulla. de concess. præben. Tamen in casu nostro si metropolitanus per Papam non præueniretur, neq; ipse cõferret dignitatem aut beneficium ad ipsum deuolutum, non propter hoc capitulum suæ ecclesiæ provideere possit. quia in deuolutis nunquam capitulum supplet negligentiam episcopi vel archiepiscopi, secundum Panormi. in dicto c. nulla. ij. col. vers. Ex his inferitur. Si tamen habeatur consensus metropolitani, & sui capituli, non nocet, cum abundans cautela nocere non solet. l. testium. C. de testib. Quare concludendum puto Papam posse de dicto episcopatu Albiens. dum & quando vacabit per renuntiationem dicti domini episcopi, posse provideere intercedente tamen consensu capituli dictæ ecclesiæ: Et maximè si fiat dicta provisionis cum constitutione pensionis, quam constituere soli Papæ pertinet. Et sic cum solus possit vnum, scilicet pensionem cõstituere: sequitur quod hoc casu poterit & reliquum ei connexum, scilicet dicto de Amboisia iuniori provideere. Et provideo reseruare pensionem dicto domino episcopo renuntianti. Nam ratione connexionis actuum, personarum, aut rerum, quæ multum adminiculat quis potest, quod aliàs secundum regulas iuris communis non possit. l. si communem. ff. quibus modis serui. admitt. Et si semel dicto episcopatu actualiter vacante per resignationem domini episcopi, capitulum consenserit, quod de eo provideatur dicto eius nepoti, & prouisum fuerit, nõ poterit capitulum amplius dissentire: quia contracto matrimonio non licet diuertere, nec ecclesiæ dimittere sponsum suum, cui semel consensit, can. sicut vir. vij. quæstio. j. Et primò non obstat, dum superius allegabatur, quod Papa provideere non potest, etià cum constitutione pensionis de episcopatu vacante per resignationem, durante tempore eligendi quantumcunq; episcopus renuntians consentiat: quia hoc intelligitur, quod Papa provideere non potest, neque pensionem super fructibus episcopatus imponere in præiudicium capituli ecclesiæ vacantis, vt eligere non possint si velint. Et ita loquuntur iura superius allegata. capi. quæuis sit triste. & ca. petisti. vij. quæstio. j. & cano. episcopo. vij. quæstio. j. quia absurdum esset, quod inuitis canonicis daretur ei pastor non gratus: imò fortè odiosus, & ecclesiæ sponsus non dilectus: quod si permitteretur, succedere posset in scandalum ecclesiæ non modicum. Nam sicut sponsa inuitæ non datur maritus, etià à principe: quia cum sint focij diuinæ & humanæ domus, tanta coniunctio fieri non potest, nec societas contrahi sine libero consensu amborum. Nam aliàs malè, & discorditer viueret, quod lex abhorret. l. vnum ex familia. §. si. ff. de lega. ij. Idem matrimonia à principe impetrari prohibentur, vt d. l. j. & ij. C. si nup. ex rescrip. petan. Præterea non possit

set, etiam vxore inuita seu non iuridicè consentiente, dos sua distrahi, aut diminui, vel ei onus imponi. 57 in situ, quibus alie licet vel nō. §. j. ¶ Sic etiā dari non potest, maximè cum dotis seu fructuum diminutione ecclesiæ inuitæ episcopus seu sponfus sibi non gratus, nec acceptus in quem non consentit, & quem tanquam incognitum nō diligit, sed forè odit, vt dicto cano. nullus. l. xj. distinct. Cuiuslibet enim de collegio ecclesiæ interest habere prælatum notum & gratum. 58 ¶ Ob quam causam data fuit collegiis ecclesiarum cathedralium potestas sibi eligendi prælatum cap. j. de electio. ita dicit Panormita. in capi. quia propter §. vel saltē circa finem. eodem titulo. Et ponderandum est dictum cap. j. vbi textualiter deciditur, qd si aliās q̄ per electionem vel nisi consentiente capitulo de f̄, expelli potest ab ecclesia impune, velut raptor. Sicut à simili via facti resisti potest, & repelli rapientem puellam sub velamine matrimonij cū ea cōtrahendi, vt l. vnica. C. de raptu virgi. & notatur in l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cleri. & l. raptores. eodē titulo. Sed in casu nostro capitulum, & canonici dictæ ecclesiæ Albienfis, quorum duntaxat interest, & quorum cōsensus solū est necessarius, in assumptio ne prælati consentire libenter voluit, qd Papa dicto de Amboyfia, prouideat, & pensionem super dote, & fructibus ecclesiæ dicto domino episcopo referuet, seu constituat. Vnde attentō eorum consensu non videtur eis irrogari præiudicium, iniuria, neque damnū: cum volētī & cōsentienti nō fiat iniuria. Et sic cū cesset ratio, & causa inualiditatis apostolicę prouisionis, cessare debet ipsa inualiditas. cap. cum cessante. de app. pel. ¶ Sanctorum enim patrum antiqua decreta, ac moderna generalia concilia prouisiones apostolicas de dignitatibus pontificalibus sciendis prohibuerunt, ne odiosus aut malè conueniens ecclesiæ in episcopum præficeretur, vt patet ex mente iurium in contrarium allegatorum. Sed in casu nostro cessat ratio dictæ prohibitionis, postquam ecclesia suam præbet consensum. Præterea totalis intentio generalium conciliorum fuit reducere ecclesiam sanctam Dei ad ordinem & dispositionem antiquorum canonum, secundum quos prælati assumebantur per ecclesiam via electionis, vel dabantur ecclesiæ de consensu capituli & canonicorum, vt dicto capitu. nullus inuitis. Ergo sequitur, quod de consensu capituli papa ecclesiæ vacanti prouidere potest de prælato secundum dictos canones antiquos. Secundò principaliter non obstat, dum superius dicebatur, quod Papa prouidere non potest ecclesiæ vacanti etiam de consensu capituli, obstante decreto irritanti, seu perpetua prohibitione concilij Basiliens. vim decreti habente. Cōtra quod decretum consensus partium nihil potest operari, per iura ibidem allegata. ¶ Quia illud verum esset, si capitulum ecclesiæ Albien. in cuius fauorem decretum positum est, vt vellet dicto decreto irritanti, & ad electionem procedere. Quo casu indubitanter prouisio Papæ nulla esset, ita quod ea non obstante ad electionem procedi posset, vt superius fuit demonstratum. Sed in casu nostro capitulum ecclesiæ Albien. vt non vult dicto decreto irritanti, imò expressè consentit, quod Papa prouideat effectualiter illi decreto renuntiando. Idcirco valebit prouisio Papæ non obstante dicto decreto. 66 ¶ Quia cum fauore capituli fuerit appositum, potest capitulum illi renuntiare, sicut vnusquisque suis fauoribus renuntiare potest. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. ita decidit Ioannes Mona. in capi-

tulo, statutum. de præbendis. libro sexto. vbi dicit, quod in quocunque scripto beneficiāli appositā sit clausula decreti, semper tamen subintelligitur, conditio si impetrans ea vti velit. Facit l. proinde. §. fina. ff. si certum petatur, vbi licet mortuo testatore dominum rei legatæ recta via transeat ad legatarium, tamē si legatarius repudiet legatum, fingitur nō trāsisse. ¶ Nam quoties actus annullatur fauore alicuius nunquam annullatur nisi ipso volente. ¶ Sicut in simili videmus quod si emphyteuta ecclesiæ vel priuati non soluat canonem tempore congruo, vel alienet emphyteusim irrequisito domino, cadit à iure suo. Tamen hoc subintelligitur verum, domino volente, aliās non, secundum glos. in verbo, volenti. Et in verbo si modo voluerit. & ibi Barto. & omnes in l. secunda. C. de iure emphyteuti. & ibi plenè Iason in quinto notabili, & Salice. in l. fina. eodem titu. & Bal. in l. fina. in fine. C. de reuocan. donatio. Cū ergo capitulum dictæ ecclesiæ Albienfis nolit vti illo decreto: imò expressè illi renuntiat, consentiendo, qd Papa prouideat, tale decretum ob stare non poterit. Ad hoc facit quod eleganter determinat glos. pragmaticæ in verbo, irritum. §. vt verò ceteri. tit. de collatio. vbi dicit, quod decreto irritanti ibi appposito in fauorem graduatorum, potest renuciari per graduatum, qui eo vti posset, si vellet. Facit capitulu, ad Apostolicam. de regula. Nam potest quis quod fauore ipsius non valet, facere quod valet, vt nota. Innocen. in capitu. quia cunctis. de concessio. præbēda. in sexto. quod maximè est verum in casu nostro, vbi capitulum Albienfe ante prouisionem Papæ consentit, quod prouideat nolendo vti decreto irritanti, quo casu valebit prouisio. Secus esset si post prouisionem Papæ sine consensu capituli expeditam capitulum consentiret. ¶ Quia tunc prouisio Papæ nulla vi decreti irritantis non reconualesceret per sequentē capituli consensum, imò esset opus noua prouisione, per capitu. penulti. de præbendis. in sexto. Et notat Ioannes Andræas in nouel. in dicto capitu. statutum. & ibi Dominicus de sancto Gemina. Et quod capitulum possit renuntiare decreto irritanti generalis concilij patet, ¶ quia ius eligendi & vocem dandi habent canonici, non vt collegium, sed vt singuli, secundum Panormita. de electio. capitu. Cū Vintonen. Et sic cū non tractetur de iure ecclesiæ, sed de iure singulorum, possunt ipsi tali iuri singulorum eis pertinenti liberè renuntiare, vt dicta l. si quis in conscribendo. & plenè notatur in capi. cum omnes. de constituta. De modico enim agitur, quando agitur de perdendo voces pro vna vice, vt hic. Similiter videmus seruari in matrimonio carnali, cui spirituale comparatur. Nam licet non possit à principe per alterum ex cōiugibus impetrari, aliās est nullum, vt s. dictum fuit: tamen si princeps mandet matrimonium contrahi, seu puellæ det maritum, cui puella liberè cōsentit, vel matrimonium non obstante clausula decreti annullatiæ matrimonij, vt decidunt Docto. in dicta. l. j. C. si nup. ex rescript. petan. quia cū annullatio sit fauore puellæ posita, tamen potest illi renuntiare, & marito sibi dato consentire. Quatenus autem decretum concernit fauore ecclesiæ, tunc canonici nō possunt illi renuntiare. Et ita intelliguntur ea, quæ dicuntur in c. dilecto. & ibi glo. Innocen. & Panor. de præben. ¶ Ideo si perpetuò canonici renuntiare vellent facultati eligendi prælatum, seu consentiendi, quod Papa à cæteris perpetuis temporibus de episcopo prouideret in ecclesia Albienfi: Certè non possent, obstante decreto irritan-

irritanti, quod fauorem ecclesiæ respicit in hoc casu. 73 quia facultas perpetua eligendi ecclesiæ seu capitulo competit. Sed dare vocem in vna vacatione seu electione competit singulis vt singulis, & competit capitulo. l. omnium. C. de testamen. ¶ Secundò respondetur & peremptoriè, quia (vt superius dictum fuit) capitulum consentiendo, quod Papa prouideat de prælatura, videtur pro illa vice renuntiare iuri eligendi, quod deuoluitur ad superiorem. Et siue deuoluitur ad Papam siue ad alium immediatum superiorem, Papa vel quicumque superior iure deuoluto prouidens, non tenetur seruare aliquam formam: imò vnico verbo, & actu potest prouidere, secundū Ioannem Andræam & Panormitanum in ca. ne pro defectu. de electio. in antiq. ¶ Nam eo casu simplex collatio habet vim electionis & cōfirmationis, secundum Panormitanum in dicto capitulo, cum in cunctis. §. cū verò. Eo enim ipso, quod Papa aliquem pronuntiat episcopum vel abbatem, habet talis pronuntiatio vim electionis & cōfirmationis, secundum Innocen. in capitu. cum olim. de causa possessio. & propria. & Ioannes Andr. in cap. j. & c. vt circa. de electio. libro sexto in nouella. & in capit. auditis. & ibi Henri. de electio. Ex præmissis resultant sequentes conclusiones. ¶ Prima est, quod per viam actualis resignationis cum retentione moderata pensionis prouisio de dicto episcopatu in fauorem dicti nepotis fieri poterit per Papam: & posito, quod constitueretur dicto domino episcopo immoderata pensio super fructibus dicti episcopatus, prouisio quod non esset de omnibus fructibus, & cum regressu, propter hoc prouisio Papæ non minùs valeret: sed duntaxat agi posset, vt dicta pensio ad debitum moderamen reduceretur. Et sic ista via prouidendi dicto nepoti præcedente actuali renuntiatione est tuta, & securissima. Secunda conclusio est, quod ¶ remanente dicto domino episcopo in suo integro statu, vbi est, non potest nec per viam electionis & confirmationis, nec per viam prouisionis apostolicæ de dicto episcopatu prouideri dicto eius nepoti per viam coepiscopationis: tum quia non possunt esse duo capita in eodem corpore: tum quia dictus nepos nō est ætatis in qua possit episcopari. Tertia conclusio est, quod etiam per viam coadiutionis: & coadministrationis non potest eidem nepoti prouideri: quia (vt dictum est) non est in ætate in qua suffragari posset, seu adiuuare dictum dominum episcopum eius aucticulum, cū vt dictum est, episcopari non possit. Quarta conclusio est, quod prouideri non potest de dicto episcopatu præfato nepoti, vt ex nunc sibi cōferatur, & gaudentia seu possessio illius differatur, donec mortuo dicto domino episcopo, quia talis prouisio induceret votum captandæ mortis ambitione fructuum citius habendorum. Quinta conclusio est, quod dicto nepoti non posset nunc securè, & irrevocabiliter referuari dictus episcopatus: etiam cum collatione de presenti in euentum vacationis: quia tales reseruationes sunt omnium iure aut prohibita; aut non securæ. ¶ Quinimò prouisio facta, cū fiat de dignitate vacatura, est nulla, quantumcunque fiat de consensu episcopi viuentis. can. episcopo. viij. quæstio. j. Prohibita si quidem sunt, quando sunt sine magna causa euidenti omnibus nota: vel si causa in literis apostolicis non inferatur expressè, vt patet per decretum de reserua. in pragmatica. regilstratum. ¶ Si autem fiant cum magna causa omnibus nota, & in literis reseruationis expressa: tunc reseruationes valent, & permittuntur per generale cōcilium, vt patet per

74 75 76 77 78 79



ter p decretū, licet dudū, tit. de electio. Sed etiā eo ca-  
 fu nō sunt securę, nec valēt irrevocabiliter, & nō for-  
 tiunt eff. etum, nisi capitulū & ceteri, quorū interest,  
 pferent in eodē cōsensu & voluntate vsq; ad finē.  
 Quia cū tales reservationes etiā cū prouisione de  
 præsenti in eodē vacationis, nō cōferant ius in re, sed  
 ad rē, donec vacatio cōtingat: semper durante illa spe  
 habētes interesse, de quorū iudicio agit, quales sunt  
 episcop⁹ & capitulū, possunt pēnitere, & cōsensum  
 præsenti reuocare: ita q̄ postea adueniēte vacatione  
 canonici possent eligere, vt d. l. f. C. de pact. Et simili-  
 ter papa reservationē factā reuocare possit & cassare,  
 cū nō cōferat ius in re. cap. penul. de præben. in vj.  
 Idē videt, q̄ si dictus dñs episcopus nolit actualiter  
 resignare dictū suū episcopatū, licet hoc facere esset  
 securius p validitate pūisionis sui nepotis: Tamē di-  
 ctus episcopatus in casu nostro poterit p. papā refer-  
 uari dicto suo nepoti, ad petitionem seu postulationē  
 capituli ecclesiæ Albiens. cleri & populi, & de cōsensu  
 & libera voluntate dicti domini episcopi, domini  
 nostri regis, & ex superabundanti de cōsensu me-  
 tropolitani, & sui capituli. Et poterit fundari petiti-  
 o seu postulatio capituli, cleri, & populi super meritis,  
 & gestis laudabilibus dicti domini, quæ verisimiliter  
 p ei⁹ nepotē cōtinuabunt. Et aliās, prout continet in  
 instrumēto iā p dictū dominū episcopū, & capitulū  
 81 passato, vbi elegātissimē omnia differūt. Tñā his cō-  
 currētibus, op⁹ nor, q̄ dicta reseruatō erit fundata in ma-  
 gna & euidentī, & rationabili causa, attrētia regia,  
 petitione capituli, cleri & populi, vt est text. notabilis  
 in cap. innotuit. de electio. vbi ppter cōsensum & gra-

tiā principis, capituli, cleri, & populi permittit, & va-  
 let, pūisio gratiosa de episcopatu facta cōtra regulas  
 iuris cōmunis. Facit text. in cano. apostolica. in fi. vij.  
 q. j. & bon⁹ text. in cap. factus in principio. & cap. qua-  
 liter. vij. q. j. Præterea, text. in dicto decreto, licet du-  
 dum. nō specificat causas, ppter quas tales reseruatō-  
 nes, & pūisiones permittunt. Sed simpliciter dicit, q̄  
 fieri possunt ex magna causa in literis exprīmēda, nec  
 arbitrari causæ magnitudinē videt relinqui arbitrio  
 papæ & iudicis, argum. l. j. ff. de iure deliberan. Or nō  
 potest videri maior, neque difficilior causa: quinimō  
 videt quasi diuina, habere gratiā & cōsensum regis,  
 episcopi viuentis, capituli, cleri, & populi, nec nō me-  
 tropolitani, & sui capituli. Nō est in mundo iudex, q̄  
 nō arbitrat hęc causam esse summē magnā, attenta  
 naturali hominū inclinatione ad dissentiendū. I. quia  
 poterat. ff. ad Treb. cap. quia diuersitatē. de cōcc. præ-  
 bē. Præterea ex hoc cōseruat pax & tranquillitas ec-  
 clesiæ, & cuitatē discordia & scandalum, quæ fortē, e-  
 ueniente vacatione, cum maximis litium anfractibus  
 contingere possent, sicut hactenus fuit, q̄ lis ferē du-  
 rauit xl. annis. Quæ omnia multum conferūt ad tole-  
 randum huiusmodi reservationem, secundum Lud. in  
 dicto cōsi. cccxxxij. vbi cōcludit, q̄ postea pacis, eui-  
 tatio guerrarum & scādali sunt causa sufficiens dero-  
 gandi decretis generalis concilij. Igitur cum præmissa  
 magna causa, prouiso quod in literis exprimat, op⁹  
 nor reservationem de dicto episcopatu faciendam esse  
 sufficientissimē fundatam, & valere, vt reservationem  
 sui natura reuocabilem, vt dictum est: nisi perfe-  
 ueretur in eadem voluntate vsque ad finem.

## ARRESTVM PARISIIS IN PARLAMENTO HABITVM SVPER CAMERARIATV LVGDVNENSIS ECCLESIAE,

Extractum à suo originali, per dominum Gulielmum  
 Benedictum: cuius postea sequitur Quæstio,  
 siue Tractatus, quomodo, aut quan-  
 do conferri possit dictus Ca-  
 merariatus.



**C**arolus Dei gratia Francorum rex,  
 vniuersis præsentes literas inspe-  
 cturis salutem. Notū facimus, quod  
 cū constitutis in nostra Parlamē-  
 ti curia dilecto, & fideli nostro ma-  
 gistro Frācisco Destaing sūmī pō-  
 tificis protonotario, & nostro in magno cōsilio con-  
 siliario, ecclesiæq; Lugdu. canonico à magistro Cle-  
 mente Mulat Senescali Lugduni locumtenen. se di-  
 cente, & aliis appellatē ex vna parte, & dilectis etiā  
 nostris canonicis & capitulo, & magistro Antonio  
 Dars, etiā canonico eiusdē ecclesiæ Lugdunen. inti-  
 matis, pariterq; à magistro Petro de Bastida ecclesiæ  
 sancti Nicetij Lugduni sacrista appellatibus ratione  
 dignitatis Camerariatus in eadē ecclesia Lugd. ex al-  
 tera, vel eorundem partium procuratoribus, præliba-  
 tus Destaing appellans dici, & proponi fecisset, quod  
 defunctus magister Ioannes Destaing dum viueret,  
 de nobili & Baronum genere procreatus, canonicatū,  
 præbendam, & Camerariatū de factō collatio-  
 nis, & illis longo tēpore vsus & gauisus fuerat.

Quiquidē Destaing eius senectutē, prædicti; ap-  
 pellantis eius nepotis ab eodē nobili, & Baronū genere  
 oriundi, ac Doctorū & literarū sciētia præditi, cano-  
 nicūque eiusdem Lugdunen. ecclesiæ, mores laudabi-  
 les, & merita perpendens, & ad dictā Camerariatus  
 dignitatem obtinendā, ipsum appellatē idoneū &  
 capace esse cognoscēs, vtque illi de eodem Camera-  
 riatu prouideretur, rescriptum apostolicum in forma  
 mādati de prouidēdo obtinuerat: cuius medio dictus  
 appellans dicto Camerariatu prouisus, & illius posses-  
 sionem, qualem de iure potuerat, adeptus extiterat.  
 Verūm ad prælibati magistri Antonij Dars instiga-  
 tionem dictus appellans quo minus per capitulum  
 reciperetur, necnon in gaudentia dicti Cameraria-  
 tus, licet decanus, & notabiliores canonici eiusdem  
 capituli eum voluissent recipere, impeditus fuerat,  
 prædictique intimati super bullis eiusdem appellatis  
 per Arrestum procedi, ac medio nonnullius præten-  
 sæ electionis in dicto capitulo via exquisita facta, di-  
 cto Dars de eodem Camerariatu de factō collatio-  
 nem fecerant, à quibus si quidem impēditis, &  
 aliis

aliis viis facti, idem magister Franciscus Destaing  
 ad prædictam curiam nostram appellauerat. Verūm  
 dicti de capitulo per formā monopolij à diuinis ces-  
 sauerant. Super quibus informatio facta, ac penes cu-  
 riam nostram reportata fuerat. Quare ex præmissis  
 concludendo petiisset idem appellans, quod per ipsum  
 curiæ nostræ Arrestum diceretur mall Arrestatum  
 & processum fuisse, ipsum verò appellatē bene  
 appellasse: quodque si dictus Dars in eodem Camera-  
 riatu ius vellet prætere, ipse & dictus appellans eo-  
 rum titulos, vt apparenter ius in eodē habenti, illius  
 gaudentia adiudicaretur, exhiberet, & dicti intima-  
 ti in suis expensis condemnarentur. Prænominati ve-  
 rō canonici, capitulum & Dars intimati duobus pri-  
 mario factis præsuppositionibus, videlicet q̄ in bene-  
 ficiis per simplicem resignationem vacantibus duo  
 erant simul coniuncta & inseparabilia extrema, resi-  
 gnatio scilicet & collatio. Et sicut in prophanis prin-  
 cipali destructo, quia contra legem vel canonem, ac-  
 cessorium erat nullum. Ita cessione siue resignatione  
 in forma resignationis vel alterius illiciti pacti vicio-  
 si subsistente, expectatiua collatio, quæ tanquam ac-  
 cessorium, resignatio autem vt principale habebatur,  
 nullius extabat in momenti. Quia actus indiuiduus spe-  
 cie, cuiusmodi erant resignatio & collatio, in parte  
 approbati, & in parte reprobari nequaquam poterat.  
 Expeditiones verò in forma reservationis, vel reser-  
 uationem, seu expectationem ad vacatura sapientes,  
 & per quas votum alienæ mortis ingerebatur, nullæ  
 & per sacra decreta, ordinationes nostras, & prag-  
 maticam sanctionem prohibita erant: necnon quod  
 appellatione beneficiorum, maxime in dispositione  
 prohibitiua, fructus continebatur, ex aduerso dici &  
 proponi fecissent, quod per antiquam fundationem  
 & statuta ipsius ecclesiæ Lugdunen. iure & authorita-  
 te apostolica vallata, & quæ ecclesia veteris, notabi-  
 lis, & magnæ fundationis, in eaque triginta duo cano-  
 nicatus, complures dignitates militariæ & alij habi-  
 tuati extabant, quotiescunque aliquam in eadem ec-  
 clesia dignitatem vel canonicatum, per cessum, de-  
 cessum, seu aliās vacare contingeret, fructus illius in-  
 ter ceteras dignitates & canonicatus, ad eodē no-  
 uo canonico viginti, aut triginta franci pro liberatio-  
 ne duntaxat remanebant, & absque eo, quod talis di-  
 gnitatis seu canonicatus vacantis fruct⁹, quouis quæ-  
 sito colore, referuari cupiam possent, aut valerent,  
 diuidebantur. Prædictæ autem dignitates & potis-  
 simum Camerariatus, qui clauium portarum clau-  
 stra, ecclesiæ custodiam habebant, magni oneris erāt  
 ipsis quoque & ceteris canonicis comites Lugduni  
 existentibus, complures famulos stipendiare, & ale-  
 re, ac expensas non modicas, ne tantæ ecclesiæ vile-  
 sceret dignitas portare: & ob hoc dictos fructus  
 inter se ipsos diuidere oportebat: dixissent insuper  
 prælibati intimati, quod sub prætextu cuiusdam pro-  
 curationis per defunctum magistrum Ioannem De-  
 staing, dum viueret in dicta ecclesia Camerarium, eo  
 valetudine aduersa laborante, ad dictum Cameraria-  
 tum eum omnium fructuum reservatione, retentione,  
 ac regressu resignandum, ad inductionem, & insti-  
 gationem dicti appellantis passata: idem appellans  
 mandatum apostolicum de prouidendo clausulam  
 retentionis siue reservationis omnium fructuum eius-  
 dem Camerariatus, & quod eodem appellatē ceden-  
 te vel decedente, aut aliās ipsum quomodo libet di-  
 mitte, idem resignans virtute prioris tituli, perin-  
 de ac si minimē resignasset, ad illam dignitatem ha-

beret regressum, continens obtinuerat, & illud præ-  
 dicto de Bastida præsentauerat executioni deman-  
 dandum. Qui quidem de Bastida dicto appellanti de  
 eodem Camerariatu cum illis clausulis reservationis;  
 & regressus sub vnico actu expressis, duos simul &  
 semel in eadem ecclesia Camerarios & superiūtes  
 illorum introducendo, & rem etiā in prophanis pro-  
 hibitam, cū pactum de futura successione & inuicē  
 succedendo extaret reprobatū, faciendō collationē,  
 quæ potius vera reservatio cēseri debebat, fecerat. Di-  
 xissent postmodum iidem intimati, quod à præsentā-  
 tione bullarum ipsis de capitulo per dictum appellā-  
 tē, & fulminationem censurarum factarum ad illum  
 seu illos, primò & ex inde, quia bullæ & p̄cessus de-  
 super fulminatus censuras & excommunicationes la-  
 tæ sententiæ continebant tanquā ab abusu ad dictam  
 curiam nostrā appellauerant, & quanquam dicto ap-  
 pellanti ipsi de capitulo, si quod suis bullis, tanquam  
 decretis ordinationibus nostris, & pragmaticæ san-  
 ctioni contrariis renuntiare, & prædictam resignatio-  
 nem simpliciter vel causa permutationis in dicti ca-  
 pituli manibus fieri facere vellet, ad hoc eū reciperēt  
 obtulissent: Attamen sp̄ta dicta oblatione, contra  
 dictos de capitulo in generali, & particulariter per  
 cēsuras & excommunicationes procedi fecerat. Vnde  
 iidem intimati rursus appellauerant, & nihilominus  
 in capacitate eiusdē Destaing appellantis ad causam  
 prædictæ resignationis simoniacæ cum retentione  
 omnium fructuum contra decreta & statuta dictæ ec-  
 clesiæ, & attentando contra illa facta, & mādato de  
 prouidendo prædictis decretis derogantibus. Atten-  
 tis, & quod prouidendi potestas ad ordinarium deue-  
 nerat de dicto Camerariatu tanquam vacante dicto  
 Dars illius ecclesiæ canonico, & sufficenti collationē  
 faceret. Qui quidem Dars medio dictæ collationis  
 possessionem cum protestatione acceperat. Procura-  
 tor autem noster in dicta villa Lugduni de iam dictis  
 bullis certificatus, super illis per Arrestū procedi fe-  
 cerat: & super his partibus prædictis corā dicto Sene-  
 scallo Lugduni, aut eius locumtenen. auditis, idē De-  
 staing à prædicta dictarum suarum bullarum arrestā-  
 tione se pro appellante gesserat, & literas à nobis, per  
 quas dictas bullas sic Arrestatas penes iam dictam cu-  
 riam nostram afferri mandabatur, obtinuerat. Cōse-  
 quenter dixissent antedicti intimati, q̄ cum aliquis  
 medio aliquarum bullarum sacris cōcilijs, ordinationi-  
 bus nostris, & pragmaticæ sanctionis derogantium  
 cuiusmodi illi prædicti appellantes erant, recipi re-  
 quirebat, capitulum illis minimē obtemperare: cū  
 potius talium impetrantes toto posse reuicere teneba-  
 tur, neq; beneficiorum cū fructuū retentione resigna-  
 tio fieri poterat, valebat cū beneficia sine diminuō-  
 ne, & diuisione debeāt resignari & conferri: & si col-  
 lationem faciendo, collatio de fructibus pacifice recu-  
 signatio illa tanquam simoniaca nullius extaret ef-  
 fectus. Et ab hoc, si dictus Destaing à denegatione de  
 eum recipiendo se diceret appellasse, nequaquam ve-  
 niebat admittēdus, minūque ab Arrestatione dicta-  
 rum bullarum, cū essent contra concilia generalia,  
 & fundationē ecclesiæ prædictæ: etiam si dictæ bul-  
 læ dictis ordinationibus nostris contrariæ non fuisset.  
 Attamen cū à nobis beneplacitum, aut à iudi-  
 ce alio competenti mandatum, seu permissionem il-  
 las exequi faciendō minimē obtinisset, iunctis inhi-  
 bitionibus per nos, ne quis Romam irēt, factis, illā-  
 rum bullarum executio, abusus, & interpretia ex-  
 tabat. nec obstabat mandatum de prouidendo per  
 appellan-

appellantes præsentem: quoniam quoties tale mandatum surreptitium vel contra concilia; & decreta impetrantium, collatio vero indigno, aut criminoso facta, cuiusmodi dictum mandatum, & idem appellans existebat, reperiebatur, potestas conferendi ad ordinarium redibat. Ex quibus præmissis, & aliis cōpluribus rationibus, & causis dicti intimari vt appellantes concludendo requisissent, per prædictæ curiæ nostræ Arrestum dici & declarari, dictū Destaing malè & abusiue contra ordinationes nostras, & pragmaticam sanctionem prædictas impetrasse, dictum de Bastida malè processisse & fulminasse, ipsos verò intimatos & appellantes bene appellasse. In quantum autem idem Destaing appellans extabat, illum vt appellantes inadmissibilem esse, & si admittebatur malè & sine grauamine appellasse, prædictæque dicti appellantis bullæ tanquam damnatæ, ac sacris decretis contrariæ in eadem curia nostra detineri & lace-rari, ac eidem Destaing & cæteris generaliter, ne com-munes bullas de cætero impetrare auderent, inhiberi & defendi. Et in super monitiones & censure per prælibatum de Bastida latas seu factas cassari & annullari: excommunicatos verò ad cautelam absolui: nec non pro præmensionis abusu eundem omnia præmissa reuocari faciendi, ac absolutionem & certificationem dictarum reuocationem suis sumptibus afferendi: quousque omne idem fecisset, prisonem tenendâ, & in eorundem intimatorum damnis, interesse, & expensis condemnari, dictumque de Bastida, & quendam Pocachart nuncupatum in eadem curia nostra personaliter comparituros adicernari. Supradicto defuncto magistro Ioanne Destaing, dum viueret, seu eius procuratore iudicialiter declarante, qd licet medio resignationis per eum de dicto camerariatu factæ ac prædicti mandati ius summo pontifice cum referua-tione fructuum & regressu obtenti, eidem Destaing appellanti suo nepoti merito & idoneo de eodem camerariatu, iuxta eiusdem mandati & clausularum dis-functionum in eo expressarum seriem prouisum extitisset, indubitanterque in huiusmodi gratiosis, dictus summus pontifex plusquam in eisdem mandato & prouisione contineretur, signanter causis & perso-narum qualitatibus consideratis posset, nullique alteri quam dicto summo pontifici de eodem camera-riatu prouidere liceret. Attamen idem defunctus Destaing contra prouisionem suo prædicto nepoti factâ venire regressum habere, nec alios fructus eidem camera-riatu pertinentes, quam dicta resignatione simplici existente perceperisset, necnō ac si prædictæ vltimæ clausulæ in eisdem mandato & prouisione subsequuta expressè non essent, capere, dictis tamen resi-gnatione & prouisione tenentibus, minimè intende-bat. Procurator autē noster generalis prædictarum dicti Destaing appellantis bullarum & processuum inde fulminatorum tenore recitato, illas prohibitas & damnatas, sacrisque cōcellis, decretis, pragmaticæ sanctioni, & ordinationibus nostris iamdictis contrariis esse: quoniam per eas resignans, cui omnes fructus loco pensionis quanquam suo nepoti fieret prouiso, reseruabatur, Camerarius extabat cedenteque vel cedente, aut quoquo modo dimittente prædicto ap-pellante in eodem camerariatu, dictus resignans per inde ac si nunquam resignasset, redibat. Et per omnia sacra concilia pluralitas titulariorum in eodem be-neficio, successio in beneficiis, diuisio beneficij, prouisio alicuius beneficij ante quam vacaret, & referua-

tionem prohibebantur, allegasset, dixissetque dictum defunctum Destaing duo procuratoria ad renūtiandum prædictis fructibus & regressu produxisset. Et idcirco requisisset per eandem curiam nostram aduocatis eiusdem, ne summum pontificem tales re-seruaciones facere posse, deinceps allegarent, inhiberi. Nec non impetrationes, executiones, excommuni-cationes, censationes à diuinis, & interdicta abusu declarari, eundemque de Stagno appellante ad omne id cassari, reuocari, excommunicatos absolui, censa-tionemque à diuinis, & omnes pœnas tolli, omniâq; in pristinum statum, ac si nunquam processissent, & prout ante dictarum bullarum impetrationem repo-ni faciendam, ac censationem & reuocationem in forma afferri, pariterque in emendâ mille librarum con-demnari: & super dicti beneficij prouisionem, visis dictis procuratoribus per dictam curiam nostram suum arrestum breui manu pronuntiarum, præfato Destaing appellante, replicante, & prælibatis intimatis duplicantibus, & vt supra concludentibus. Super qui-bus, dictis partibus ad plenum auditis, eadem curia nostra ipsas ad quicquid vellent penes eam tradendum & producendum absque contradicibus, & ad consilium: quodque dictus Destaing suas bullas penes eam poneret, quæ ibidem quousque aliter foret ordi-natum remaneret: & per eisdem intimatos per manus grafarij eiusdem viderentur. Excommunicati verò, si qui essent, ad cautelam absoluerentur, ac censa-tio à diuinis, & interdicta leuarentur, & amouerentur, appunctasset: & postmodum dicta curia nostra per suum arrestum vicesima octaua die mensis Martij, anno Domini millesimo quadringentesimo nona-gesimo quarto ante Pascha datum, quod partes præ-dictæ in dicta materia magis amplè producerent, contradicaturque & saluationes hinc inde traderent. Quo facto ipse partibus suis faceret, ordinasset.

Tandem visis per eandem curiam nostram, litiga-to in causa inter antedictas partes, vicesima secunda die Ianuarij, anno Domini millesimo quadringente-simo nonagesimo quarto, facto: & ceteris per ipsas partes penes dictam curiam nostram positis, & pro-ductis vnâ cum ipsarum contradicibus & saluationibus: ac audito super hoc procuratore nostro genera-li requirente, qd absque bullis & prouisionibus apo-stolicis per præfatum magistrum Franciscum Destaing decimo quarto Calendas Iulij, anno prædicto millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto im-petratis, & aliis collationibus medio dictarum bullarum, & processuum apostolicorum, reseruacionem omnium fructuum dicti camerariatus & regressus superuenienti continentium factis & interuentis, tanquam sacris decretis ordinationibus nostris & prag-maticæ sanctioni contrariis, & derogantibus respec-tum habendo ipsa curia nostra, ipsis partibus ius faceret. Vis itaque literis procuratoris per præfatum defunctum magistrum Ioannem Destaing antedicti magistri Francisci auunculum, vicesimanona die Decembris, eodem anno millesimo quadringentesi-mo nonagesimo quarto pro prædictis reseruacioni & regressibus renuntians passatis: pariterque renun-tiatione dictorum reseruacioni & regressibus in eadem curia nostra per dictum vita functum magistrum Ioannem Destaing eiusve procuratorem vicesima-secunda die Ianuarij, anno prædicto millesimo qua-dringentesimo nonagesimo quarto facta: atque cōsi-deratis considerandis, & quæ curiam ipsam in hac parte mouere poterant, aut debebant: memorata curia no-

ria nostra per suum arrestum appellationes vtriusque partis absque emenda, fructibus, & expensis annulla-uit & annullat, & ex causa, & nihilominus, quod abs-que iam dictis bullis, & prouisionibus apostolicis de-cimo quarto Calendas Iulij, prædicto anno millesi-mo quadringentesimo nonagesimo quarto datis, & aliis collationibus, medio earundem bullarum & prouisionum apostolicarum factis, & interuentis, tanquam sacris decretis ordinationibus nostris, & pragmaticæ sanctioni contrariis, & derogantibus respectum habendo: præfatus magister Franciscus Destaing virtute bullarum & prouisionum apostolicarum per eum septimo Calendas Ianuarij prædicto anno millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto obtentari per Decanum & capitulum prædictæ ecclesiæ Lugdunen-sis ad iam dictam camerariatus dignitatem, fructus quoque, profigura, reuenutas, & emolumenta eiusdem, recipitur: eadēque camerariatus dignitate ac fructibus eiusdem, idem Destaing propositis per dictos canonicos, capitulum, & magistrum Antonium Dars non obstan. gaudebit: nec non quod cessatio à diuinis interdictis, ex cōmunicationibus, & aliæ censura eccle-siasticæ in eadem curia Lugdunen. immixtæ, & appo-sitæ leuabuntur, & amouebuntur, & excommunicati si qui sint, absoluentur, si factum non fuerit, quodque ad omnia præmissa faciendâ & patiendâ, prælibati decanum capitulum, Dars & Destaing, quilibet in suo respectu, ac omnes alij propter hoc cōpellendi omni-bus viis, & modis debitis, & rationibus, oppositionibusque aut appellationibus factis aut faciendis qui-buscūque nō obstantibus, cogentur & compellentur, ordinari & ordinari: & vterius omnibus personis cuiuscunque status vel conditionis existant, ne de cætero prouisiones, & bullas apostolicas omnium fructuum reseruacionem & regressus continentis, tanquam prædictis sacris decretis & ordinationibus nostris, & pragmaticæ sanctioni contrariis & dero-gantes, sub pœna & effectu illarum cadendi, & emen-dæ arbitrariæ impetrent, inhibuit, & defendit, inhi-betque atque defendit per idem arrestum. In cuius rei testimonium, nostrum præsentibus literis iussimus apponi sigillatum. Datum Parisiis in parlamento nostro decimanona die Aprilis, Anno Domini millesi-mo quadringentesimo nonagesimo sexto, post pascha: & Regni nostri decimotertio, Per arrestum curiæ, de Cerisay.

Cameraria, quæ dignitas est in ecclesia cathedrali Lugdunen. contentiosa, & litigiosa extitit in parlamento Parisiis, super possessione eiusdem inter magistrum Antonium Dars ex vna, & nobilem & egregium virum dominum Franciscum de Stagno, domini nostri regis consiliarium in eius magno con-silio partibus ex altera. Quæ quidem lite pendente, cum ex statuto seu consuetudine dictæ ecclesiæ, ali-quæ præbenda vacante, facultas optandi possessiones & iura præbendæ vacantis pertineat canonicis comitibus eiusdem ecclesiæ: & primo loco dignitates tenentibus; in eadem plures præbendæ vacauerūt, quarum possessiones & iura in optione dignitatum, & canonicorum prædictorum ceciderunt: & quia dictus Dars, cui capitulum, & canonici dictæ eccle-siæ faciebant tanquam electo & recepto ab eis: & ipsum dicta dignitate gaudentes tanquam ca-merarius plures de possessionibus vacantibus apta-

uit. Et similiter dictus de Stagno, licet effectualiter rebus optatis gaudere non posset, finaliter tamen in causa obtinuit: & per arrestum dictum extitit quod per capitulum reciperetur, & sine expensis & restitu-tione fructuum.

S V M M A.

- 1 Possessiones, iura & redditus canonicatus postea ob-uenientes, an censentur vt fructus, vel vt pars dictæ dignitatis.
- 2 Beneficia dignitatis nemo conferre potest, nisi qui eius fru-ctus facit suos.
- 3 Vt fructuario debetur omnis utilitas.
- 4 Consecrationes cedunt fructuario.
- 5 Feudi incrementum industria vasalli factum perimet va-sallo, non domino.
- 6 Dignitate perditâ perditur eius accessoria.
- 7 Intentio non presumitur alia, nisi qua ex verbis demon-stratur.
- 8 Emphyteusis cadens in commissum cedit fructuario pro tempore usus fructus, & non ultra.
- 9 Fructus appellationis quid veniat.
- 10 Vt fructus quid.
- 11 Vox eligendi est in fructu, non tamen proprietates rei ele-ctæ.
- 12 Optio duos parit effectus.



V A E R I T V R nunc, an dictus Dars dimittere teneatur dicto de Stagno non solum dignitatem prædictam seu possessionem illius, sed etiam di-ctas possessiones, iura, & redditus optata, tanquam de pertinentiis dictæ dignitatis existentia. Vel sit dicendum, quod debeant remanere dicta magistro Antonio Dars, tanquam de fructibus præteritis, à quorum restitutione per arrestum est absolutus existentia. Et videtur primo, quod dictas possessiones, iura & redditus optata cedere debeant lucro dicti Dars. Nam certum est, qd à tempore, quo per capitulum electus fuit & recep-tus vsque ad diem arresti, per quod à fructibus fuit absolutus, haberi debet tanquam fructuarius, & omnes fructus facere suos: tum quia ecclesiæ in di- uinis deseruiebat, ad causam cuius seruitij fructus debentur: quia os bouis triurantis ligari non debet. Et lex naturæ habet, quod qui onus sentit, fructum etiam consequi debet. Tum etiam, quia per arrestum à fructuum perceptorum restitutione absolutus est, quod aliud importare non videtur, nisi quod omnes fructus fecit suos. Igitur ad restitutionem dictarum possessionum & reddituum optatorum, tanquam sibi pertinentium non tenetur: quia optare, id est eligere, & conferre inter fructus dignitatis compu-tantur. Ideo videmus quod capitulum, sede vacante, conferre non potest beneficia: quia non facit fructus suos, capi. cum olim, de maiestate & obedientia. & in clemen. statutum: de electio. & ele. potesta. notatur in capitulo transmissum. de electio. ¶ Talia enim al-teri non pertinent, nisi ei, qui fructus dignitatis facit suos, vt ibi deciditur, sicut fecit dictus Dars, du-rante lite, in parlamento. Si enim curia à fructibus eum absoluendo, omnes fructus & consequenter res optatas habere non intellexisset, eas expressè exce-  
EE pisset.



# G V L I E L M I B E N E D I C T I D E M A T R I M O N I O , E I V S Q V E

contractibus quaestio breuissima, iuris  
studiosum vtilis, tum  
necessaria.

\*

**A**NNO domini Millefimo quadringentesimo sexagesimo nono, & die decimaseptima Nouembris fuit celebratum matrimonium [De matrimonio cōsimili, vide Andr. Barbatiam, in prima parte, a cōsi. xxix. Inter dominum Gilbertum de Chabanes militem, dominum de Curtō, ac gubernatorem Lemouicē. ex vna: & nobilē dominā Francesiā de Turre, filiā naturalem & legitimam nobilis & potentis domini Bertrandi de Turre comitis Boloniā, & Aluerniā, ac dominā Ludouicā de la Tremouille coniugum. In cuius matrimonij contractu fuit inter cetera cōcordatum & pactatum, quod casu quo comes praefatus sine liberis masculis decederet, aut eius liberi sine masculis, idem comes dedit dictā dominā Francesiā & ab ea descendentes ex dicto matrimonio in aduantageum, & pro praecipuo vltra alias suas dicti comitis filias, castra sua, terras, & dominationes de Rion, Rignat, Clamers, & sancti Christofle, cum suis pertinentiis & dependentiis, & in residuo bonorum dicta Francesia, casu illo adueniente, & ex ea descendentes venirent ad partagium cum ceteris aliis filiabus suis.

## Sequitur tenor pacti.

Item, a est plus dit, & accordé entre lesdictz contrahans, que au cas que mondiet seigneur de Bouloigne iroit de vie à trespas sans enfans, ou sefaldit enfans masculis sans mafles descendans deus en loyal mariage, en iceluy cas lediet monseigneur de Bouloigne a donné & donne à ladite damoiselle Françoise sa fille, & aux sens en precipuité & auantage de ses autres heritiers les chastels, &c.

Or decessit dictus comes Bertrādus, relicto domino Ioanne de Turre eius filio naturali & legitimo qui ex post sine liberis decessit masculis, & sic veniente conditione substitutionis in dicto cōtractu matrimoniali appositae, dicta domina Francesia, seu dominus Ioannes de Chabanes eius ex suo matrimonio filius, petit dicta castra sibi praecipua. Sed ei obiicitur, quod postquam dictus dominus Bertrādus comes reliquit filium masculum, quod dicta substitutio expirauit.

S V M M A.

- 1 Intentio spectanda potius quam series verborum.
- 2 Verba non praevalent sensui.
- 3 Substitutio etiam in contractu fieri potest.
- 4 Primogenitura fauent omnia iura.
- 5 Substitutio habetur pro facta, ubi versimiliter apparet testatorem ita voluisse.
- 6 Dubia voluntas interpretanda est ex congruitate verborum praecedentium, vel sequentium.

**V**ISO instrumento matrimoniali, cuius tenore constat ipsum solum fuisse si absque masculis decederet, substitutione grauatum, & non eius liberos, si absque masculis morerentur. Nam tenor instrumenti matrimonialis nunc reperi per tres notarios recepti, sic habet, &c.

Item, a est plus accordé que au cas que mondiet seigneur de Bouloigne iroit de vie à trespas sans enfans, ou enfans mafles descendans d'eux en loyal mariage, en iceluy cas mondiet seigneur de Bouloigne a donné, &c.

Or quicquid scriptum in dicto instrumento reperitur, alter ex notariis qui superest, necnon tres aut quatuor testes dicunt etiam liberos dicti comitis fuisse dicta substitutione grauatos. Queritur quid iuris.

Pro fundamento dicendorum praesuppono vnum quod est verissimum, quod in iudicandis actibus humanis praesertim hominum iam defunctorum possidentium sequenda & inspicienda venit intentio eorum, siue testatores fuerint, siue contrahentes. Nam actus agentium interpretandi sunt & iudicandi secundum intentionem eorum, & non secundum seriem verborum, ubi praesertim dubitatur de defectu errore scribentis contingente. I. non omnis. ff. si certum petatur. ¶ Cum enim manifestissimus est sensus testatoris, verborum interpretatio nunquam tantum valet, vt melior sensu existat dicit text. in l. si quis filium. C. de libe. prae. Quoniam voluntas plura, quam verba inspicienda est, atque sequenda. I. cum virum. C. de fideicommissis. Ideo scribitur proverb. xix. qui tantum verba seclatur, nihil habet: qui autem possessor est mentis, bona reportabit. Pariter dicit apostolus ij. ad Corinth. ij. c. Litera occidit, spiritus viuificat. Ex quibus clarè resultat, de tenore vel qualitate verborum non esse curandum, ubi constat de mente ac intentione loquentis: maximè cum verba contrahentium non repugnant intentioni eorum, quauis defectum patiantur, cum hoc esse potuerit aut imperitia loquentis, vel errore scribentis, aut inadvertentia, quod nocere partibus non debet. I. errore. C. de testamen. Quo casu defectus literarum suppletur per sensum, voluntatem & intentionem contrahentium, vt liquet ex praedictis: & est verus vtriusque iuris sensus. Cum igitur vt ex facto praecedenti clarè resultat iuncto tenore pactorum matrimonialium interdictos dominos quondam comitem Bolonien. & de Chabanes dominum de Curtō in contractu matrimonij inter eundem de Chabanes & Francesiam de Turre filiam dicti comitis celebrato: dictus comes voluerit & semel consenserit, quod casu quo ipse sine liberis masculis, aut eius liberi sine masculis decesserint, dicta Francesia eius filia, & ex ea descendentes haberent sibi praecipua dicta quatuor castra. Talis

## Quaestio de Matrimonio.

35

Talis voluntas est nunc exequenda, postquam conditio substitutionis cōtingit, videlicet quod Ioannes filius dicti comitis sine masculis decessit, & quae quidem substitutio valet & valet, quamuis in contractu apposta fuerit, per text. in l. quoties. C. de dona. quae sub modo. iuncto quod liberis nascituris ex cōtractu aut alia dispositione acquiri potest. I. quod dicitur. vbi plenè Alexand. ff. de verb. obligatio. Nec obstat, quod in instrumento matrimoniali à tribus notariis recepto, non reperitur scripta aliqua substitutio liberi dicti comitis donatoris facta, sed sola substitutio ei soli adiecta, quae videtur eo ipso expirasse, quod idem comes donator dicto Ioanne eius filio superest decessit. l. j. C. de conditio. insertis. Quia ad hoc respondetur, quod licet in dicto instrumento expressa substitutio non reperitur scripta, liberis dicti comitis facta: tamen quia facta fuit & illam fecisse dictus donator intellexit & voluit: certè eius voluntas & intentio sequenda est: adeo, quod iudices eam pedentem sequi debent, sicut canis leporem, vt verbis vtar Bal. in l. final. C. de necessa. seruis hereditat. instituen.

Et quod dictus comes donator dictam substitutionem fecisse intendit, ac eam fecerit, demonstratur ex multis. Primò ex cōiectura valde vigente, quae ex eo surgit, quod postquam donator seipsum substitutione oneravit, si absque masculis moreretur, multò magis saltè à simili eius liberos & posteros onerare voluisse praesumitur, dicta cōditione adueniente; scilicet, si decederet sine masculis. Cum non sit verisimile seipsum plus onerare voluisse quam eius filios & posteros: considerato, quod nulla charior libertas, quam in seipso à quo charitatis ordo incipit. l. praesens. iuncta glos. C. de seruitu. Praeterea si dictam Francesiam eius filiam primogenitā & posteros ex ea descendentes, in dictis quatuor castris praeferi ceteris suis ipsius donatoris filiabus, vt scriptum reperitur in dicto instrumento. ¶ Et hoc fauore primogenitae, cui omni iure diuino, canonico, & ciuili fauendum est in his maximè feudis nobilibus: vt patet Genes. xxv. & in capit. licet. de voto & voti redemptio. vbi ad hoc Panormita. pulchrè diuim allegat Bernardum sic cōsuluisse cuidam bono militi, fortius praesumitur voluisse eam praefere nepotibus ex Ioanne filio & quibuslibet vltioribus posteris. Quae quidem praesumptio sequenda est, vt scilicet dicamus substitutionem etiam factam fuisse liberis dicti donatoris, per text. in l. quoties. §. sed si non in corpore. ibi: quasi plura nuncupatum sit, minus scriptum. ff. de heredi. institui. & deciditur magis clarè in l. cum proponeretur, ibi: per errorem omittam mutua substitutione. ff. de leg. ij. Ex quibus concludunt doctores, quod & vbi per cōiecturam & versimilitudinem apparet, donatorem vel testatorem facere voluisse substitutionem: certè eo casu substitutio haberi debet pro facta, & perinde habere ac si expressè fuisset scripta in instrumento.

Secundò principaliter dictam substitutionem etiam liberis donatoris factam fuisse, dico apparere etiam ex litera & tenore dicti instrumenti matrimonialis, ibi dum dicit: Item: fuit accordé que au cas que mondiet seigneur de Bouloigne iroit de vie à trespas sans enfans, ou enfans mafles descendans d'eux en loyal mariage, &c.

Quae verba, eorum bene considerato tenore, clarissimè ostendunt dictum donatorem praefatam Francesiam & ex ea descendentes, nedum sibi ipsi, sed etiam

liberis suis substituisse, si abq; liberis masculis morerentur, & hoc duplici ratione. Primò propter euitandam verborum superfluitatem; quae de nihilo operaretur: esset enim euidentis superfluitas si donator sibi soli substituendo bis dixisset, seu verba haec protulisset: *Sans enfans, ou enfans mafles*, cum satis abundè sufficeret semel dixisse, *Sans enfans*. Oportet ergo ad euitandam superfluitatem verborum (quae in viris praesertim sapientibus, quales erant dicti contrahentes, non praesumitur) praesumere & iudicare, quod sibi ipsi per illa verba, *Sans enfans*, priore loco prolata substituit. Et per sequentia verba, *Ou sans enfans*, substituere voluerit, & intellexit, filius & liberis suis si absque masculis morerentur, prout verè eis substituit. Sed notarius qui instrumentum dictauit, errore substitutionem liberis factam scribere omisit: deindeque ceteri duo tabelliones inadvertenter instrumentum sic defectuosum signarunt. Nam errore scribae fuit omisissum, *Ou ses enfans*. Post quae verba congruè adaptantur verba sequentia, *Sans enfans mafles*, & ita iudicandum est, vt notoria euitetur superfluitas, quam ars sicut natura respuit. capitu. sicut consuetudo. vbi Panormita. de probatio. Secundò ita iudicandum fore demonstratur ex verbis sequentibus dum dicit, *descendans d'eux*, in numero plurali: quoniam si donator sibi soli substituere voluisset, & non aliis suis posteris, illa verba expressisset in numero singulari, sic dicendo: *descendans de luy*. Sed quia in substitutione comprehendere intendebat posteros, & eis sicut sibi ipsi dictam Francesiam & eius descendentes substituere, vsus fuit verbis pluralis numeri, quasi diceret quod si ipse aut eius liberi morerentur sine masculis ex legito matrimonio descendentes, substituerebat Francesiam eiusque sobolem: & iste est rectus sensus, & congrua verborum praedictorum intelligentia. ¶ Nam quoties voluntas est dubia, semper venit interpretanda ex congruitate verborum praecedentium vel sequentium, vt dicit text. in l. si seruus plurium. §. finali. ff. de lega. j. & l. nummis. ff. de legat. ij. facit l. heredes palam. §. sed & si notam. ff. de testa. Tertio & vltimò, substitutionem fuisse factam, nedum soli donatori, sed etiam suis liberis, dico clarissimè apparere per testes quatuor, inter quos est alter ex tribus notariis, qui dictum matrimoniale instrumentum receperunt. Qui clarè deponunt de hac substitutione, vnde eis standum est, & plenè creditur considerato maximè, quod agitur de probando contractum, quo casu duo testes sufficiunt. I. vbi numerus. ff. de testi. Nam per eos probari potest, quod per notarios fuit omisissum, vel aliter scriptum, quàm dictum fuerit per contrahentes, vt plenè decidunt omnes in dicta l. errore. C. de testamen. glos. & docto. in l. ij. C. de bono. posses. secundum tabulas. & in dicta l. quoties. & l. cum proponeretur. & Barto. in l. si liberrarius. ff. de regulis iuris. Panormita. in capitu. cum Ioannes. de fide instrumentorum. Salice. & docto. in l. in exercendis. illo eodem titu. C. maximè in casu nostro, vbi pro depositione dictorum testium, quod veritatem dixerint, facit praesumpta & cōiectura intentio & voluntas donatoris. Nec eis repugnat tenor instrumenti matrimonialis: imò si rectè & congruè intelligatur, conuenit & concordat cum dictis & depositionibus testium: vt patet ex praemissis, & ita videtur mihi G. Benedicti.

Tom. 3.

EE iij

# PROCESSVS PRAEVEN- TIONALIS, CORAM INFRA DICTIS RE-

uerendisimis agitatus in quendam Ioannem presbyterum homicidam  
variusque criminibus praeventum. Quem postea sequitur suc-  
cincta admodum GVLIELMI BENEDICTI Qua-  
estio de homicidio, quali ter scilicet, & quo  
medio puniendus sit dictus  
presbyter homi-  
cida.

35

**Initium, & contextura processus praeventionalis** nouiter agitati & finiti coram reuerendis in Christo patribus dominis Ioanne Montifalbani, Matthæo Appamiarum, Ludouico Vabreñ. Petro Vaureñ. Galhardo Conuenarum, Ioanne Tiriano, & Sauario Lumbarieñ. miseratione diuina, & factæ sedis apostolicæ gratia episcopi, & iudicibus in ea parte, inter procuratorem fiscalem in prædicti domini Montifalbani episcopi, præuenientem, & accusantem ex vna, & dominum Ioannem Cascanelli presbyterum de Merlato dictæ diocesis Montifalbani habitatorem, de quodam horribili homicidio & aliis diuersis criminibus praeventum, & accusatum partibus ex alia. Fuit in prima figura vsque ad prolationem sententiæ expedita, & tradita venerabili viro Domino iudici appellationum curiæ Archiepiscopalis & Metropolitanæ Tolosæ, seu eius locum tenenti, per me Galhardum de Cruce notarium eiusdem processus scribam, obtemperando certis præceptis & iniunctionibus mihi factis, excepta dicta reportus, cuius & sententiæ inde sequutæ ac realis executionis, & actualis degradationis dicti Cascanelli in vim dictæ sententiæ factæ tenores seriatim sequuntur, velut infra.



**N**OMINE Domini amen. Nouerint vniuersi moderni & futuri, quod in dicto processu praeventionali coram præfatis dominis Episcopis & iudicibus in eadem causa in vnum congregatis apud Tolosam, territorio eiusdem per Reuerendum in Christo patrem dominum archiepiscopum Tolosanum seu eius vicarios concesso, in mense Februarij anno domini millesimo quingentesimo vndecimo, taliter processum fuit, quod ipse Cascanelli ad longum auditus, & de sui consensu fuit renuntiatum & conclusum in causa, & ad sententiæ & ius dicendum clausus processus. Et exinde quadam die veneris, vicesima septima mensis prædicti Februarij intitulata, apud intra domum archiepiscopalem, siue officialatum Tolosæ, circa horam septimam de mane coram reuerendis dominis episcopis supra nominatis, egregius & venerabilis vir dominus Ioannes de Badeto iurium doctor, officialis Montifalbani pro dicto domino Montifalbani episcopo, de mandato ipsorum dominorum Episcoporum reportauit supra dictum processum ad longum, & meritum, & casum eiusdem declarauit, & ipsis dominis episcopis ad intelligendum dedit, in conspectu & præsentia egre-

giorum & venerabilium virorum dominorum Petri Buxi, Antonij Capelleo, & fratris Mathurini Pauleti iurium professorum, Petri Rosinholi, & dominorum officialium Vabreñ. & Vaureñ. licentiatorum, & plurium aliorum dominorum licentiatorum, & bacallariorum ibidem existentium. Postquam quidem relationem, ipse idem dominus officialis Montifalbani relator, fuit opinionis supra nominatum Cascanelli delatum, pro reparatione & pœna homicidij, & aliorum excessuum per eundem perpetratorum, fore degradandum, & deponendum officio & beneficio clericalibus & presbyteralibus. Et hoc pluribus ex causis & rationibus iuris prius per eundem deductis, in scriptis redactis, & per eundem lectis in sine præsentis processus descriptis: cuius quidem opinionis fuere memorati domini Capelleo, Buxi, Pauleti, Rosinholi & officialis Vaureñ. Dicitur autem dominus officialis Vabreñ. fuit opinionis prædictum Cascanelli fore deponendum, & condemnandum ad carceres perpetuos. Sed demum inter eosdem dominos episcopos fuit conclusum iuxta opinionem dicti relatoris, & aliorum iurisperitorum prænominatorum, iam dictum Cascanelli præuentum & delatum fore realiter & actualiter deponendum, degradandum officio & beneficio presbyteralibus, pro pœna & reparatione excessuum, & delictorum prædictorum. Et subsequenter eadem die, & circa horam primam post meridiem, intra consistorium curiæ archiepiscopalis Tolosæ, vbi ipsa curia est teneri solita, supra nominati domini episcopi & iudices ibidem more maiorum pro tribunali sedentes, & prout consueuerant in expeditione dictæ causæ eorum audientiam publicè tenentes, comparante dicto Cascanelli prifonerio ibi adiuncto ex vna, & procuratore fiscali dicti domini Montifalbani episcopi partibus ex alia, & sententiæ in causa prædicta fieri petente, eandem sententiæ in scriptis protulerunt, & dederunt in hunc qui sequitur modum. Et nos Ioannes Montifalbani, Matthæus Appamiarum, Ludouicus Vabreñ. & Petrus Vaureñ. Galhardus Conuenarum, Ioannes Troianus, & Sauario Lumbarieñ. episcopi & iudices pro hac causa specialiter congregati, sacrosanctis quatuor Dei euangelis coram nobis propositis & ostensis, vt de vultu Dei nostrum prodeat iudicium, & oculi nostri semper videant æquitatem, signantes nos signo venerabili sanctæ crucis, sic dicendo: In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amen. Ad sententiæ diffinitiuam procedimus in hunc qui sequitur, modum. Quia

vifis

vifis & diligenter inspectis totius præsentis causæ præuentionalis meritis, habitæque super his matura consilij deliberatione cum peritis, constat nobis episcopis & iudicibus prædictis, te dominum Ioannem Cascanelli presbyterum diocesis Ruthenæ oriundum, & à triginta annis citra loci de Merlato diocesis Montifalbani habitatorem, hic coram nobis personaliter comparentem & præuentum, tam per confessionem tuam, quam per plures testes contra te in eadem causa productos, & tibi acaratos, per vnum annum in festo omnium sanctorum vltimatè præterito, seu circa fuisse diffamatum de quadam muliere vocata la Vigniera loci de Borno dictæ diocesis: & illam pluries pendente illo tempore carnaliter cognouisse, & illam circa dictum festum omnium sanctorum grauidam repertam fuisse, & quod tu illam grauidaueras ipsam solenniter iurasse: & ob illam causam te dubitantem capi vel personaliter citari, ad quendam fratrem Bertrandum de Campis religiosum sancti Ioanis, & commendatorem de Albaisio in commendataria de Bellouidere, dictæ parochiæ de Merlato commorantem, tuum amicum & benefactorem confugisse, & vt te iuaret tam erga dictam mulierem, quam erga iustitiam pluribus vicibus requisuisse: & inter alias anno præfenti domini millesimo quingentesimo vndecimo, in vespere beata Catharinæ paulò ante auroram ad dictam commendatariam accessisse, & ad portam clausam pulsasse, & eundem commendatorem adhuc in lecto existentem tibi apperiri fecisse, & circa suum lectulum recepisse, & te quærimonia de dicta muliere & de compositione cum eadem fienda, & de timore captiouis & citationis tuæ eidem commendatori fecisse, & ipsum tibi exuberates oblationes & benignas consolationes fecisse, ac tandem tuo languori compatiendo, certam refectionem parari per eius fororiam iussisse, & suis manibus parasse, & ad ferendum certum ferculum seu brodium pro te refocillando & recreando versus ignem se cubasse: & te nulla rixa, nec minis, nec aliquibus verbis precedentibus, contra ipsum religiosum, & tuum filium confessionis, malitiosè & proditoriè à parte retrò irruisse, & cum quodam gladio longo & acuto supra eius tergum lethalliter percussisse, & gladium ibidem remansisse plantatū vltra quatuor digitos, donec per chirurgos fuit extractus, & te de dicto facinore per altantes reprehensum, quod vtiuam illum occidisses respondisse. Et cõsequenter paulo post, & ex interuallo eundem commendatorem prope quoddam altare eiusdem commendatariæ existentem cum alio gladio acuto in eius stomacho circa sinistram mamillam iterum percussisse, & acriter vulnerasse. Et te de vterius illum cædendo, & malè tractando conatus fecisse: ac ipsum commendatorem ad causam dictorum ictuum exinde quandiu vixit, in lecto iacuisse, & infra decem dies ex eisdem ictibus mortuum fuisse, nec opera chirurgorum, quæ cum maxima diligentia fuit adhibita, curari potuisse: teq; cum propter dicta facinora esses in carceribus meritò detentus, per abstinentiã & celsationem à comedendo tibi mortem procurari fatigasse, & ad comedendum per metum & comminationem sustigationis necessariò compullum fuisse, teque etiam Iauleriam tibi in carceribus refectionem ministrantem verberasse, ac ibidem per diuersas vices & in pluribus diebus & noctibus dæmones in auxilium inuocasse, & pariter etiam per plures vices, & cum perseuerantia plurium dierum, Deum, virginem Mariam, & fidem christianam, ac baptismum tuum ab-

Tom. 3.

negasse. Sed dictas dæmonum inuocationes, & Dei & Virginis, ac baptismi abnegationes iudicialiter abiurasse, teque in tuis depositionibus variasse, vacillasse, & deierasse, & aliàs deliquisse, prout latius in processu continetur. Et quia comperimus dicta facinora, aut ex ipsis plura esse non solum grandia, sed etiam damnabilia, & damnosa, & adeò enormia, quod exinde non tantum diuina maiestas est offensa, sed & vniuersa patria est commota & ob hoc tu es redditus officio & beneficio indignus. Idcirco nos auctoritate Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & nostræ, te præfatum Cascanelli omni huiusmodi officio & beneficio ecclesiastico sententialiter & perpetuò in his scriptis priuamus, teque ab illis verbo deponimus, & pronuntiamus realiter & actualiter secundum traditionem canonum te fore deponendum, & degradandum, hanc nostram sententiæ diffinitiuam in his scriptis proferentes more maiorum pro tribunali sedentes Ioannes episcopus Montifalbani, Matthæus episcopus Appamieñ. Ludouicus episcopus Vabreñ. Petrus episcopus Vaureñ. Galhardus episcopus Conuenarum, Ioannes episcopus Troian. Sauario episcopus Lumbarieñ. A qua quidem sententiæ prædictus Cascanelli prouocauit, & appellauit ad curiam domini Iudicis appellationum curiæ archiepiscopalis & metropolitanæ Tolosæ, aut ad alios iudices, ad quos de iure & consuetudine prouocandum esset, petens & requirens acta & apostolos sibi dari, & de sua appellatione instrumentum retineri per me notarium infra subscriptum præsentis processus scribam. Cui quidem Cascanelli dicti domini episcopi & iudices organo prædicti domini Montifalbani episcopi responderunt, quod attento, quod ipse erat confessus, superatusque & conuictus testibus, quod appellationem tanquam friuolam & inanem non tenebantur admittere: veruntamen ob reuerentiã supradicti domini Tolosani archiepiscopi, in cuius sede ipsi erant, ipsius Cascanelli appellationem, si & quatenus dominus iudex appellationum, ad quæ ipse Cascanelli nititur appellare, illam duxerint admittendam, admiserunt & non aliter, eandem responsonem pro apostolis debitam sibi faciendo. De qua quidem responsonem & Apostolorum datione iam dictus Cascanelli petiit actū, & instrumentum per me notarium infra scriptum eidem tradi, quod sibi concessi. Finaliter quidem in crastinum, quæ fuit sabbati vicesima octaua mensis & anni prædictorum numerata, circa horam meridiei procurator fiscalis ipsius domini Montifalbani episcopi, eidem & aliis dominis episcopis supra nominatis denuntiavit qualiter per dominum iudicem appellationum curiæ archiepiscopalis Tolosanae, seu eius locum tenentem, viso processu dicti Cascanelli, fuerat sententialiter & diffinitiuè pronuntiatum, malè appellatum, & bene processum per ipsos dominos episcopos & iudices, à quibus fuerat appellatum, remittendo ipsum Cascanelli ipsis dominis episcopis pro demandando executioni prædictam eorum sententiæ, prout ex tenore cuiusdam certificatoriæ à curia prædicta appellationem obtentæ edocuit, de eadem promptam fidem faciendo, mediantibus literis attestationis huiusmodi tenoris. Vniuersis & singulis iustitiariis & officariis, quibus præfentes literæ peruenerint, aut eorum loca tenentes, Ioannes de Fraxino, vtriusque iuris doctor canonicus & archidiaconus veteris morisij, in ecclesia metropolitana Tolosana, iudex appellationum curiæ archiepiscopalis & metropolitanæ

E E iij ar To

na Tolosana, salutē in Domino sempiternam. Notum vobis facimus, & tenore presentium attestamus, quandam causam appellationis medio, coram nobis, & in curia nostra motam, & agitatum fuisse, per, & inter dominum Ioannem Cascanelli presbyterum loci de Merlato, diocesis Montisalbani appellatum nunc ex vna, & discretum virum dominum procuratorem fiscalem, domini episcopi Montisalbani appellatum ex altera partibus, in eademque tantum extitit esse processum, quod per dictam partem appellantis pro curatorem traditus extitit libellus appellationis, cui ex adverso negatiue responsum extitit, & lis super eodem legitime contestata, productaque per dictam partem appellatam procuratorem processu iudicis, à quo ad plures & diuersos alios actus extitit processum, tandemque clausus fuit processus, ad consilium. Et deinde anno domini millesimo quingentesimo vndecimo, & die penultima mensis Februarii coparentibus coram nobis amborum partium fundatis procuratoribus, & dicto Cascanelli principali, pro se sententiam ferri postulantibus, lata extitit in hunc, qui sequitur, modum. Quia visis & diligenter inspectis totius presentis causae appellationis meritis, habitaque super his matura consilij deliberatione cum peritis, constat nobis locum tenenti & iudici antedicto, intentionem partis in presenti causa appellantis, minus sufficienter fundatam fuisse: idcirco his attentis, & aliis circa talia attendendis, quae nostrum mouent animum, mouerēque possunt ac debent cuiuslibet alterius recte iudicantis sententialiter & diffinitiuē, pronuntiamus, decernimus, & declaramus, male & indebitē fuisse & esse prouocatum & appellatum per dictam partem appellatam, beneque fuisse & esse sententiarum & iudicatum per iudices à quibus extitit appellatum, causamque & partes iudicibus à quibus appellatum extitit, pro debita iustitia ipsis partibus ministranda remittenda, vna cum omnibus expensis in presenti causa legitime factis, dandis, & solucendis praedictis expensis per dictam partem appellatam eidem parti appellatae, infra xv. dierum spatium, terminum iuris, & ex causa abbrevianda, taxatione earundem expensarum, nobis & curiae nostrae in posterum referuatis. Hanc nostram per modum praedictum diffinitiuam sententiam in his scriptis profere. pro tribunali sedes. G. Falgni locum tenens. Qua lata procurator partis appellatae eidem acquieuit: dictus verò Cascanelli vna cum eius procuratore ab eadem appellauit: quae quidem appellatio ex deliberatione consilij non fuit admissa, sed refutata, prout haec & alia latius in actis curiae nostrae dicuntur contineri. In quorum praemissorum fidem, & testimonium, has praesentes certificatorias literas signeto nostro signatas, & sigillo dictae curiae sigillatas duximus concedendas. Datum Tolosae die penultima mensis Februarii, anno domini millesimo quingentesimo vndecimo. Constat de dictis sententiis & aliis asertis, prout Baufsoneti Peyroti not. Quibus visis incontinenti dictus dominus Montisalbani episcopus mandauit fieri vnum scadafallum prout & fuit, in platea communis sancti Stephani Tolosae, in quo quidem scadafallo ordinata fuere duo scamna, vnum videlicet à parte dextera, pro dicto domino Montisalbani episcopo, & aliis dominis episcopis suis collegiis: & aliud à parte sinistra pro dominis iustitiae secularis, & ante scamnum dictorum dominorum episcoporum, apposita certa tabula, ad modum altaris munita, & decenter parata vestibus presbyteralibus, libris euangeliorum,

candelabris cum candelis extinctis, calice cum patena, & hostia de supra posita, duabus canetis vino & aqua repletis. Et eadem die circa horam tertiam post meridiem, supra dictum scadafallum conuenerunt praedicti domini Montisalbani, Appamiarum Lumarieui, Conuenerum, & Vaurien. episcopi, vestibus pontificalibus induti, & pariter venerabiles viri domini domini Iudex maior senescallie Tolosanae, Iudex villae longae, & nonnulli alij temporales iustitiarum, quibus loca & scamna supra designata assignata extiterunt. Et illis hic sedentibus fuit per Iaulerium carcerum dicti domini Tolosani archiepiscopi adductus supra nominatus Cascanelli prisonerius supra praedictum scadafallum. vbi incontinenti ad mandatum praefati domini Montisalbani episcopi, fuit à compedibus ferreis solutus & liberatus, & per certos presbyteros, & viros ecclesiasticos ibidem existentes, coram omni populo ibidem in magno numero congregato, ante tabulam seu altare praedictum, habitibus seu vestibus sacerdotibus, cum quibus missae celebrantur, honeste indutus. Et factis his incontinenti coram omni populo praedicto, memoratus dominus Montisalbani episcopus, aliis dominis episcopis supra vltimate nominatis, sibi assistentibus, alta, & intelligibili voce declarauit, & exposuit, qualiter dictus Ioannes Cascanelli nuper presbyter, oriundus loci de Verneto diocesis Ruthenensis, & à triginta annis circa habitator loci de Merlato, diocesis suae Montisalbani, fuerat intitutus suae accusatus in grauidasse quandam mulierem vocatam vulgariter la Vigniere, viduam, loci de Borno, praedictae diocesis Montisalbani habitricem. Item de quodam horribili homicidio siue *meurtre*, commissio, in personam fratris Bertrandi de Campis, religiosi sancti Ioannis Tolosani commendatoris de Albiasso, quem occidit in diuis penfatis, & per industriam in domo siue castro de Belouidere dictae religionis, & prope altare capellae dicti castri. Item abnegasse Deum, virginem Mariam, baptismum, & religionem christianitatis, casu quo degradaretur, daemone auxilium inuocando, & alias deliquisse, vt in sententia supra inserta latius explanatur. Quo facto praedictam sententiam depositionis & degradationis sciendae iam per antea prolatae, vt supra descriptam exequendo, ad realem depositionem & degradationem ipsius Cascanelli, remouendo illi omnia insignia & ornamenta, sibi dum fuit ordinatus presbyter, collata, incipiendo ab vltimis, ordine mutato, verbisque sequentibus seu in effectu similibus vtēdo processit in hunc, qui sequitur, modum.

Et primò sua verba dirigendo ipsi Cascanelli coram eodem existenti, & calicem cum patena & hostia supra posita in manibus suis tenenti, dixit, ipsum calicem sibi fuisse traditum in signum ministerij passionis Christi, potestatemque fuisse eidem collatam gratia & illustratione sancti spiritus ad resistendum diabolo & operibus suis, audiendum confessiones fidelium, absoluendum, & remittendum peccata consentium, offerendum sacrificium Deo tam pro viuis quam defunctis. Sed quia Christus dixit ex praepcepto, *non occides*: & iussit homicidas à suo altari euelli: & quia contra praepceptum decalogi & Dei, ac determinationem sanctae matris ecclesiae occiderat propriis manibus hominem religiosum, filium suum spiritualem, opera misericordiae sibi impendentem, meritò à celebratione missarum

farum tam pro viuis quam pro defunctis amorū esse ostendit, & potestatem audiendi confessiones, absoluendi, & remittendi peccata sibi abstulit, similia dicendo verba: Auferimus de manibus tuis calicem cum patena, & hostia supra posita, tanquam indignum à participatione tanti sacramenti. Item declarauit eidem Cascanelli in victione manuum potestatem sibi collatam fuisse consecrandi, & benedicendi, quae potestate priuatum esse pariter ostendit, abradendo illi quatuor digitos inunctos siue consecratos, cū certo frusto vitri leuiter, & absque sanguinis effusione. Item & casulam vestem sacerdotalem & salutis, per quam radix omnium virtutum designatur, pariter dixit eidem Cascanelli concessum fuisse: attem quia suadente diabolo charitatem à se abiecerat. & ingratum erga filium suum spiritualem escas sibi praeparantem reddiderat: imò illum tanquam parricida contra omnem charitatem & praepcepta Dei siue decalogi necauerat, meritò dicta veste ipsum expoliabat & denudabat. Item pariter libro euangeliorum ipsum priuauit, dicendo per haec verba: quia fuisti ordinatus ad sacros ordines, diaconatus, & subdiaconatus, & in illa collatione fuit tibi data potestas legendi euangelia, & epistolae in ecclesia sancta Dei, in quibus continentur praepcepta & mandata legis nostrae nouae & antiquae. Sed quia illa quae cantasti & legisti non credidisti, & minus opere adimpleuisti: imò seruendo diabolo homicidium, & stuprum perpetrasti, & deinde Deum, virginem Mariam, christianitatem, & baptismum abnegasti, & daemones inuocasti: quare meritò illa potestate te priuatum fore declaramus, & librum euangeliorum & epistolarum tollimus & amouemus: quia id non competit nisi dignis. Item veniendo ad stolam, & illam accipiendo, & in manibus suis tenendo dixit memoratus dominus Montisalbani episcopus, illam stolam candidam & immaculatam eidem Cascanelli fuisse traditam, vt adimpleret officium sibi iniunctum. Sed quia iugum domini per dictam stolam signatum turpiter abiecerat, ideo eandem stolam ab eodem amouebat, & ipsum inhabilem reddere ad omne sacerdotale officium exercendum. Et tunc fuit eidem Cascanelli remota dicta stola. Item consequenter declarauit iam dictus dominus Montisalbani episcopus manipulum dicto Cascanelli fuisse traditum, per quem designatur fructus omnium bonorum operum, quae per manus exercentur. Sed quia ipse Cascanelli manibus suis propriis execrabile homicidium commiserat, quare meritò indignum ad deferendum manipulum se constituerat, ideo illum sibi amouebat, & auferbat. Itē & pariter subsequenti uē albam, quam eidem Cascanelli vt memoratus dominus Montisalbani episcopus dixit, traditam fuisse pro puritate denotanda, tanquam à lubrico & puritatis inimico abstulit, & exuere fecit. Item & pariter explicauit iandictus dominus episcopus Montisalbani amicum, per quem designatur castigatio vocis, ad malum fuisse traditum ipsi Cascanelli, veruntamen quia non castigauerat suam uocem, imò Deū, virginem Mariam, baptismum, & religionem christianitatis abnegauerat, & in sui adiutorium diabolum inuocauerat, ideo illum ab eodem Cascanelli tanquam ab indigno auferbat, prout & realiter abstulit & generaliter amouit dicto Cascanelli potestatem intrandi sacrarium, tangendi pallas, vasa, & alia instrumenta sacra, auferendo de manibus dicti Cascanelli duo candelabra ibidem asportata, & certas clauces, pro clauibus ecclesiae reputatas. Et vterius amouit

tis dicto Cascanelli omnibus habitibus; & induentis presbyteralibus supra descriptis, & ipso Cascanelli supellicio duntaxat induto adhuc existente, iam dictus dominus Montisalbani episcopus, suam executionem continuans, suaque dirigendo verba, prout supra praedictum est, ipsi Cascanelli, alta & intelligibili voce verba ista quae sequuntur proposuit, sic dicendo: Ioannes Cascanelli, quia abiiecit ignominiam secularis habitus, & coronam in tuo capite, quod est regale signum sacerdotij, recepisti: ob quam causam in sortem domini fuisti electus, & successiue ad ordinem presbyteratus assumptus. Sed quia non obseruasti sanctitatem, iustitiam, & minus charitatem: ideo auctoritate Dei omnipotentis patris, & filij, & spiritus sancti, & nostra, auferimus à te habitum clericalem, & nudamus te religionis ornatu, atque deponimus, degradamus, & exuimus te omni ordine, priuilegio, & beneficio clericali, & tanquam à professione clericali indignum, reddimus te in ignominiam & seruitutem habitus & status secularis. Et dum illa verba dicebantur & proferebantur, fuit praedictus Cascanelli superpellicio exutus & expoliatus. Et illico hoc facto cum certis forcipibus iam dictus dominus Montisalbani episcopus cepit abradere aliquos pilos de capite dicti Cascanelli, & postmodum cum barbitonfor ipsius domini de sui mandato continuaret in totum radere coronam dicti Cascanelli, memoratus dominus Montisalbani episcopus dicebat & explicabat eidem Cascanelli verba sequentia: Te velut ingratum filium à sorte domini, ad quam vocatus fueras, abiicimus, & coronam tui capitis regale quidem signum sacerdotij de tuo capite amouemus, propter tui regimini prauiatatem. Et illo tunc incontinenti fuit exutus dictus Cascanelli veste clericali, & quadam alia veste laicali croci coloris indutus. Et hoc acto per dictum dominum episcopum pronuntiatum extitit, vt illum Cascanelli exutu omni ordine ac priuilegio clericali, curia secularis in suū forū reciperet degradatū. Et absque aliquo intervallo dictus dñs Montisalbani episcopus, vna cum aliis dominis episcopis suis assistentibus supra nominatis, vertit se erga personas dictorum dominorum iudicum maioris senescalliae Tolosae, & Villae longae, supra dictum scadafallum, prout praescriptum est, existentium, quibus emisit deprecationem sub his verbis: Domini Iudices, rogamus vos cum omni affectu quo possumus, vt amore Dei, pietatis, & misericordiae inuitu: & nostrorum interuentu, miserrimo huic nullum mortis vel mutilationis periculum inferatis. Et statim fuit praedictus Cascanelli per ministros dictorum dominorum Iudicum curiae secularis captus, & à dicto loco separatus & adductus, à quo pariter recesserunt omnes domini episcopi, & alij qui ibidem conuenerant. De quibus omnibus praemissis ego notarius praedictus & infra subsignatus, requirente procuratore fiscali dicti domini Montisalbani episcopi in praefatione huiusmodi processus nominati, retinui actum & processum, & illum in meis libris & registris modo praemisso registraui. A quibus huiusmodi duplum in hanc formam per me in quindecim folijs papyri huiusmodi ferme redactum; prius etiam per me correctum, & collationatum cum suis veris registris & originalibus, signo meo authentico subsignaui in fide & testimonium omnium praemissorum. De Cruce, notarius.

refulant.

Ex processu agitato inter procuratorem fiscalē Montifalbani ex vna & dominū Ioannē Cascanelli presbyterū resultat probatum. Primò, q̄ in loco Beluaco diocesis Montifalbani, est cōmendataria sancti Ioannis, quā est vna antiqua turris, in qua est altare beatæ Mariæ, & q̄ ibi fecit morā frater Bertrandus de Campis, religiosus sancti Ioannis, & cōmendatarius de Albiasio p̄ decē annos & vltra, & q̄ dictus Cascanelli morabatur ibi propē, & habebat maximā familiaritē sc̄i ipso de Cāpis q̄ eidē Cascanelli p̄ vij. annos plures gratuitates fecerat, praesertim sibi plures vitā prabendo, & sibi consulendo, & erat filius cōfessionis ipsi Cascanelli. Et euenit, q̄ anno p̄senti Domini M.D.XI. in vespere beatę Catharinę ipse Cascanelli dubitans capi, ex eo quia quēdā mulier dicebat se fuisse grauidatā p̄ ipsum Cascanelli. Circa aurorā accessit ad dictā cōmendatariā ad habendum cōsiliū & auxiliū à dicto de Cāpis, q̄ fecit sibi pulsanti aperiri portā, & venire ad se iacentem adhuc in lecto. Et eundem Cascanelli conquerentē, & dicentē se dubitare capi, p̄ bonas oblationes consolatus fuit. Et ex eo, q̄ videbat ipsum Cascanelli languidum p̄ molestia, fecit sibi parari aliquod ferculū seu potagiū, quod ipsemet de Cāpis faciebat feruere, & p̄pter hoc se curauit erga ignē: & tunc ipse Cascanelli nulla rixa praecedēte, nec aliquibus minis, nec verbis praecedētibz accessit ad ipsum de Cāpis de parte retrō, & cū quodā gladio acuto percussit ipsum lethaliter in tergo, ita q̄ gladius remāsit ibidē. Et cum de hoc incre-

paret p̄ praesentibus, respōdebat, *La lagnessie ieu mort.* Et cum exinde ipse percussus accessisset ad locum vbi erat altare, & nō posset remouere gladium de tergo, praefatus Cascanelli sequutus fuit eundem: & cum vno alio gladio percussit ipsum de Cāpis supra stomachū, ex qua percussione fuit factum magnū vulnus & lethale, & exiuit magna sanguinis effusio, & satagebat magis p̄cutere, sed fuit p̄ assilētes impeditus. Et exinde praefatus percussus decessit ex illis ictibz infra ix. dies, & praemissa p̄bantur tā per testes ipsi Cascanelli acaratos, q̄ p̄ eius confessionem sponte factam & saepe repetitam. Secundo resultat, quod ipse Cascanelli fatēgit se interficere in carcere, recusando comedere, donec fuit compulsus per metum fastigationis, & etiam petiit realgal, & aliqua instrumenta pro se interficiendo, & finaliter declarauit, quod si haberet gladium, se interficeret. Tertiò resultat probatum, quod dictus Cascanelli fuit diffamatus per annum & vltra, de dicta muliere vocata *La vigniere*: & ipse confitetur pluries illam cognouisse carnaliter, & ipsa dicit & iurauit solenniter, quod fuit ab ipso grauidata. Quarto resultat, quod percussit Iauleriam sibi vicinam ministrantem in ipso carcere. Quintò resultat, quod ibi inuocauit daemones, ut irent illum quāsitum, & interficerent eundem. Sextò resultat, quod ibi abnegauit Deum, & virginem Mariam, baptismum, & fidem catholicam per plures vices, & diuersis diebus.

QUAERITVR QUALITER SIT PUNIENDVS DICTVS PRESBYTER de dicto homicidio, & aliis praedictis criminibus

S V M M A.

- 1 Homicidij poena in clerico.
2 Degradatio aliquando sumitur pro depositione verbali.
3 Degradatio in quibus casibus locum habeat.
4 Degradatio an fiat pro homicidio qualificato.
5 Homicidij qualificati exempla.
6 Poena debent commensurari delictis.
7 Degradatio fit aliquando pro minore delicto, quam sit homicidium qualificatum.
8 Homicidij qualificati grauissima poena.
9 Ecclesia non habet poenam degradatione maiorem.
10 Mors iure canonico intelligitur excommunicatio.
11 Ecclesia parochialis appellatione non continetur ecclesia parochialis collegiata.
12 Scholaris appellatione non continetur rector scholarium, qui etiam est scholaris.
13 Delicti atrocitas vel grauitas cognoscitur ex septem.
14 Homicidium quibus rationibus aggrauatur ex persona interfecti.
15 Religiosi professi, & in sacris, aequiparantur.
16 Hospitalarij religiosi gaudent privilegio clericorum.
17 Adulteri vltis conditionis occidens nō puniuntur, alijs secum.
18 Beneficienti male facere aggrauat delictum.
16 Homicidij quibus rationibus grauetur ex parte occidēti.
20 Parricidij poena qualis, & vbi locum habeat.
21 Fornicatio aggrauatur cum filia spiritali.
22 Parricidio spiritali debetur grauissima poena sicut carnali.
23 Homicidium quibus rationibus grauetur ex loco.
24 Homicidium grauetur ratione temporis.
25 Homicidium aggrauatur ex quantitate percussionum.
26 Homicidium grauetur ex euentu.
27 Homicidium tripliciter aggrauatur ex iniusta causa percipiendi, & nu. 28. & 29.
30 Iracundia calore factum caret calumnia vitio.
31 Homicidium aggrauatur ex iniusta causa percipiendi.
32 Ingratitudo est peccatum mortale.
33 Ingratitudo homicidium aggrauat.
34 Ingratitudo multis modis iure puniuntur.
35 Proditio aggrauat delictum.
36 Homicidium proditorie committens non gaudet immunitate ecclesiae.
37 Daemones inuocans committit haeresim.
38 Haereticus redire volens ad fidem, est in perpetuum carcerem detrudendus.
39 Blasphemi poena.

40 Iura

- 40 Iuramentum sceleratum, etiam verum, est vt blasphemia capitaliter puniendum.
41 Degradationis exequutio fieri potest per solum ordinarium, licet sententia assistant alijs sex episcopis.



DEBETVR dicendum, quod p̄ dicto homicidio dictus presbyter prima facie venit deponendus, & in monasterium detrudendus, per text. in cap. cum non ab homine. iuncto cap. tuæ. de p̄cenis. In dicto cap. cum non ab homine. ponuntur verba sequentia: Consultationi tuæ taliter respondemus. quod si clericus in quocunque ordine constitutus in furto vel homicidio, vel periurio, seu alio crimine fuerit deprehensus, atque legitime conuictus, ab ecclesiastico iudice deponendus est, &c. & in dicto cap. tuæ. dicitur vt sequitur: Ad illud quod à nobis tertio requisisti, qualiter clerici in latrocinij, vel alij magnis sceleribus deprehensi puniri debeant, respondemus, quod à suis ordinibus degradati detrudi debent in arctis monasterijs ad penitentiam peragendam. quod vt dicit ibi Ioan. Andr. super verbo, degradati. intelligo de verbali degradatione, id est de depositione non actuali, &c. Idem sentit Panormitan. ibidem, cum dicit notanter, quod degradatio aliquando sumitur pro depositione verbali, &c. addens, quod si non reperiretur monasterium tutum, tales clerici poni debent in carceribus tutis, iuxta cap. vt famæ. de sententia excommunicationis. facit cap. quauis. de p̄cenis. libro vj.

Item, attingendo altius materiam posset queri, an idem presbyter propter dictum homicidium saltem iunctis alijs criminibus praetactis, possit actualiter degradari. Super quo duæ principales opiniones reperiuntur. Prima est glo. in cap. ad abolendam. de haeret. in verbo, relinquatur. quæ dicit, quod degradatio habet locum solum in tribus casibus. Primus est in haeresi, per dictum cap. ad abolendam. & c. excommunicamus. eodem titulo. Secundus est in falsario literarum apostolicarum, per cap. ad falsarium. de crimine falsi. Tertius est in faciente coniurationem contra episcopum, per cap. si quis sacerdotum. xj. q. j. Aliter autē sentit illa glo. quod clericus non debet pro aliquo crimine degradari, licet tradatur curiæ seculari, quando est incorrigibilis, iuxta dictum cap. cum non ab homine. & seruata forma ibi posita. Nam tunc primò criminofus debet deponi, & si est incorrigibilis debet excommunicari. Et si etiā tunc perseveret in sua incorrigibilitate debet anathematizari. Et si etiam tunc sit incorrigibilis, relinquatur curiæ seculari. Ita dicitur ibi. & dictam gl. sequitur domi. Antonius in c. at si clerici. de iudic. dicens, quod quantumcunque iura dicant aliquem degradandum, semper intelligitur de verbali depositione, vel de incorrigibili. Idem videtur tenere ibi Henricus Bohic.

Alia, & secunda principalis opinio fuit Petri de Ancharan. in cap. ea quæ. de regul. iur. quæ refert, defendit, & sequitur Panormitan. in cap. at si clerici. de iudic. & dicit ipsi in eff. etu. q̄ quando homicidium est qualificatum, tunc clericus homicida est degradandus, & curiæ seculari tradendus. Et ponuntur plura exempla. Primò in eo, qui interficit sacerdotem proditorie cum spoliacione bonorum. Tertiò in eo, qui committente parricidio. Tertiò in eo, qui ecclesiam incendit. Quarto in eo, qui ecclesiam rebus deputatis ad seruitiū diuinū spoliavit. Quintò in eo,

qui ordinavit proderi patriam. Sextò in eo, qui occidit per assassinamentum. Septimò in committente plura homicidia, vel latrocinia, vel falsitates, vel plura crimina atrocita: quia dicunt, q̄ tales sunt per episcopum degradandi, & tradendi curiæ seculari: concludentes, quod in istis grauisimis delictis non videtur vendicare sibi locum. c. cum non ab homine. nec communis theoricæ Doct. vt sufficiat sola depositio: imò restringitur d. c. & communis theoricæ, ad homicidium simplex, quod non transit in aliā speciē criminis grauiorem: sed vbi econtra crimen est qualificatū, dicit vt supra, quod homicida est degradandus, & c.

Item, & pro hac opinione ponunt plures rationes, de quibus aliqua subiiciuntur. Prima ratio est, quia de iure p̄cenis debent cōmensurari, & adæquari delictis, vt maiora crimina, maiori p̄cena, & minora crimina minori p̄cena puniantur, & in paribus delictis pars p̄cena applicetur, vt in cap. non afferamus. xxiiij. quaest. j. Sed ita est, quod pro simplici homicidio imponitur p̄cena depositionis, & detrusionis, in arctum monasterium, vt in dicto cap. cum non ab homine. & c. tuæ. superius allegatis. Ergo pro homicidio qualificato vel duplicato debet imponi maior p̄cena: cum qualificatum & duplicatum homicidium sit maius delictum, quam simplex & vnicum, & tamen in iure canonico non reperitur maior p̄cena, quam ipsa depositio, nisi sit ipsa degradatio, & curiæ seculari traditio: ergo illa p̄cena debet imponi pro ipso homicidio, qualificato vel duplicato, alias non imponerentur maiores p̄cena maioribus delictis, vt fieri debet secundum praemissa.

Item, secunda ratio est, q̄ quia illa p̄cena degradationis, & curiæ seculari traditionis fit pro minoribus delictis, quam sit homicidium qualificatum, scilicet propter coniurationē & cōtumeliā factam episcopo & propter falsificationē literarum apostolicarum, vt dictum est supra. Ergo à fortiori debet imponi in homicidio qualificato. Nec in hoc fit extētio de casu ad casum. sed tacite videtur cautū, idem esse in alijs grauioribus non expressē nominatis, vt dicit gloss. in c. j. de temp. ordi. lib. vj. Et sic non obstat regula, odia restringi de regul. iur. Item tertia ratio, q̄ quia in iure ciuili contra tales committentes homicidia qualificata, vt dicitur in exemplis supra positis, imponuntur grauissimæ p̄cena, quia aliquando comburuntur aliquando per frustra diuiduntur, aliquando bestias traduntur: vt in l. capitalium. ff. de p̄cenis. & l. iij. §. legis Corneliae. ff. ad legem Corneliae de Sicar. & l. p̄cena parricidij. ff. ad legem Pompeiā, de parricid. Ergo non est dicendū quod in illis casibus sufficiat depositio & incarcerationio quo ad clericum, vbi fortē laicus socius eiusdem criminis combureretur, vel per frustra scinderetur, & c. imò esset absurdum ponere tantam dissimilitudinem inter clericum, & laicum.

Item adducunt pro noua doctrina, quod in omnibus praedictis atrocissimis delictis in quibus de iure ciuili imponuntur dictæ grauissimæ p̄cena, debet clericus degradari, & curiæ seculari tradi, cum in iure canonico non reperiantur similes, nec aequipollentes p̄cena. Et pro hoc etiam allegant rationem positam in dicto cap. cum non ab homine. nam dicitur ibi, quod in casu illius. capit. clericus, relinquatur iudici seculari, ex eo quia ecclesia non habet vltra quid faciat. Ergo idem est in dictis atrocissimis delictis, cum, quo ad illa, ecclesia non habeat quid faciat, id est, non habet p̄cenam condignam.

Item, pariter allegant ad idem cap. j. de homicid.

ibi cum dicit, Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euellas eum, vt moriatur, &c. Et dicunt, quod per illum textum disponitur, quod homicida voluntarius, & studiosus debet ab altari euelli, ita vt moriatur. Nam per illud verbum euellas, debet intelligi de clerico homicida: nam proprie ipse debet euelli ab altari, cui seruit, & non laicus, qui non seruit nec affixus est, ergo non potest euelli: quia priuatio praesupponit habitum. l. decem. de verborum oblig. & c. ad dissoluendum. de deponsa. impuber. Nec obstat, quod ecclesia non imponit poenam mortis corporalis, &c. Nam respondetur, quod lex Exodi canonizata in dicto cap. j. non dirigitur praelato ecclesiastico. Sed dicitur imperpersonaliter moriatur, & intelligitur per ministrum iustitiae secularis. Sed verbum euellas bene dirigitur praelato ecclesiastico: id est, amoueat, seu degradet.

Item, & hanc lectu. tenet ipse Panormit. in dicto cap. j. & sequitur ibi Ioan. de Anania. [Adde quod duo sunt genera degradationum nempe verbalis, & actualis. c. degradatio. de poen. lib. vj. & de forma huius vide ibidem] Item, secundum pro dicta secunda opinione allegat Pan. & de Anchara. text. in cap. j. de homicid. lib. vj. vbi habetur, quod occidentes per assemmentum nedum priuantur omni ordine, officio, & dignitate, sed etiam permittuntur occidi, a quocumque etiam sine alia degradatione. secundum Dominicum de sancto Geminiano, ibidem: ergo non est verisimile, quod ecclesia velit retinere in suo foro dictos grauissimè delinquentes, de quibus supra.

Item, allegant & tertio text. in capit. nouimus. de verborum significatio. vbi loquendo de crimine falsi dicitur, quod si propter illud crimen vel aliud flagitium graue, non solum damnabile, sed etiam damnandum clericus fuerit degradatus, tanquam exutus privilegio clericali. seculari foro per consequentiam applicetur. Et sic ibi quo ad degradationem non se restringit ad crimen falsi vel aliud certum: imò videtur dare regulam generalem, quod fiat degradatio, quando crimen est damnabile & damnosum, vt quia est grauissimum in se & damnosum quo ad exemplum aliorum. Si enim intelligeretur solum de crimine falsi, ille text. esset superfluous: nec potest intelligi de incorrigibili, cum crimen falsi & aliud damnabile, & damnosum indicantur ibi a pari quo ad degradationem: sed in crimine falsi non requiritur incorrigibilitas. Ergo illud crimen damnabile, & damnosum non intelligitur de incorrigibili.

Item, & hunc intellectum ad dictum capit. tenet etiam ipse Panormitan. in dicto capit. nouimus. ibi cum dicit, Nota tertio text. valde singularem probantem, quod pro delicto valde graui, & pernicioso exemplo, debet fieri degradatio actualis: & videtur ista litera aperte reprobare communem theoricam glossarum dicentium speciale in tribus criminibus, vt clericus tradatur curiae seculari. Sed in aliis requiritur incorrigibilitas, vt notatur in capitul. ad abolendam de haeret. Nam haec litera videtur innuere, & dare regulam, vt citra incorrigibilitatem possit fieri traditio pro delicto valde graui & damnoso, & vide quod plenè dixi in cap. at si clerici. & cap. cum non ab homine. de iudic.

Item, & in eadem sententia videtur Innocent. in dicto cap. nouimus. ibi, cum protulit verba sequentia: Nota, quod pro quolibet crimine, dummodò sit damnabile, & damnosum, potest aliquis tradi curiae seculari.

Item, & dictam secundam principalem opinionem

sequitur Angel. in tractatu de malefici. in verbo caput a spatulis. Et dicit, quod ita videtur seruari Ferrarig in raptore, & adulterante quandam mulierem, Alleg. l. si adulterium cum incestu. ff. de adulter. idem & clarus sequitur. ibi Augustin. Arimiu. in additio. & dicit, quod ita tenet Bald. in dicto cap. at si clerici. & in repetitione l. cunctos populos. de summa Trinita.

Item, idem tenet Panormit. in capit. j. de his qui fil. occid. vbi loquendo de poena parricidij, id est, de poena illius, qui occidit parentem vel filium, ponit verba sequentia: vnde concluderè, quod aut laicus commisit hoc crimen, & est suppositus temporali iurisdictioni ecclesiae, & tunc mandabit praelatus ecclesiasticus iustitiam facere: in cap. fin. ne cleri. vel monachi. lib. vj. & puto, quod talis punitur poena legali: quia de iure canonico non reperitur poena talibus imposita. Ergo recurrendum est ad ius civile, vt in cap. j. de noui operis nuntia. Aut est clericus. & tunc existimo etiam, quod deponi debeat, & sine alia incorrigibilitate tradi curiae seculari. Nam si pro simplici homicidio sit depositio, & detransio in monasterium, vt in cap. cum non ab homine. de iudic. iuncto cap. tua. de poenis. debet pro isto homicidio qualificato imponi grauior poena: Sed grauior praedicta non inuenitur. Ergo cum non habeat ecclesia vltra quid faciat, relinquit eum iudici seculari, argument. praesumpt. capit. cum non ab homine. Et hoc quando dolose & appetatè interfecit parentem vel filium, &c.

Item, idem sentit Panormit. in dicto cap. j. de homicid. ibi cum dicit: secundum principaliter potest intelligi in clerico, qui proprie euellitur ab altari, cum ipse non sit affixus & obligatus altari, & potest intelligi hodie dupliciter. Primum de depositione, quae est mors civilis. Secundum de morte naturali, vt quando homicidium est ita qualificatum, vt non videtur sufficere ipsa depositio: tunc enim debet deponi, & tradi curiae seculari, vt moriatur, vt dixi in capit. j. de his qui fil. occid. & plenè in cap. at si clerici. de iudi. vbi allego istum text. pro concordia. & capit. nouimus. de verborum signific. &c. Et in eadem opinione est ipse Panormit. in cap. ad abolendam. de haeretis.

Item, Ioan. de Anan. refert, & ad vnguem sequitur ipsum Panormit. in dicto capit. j. de his qui fil. occid. & capit. j. de homicid. Et dicit, quod cum dictum cap. loquatur de morte, & mors dicatur multis modis, quia aliqua naturalis, aliqua est civilis, in dubio mors intelligitur de naturali, per l. ex ea parte. §. in insulam. ff. de verborum oblig. cap. susceptum. de re script. libro vj. Non quod illa mors imponatur per episcopum, sed per iudicem secularem. Et ad c. cum non ab homine. de iudic. vbi dicitur, quod plura requiruntur ante quam clericus puniatur morte naturali: respondet, quod ibi loquitur de homicidio simplici: sed dictum capit. j. de homicid. loquitur de homicidio proditorie commisso ex eo, quia dicit text. per insidias, & per industriam inferens, quod per hoc resultat singularis limitatio ad dictum cap. cum non ab homine. Et sic non obstat.

Item, tenendo hanc secundam opinionem non obstat, si dicatur, quod iura canonica loquentia de morte debent intelligi de excommunicatione, per capit. per venerabilem. qui fil. sint legit. nam illud procedit, quando mors est imponenda per iudicem ecclesiasticum, qui non potest imponere ipsam mortem naturalem. per cap. sententiam. ne cleri. vel mona. & cap. clericum. eodem titul. & per cap. ex his. de excessi. praela. & c. illud. xij. quaest. iij. secus est, quando ipsa mors venit

venit imponenda per iudicem secularem, vt est in causa dicto c. j. de homicid. vt superius fuit declaratum.

Item, & licet plures aliae Lecturae ponantur ad c. j. quas nimis longum esset recitare, tamen Panorm. & Ioan. de Anan. tenent expressè dictam lecturam, videlicet quod si homicidium est qualificatum, clericus euellitur ab altari, id est, degradatur, & traditur curiae seculari, secundum dictam secundam opinionem.

Item, & pro eadem secunda opinio. Barbat. in dicto capit. at si clerici. adducit sequentia dicta doctorum & gloss. Et primò dictum Bald. in capitul. at si clerici. de iudic. vbi dicit expressè, quod clericus deponitur, & non proceditur ad aliam poenam nisi enormitas criminis aliud iudicaret. Et sic videtur sentire, quod propter enormitatem criminis procedendum sit ad aliam poenam depositione maiorem, quae non reperitur nisi degradatio, & curiae seculari traditio. Ergo videtur sentire, quod ipsa degradatio veniet imponenda pro enormi crimine: ad idem adducit etiam dictum Innocent. in cap. qualiter de accus. vbi dicit, quod in casu in quo de iure civili imponeretur poena homicidij, de iure canonico esset degradatio. Et licet Panormita. in dicto cap. at si clerici. videatur illud dictum reprehendere, tamen ipse Barba. ibi dicit illud posse saluari in homicidio qualificato, vt in parricidio & similibus, addens ipse Barba. quod ipse allegat pro hac secunda opin. vltra alios dictum singulare Innocent. quod omnes sequuntur, in cap. j. de constit. vbi dixit, quod propter horrendum delictum potest index transgredi leges, & imponere poenam grauiorem, quam imponatur a lege: ideo in proposito non est mirum, si episcopus ex se possit degradare clericum parricidam, qui episcopum vel sacerdotem occidit, dicens quod pro certo non poterit adduci accommodatus dictum. Allegat etiam cap. mulier. xv. quaestio. j. vbi propter horrendum scelus comburitur animal brutum, & sic alteratur iuris dispositio in animali bruto. Ergo multo fortius alterabitur in clerico propter horrendum crimen. Adducit pariter ad idem text. pro singulari in l. per omnes. C. de defenso. ciui. vbi non datur aduocatus facienti scelus horrendum. Si ergo non datur defensor, ergo multo fortius degradabitur, & tradetur iudici seculari. iungens. l. final. §. huiusmodi. C. de mo. mul. & gloss. singularem in l. ij. ff. ab. fur. casa. quae voluit, quod detur bestiis ad comedendum quis propter horrendum crimè, subdens illud, quod notat Bald. in l. prima. C. de delic. defunc. vbi dicit, quod in vana gloriantur, vt non possint loqui. & gloss. singularis instituit. de haere. quae ab interstat. dese. §. per contrarium. quae dicit condemnantur post mortem. & l. pronunciarum. C. de feriis. vbi puniuntur diebus feriatis. Addens talem rationem, accidens adueniens enti, illud qualificat, & reducit ad diuersam speciem. Ista est gloss. singularis in capit. statutum. iuncto cap. licet canon. de electio. lib. vj.

Vbi dicitur, quod dispositio cap. licet canon. loquens de ecclesia parochiali, non habet locum in ecclesia parochiali collegiata. Ideo dicit Aegidius in prooemio Gregoriano, quod statutum loquens de scholari non vindicat sibi locum in rectore, qui etiam scholaris est, propter illud accidens rectoriatum. ergo iura canonica loquentia de simplici homicidio non habent locum in homicidio qualificato, vt est parricidium, & similia. Eodem modo iura loquentia de furto non habent locum in furto qualificato, vt est robaria strata. Ita dicit ipse Barba. pro corroboracione dictae secundae opin. & exinde dicit,

quod non reperit meliorem tex. de corpore iuris probantem opinio. de Ancharan. & Abba. quam text. in cap. nouimus. de verborum significatio.

Item, & hanc secundam opinio. videtur tenere Felyn. in dicto cap. at si clerici. saltem tacite. Nam recitat dictas ambas opinio. & post illarum recitationem ponit verba sequentia. Opinionem tamen Petri de Ancharan. & Abba. tenet idem Petrus in repetitio. regulae ca. de regulis iuris. libro vj. columna lxx. versic. xix. quarto. Et in disputatione sua, laicus quidam propter homicidium. columna xvj. & Abbas in cap. primo. de his qui fil. occid. & Ioan. de Anan. in cap. j. de homicid. & Abbas in cap. tua. de poenis.

Item, & sic ex dictis suis verbis apparet, quod ipse Felyn. tacite approbat dictam secundam opinio. Tum primò ex eo, quia pro illa addunt concordantias, & corroboraciones. Tum ex eo, quia illam secundam ponit vltimò. Et sic videtur ex hoc illam approbare, sicut in simili dicitur de gloss. ponente plures opiniones, nullam illarum expressè approbando. Nam tacite intelligitur approbare vltimam, vt dicit Bald. in authent. ex testamento. C. de collat. per not. in gloss. fin. l. qui filium. in fin. ff. ad S. C. Trebellian. melius. in l. si idem. §. finali in fin. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Socinus in tractatu Fallentiarum.

Item, sed non obstantibus pluribus dictis superioribus per Barba. recitatis, ipse Barb. tenet primam opinio. dicens, quod in re tam periculosa non videtur sibi recedendum ab opinio. glossarum propter dicta de Anchara. & Panormit. & Bald. & sequacium: quia debemus inhærere glossis, vt Bononienses carocio, vt est gloss. singularis in l. omnis diffinitio. ff. de regulis iuris. Et idem tenet Salicet. in l. traditionibus. C. de pact. & ideo dixit idem Salicet. in l. ij. C. de sententia quae sine certa quant. *che non sa caluacare, tegua se à l'arsono. Ita debet facere index, tenendo se à la glossa.*

Et pro ista parte adducit ipse Barbat. duodecim rationes, & respondet ad rationes positas, per Ancharan. & Panormitan. & finaliter ponit verba sequentia. Et per consequens male & pessimè faciunt hodie episcopi degradando clericum, & tradendo eum curiae seculari, &c. Et dicit, quod hanc partem tenet ibidem Franc. de Aret.

Item pariter, licet Felyn. in cap. primo. de homicidio. referat ad longum opinio. de Ancharan. & Panormit. & pro illa secunda adducat concor. inferens, quod secundum eos non est mirum, si non expectata incorrigibilitate deuenitur ad traditionem curiae secularis contra cap. cum non ab homine. quia loquitur de homicidio simplici, non qualificato, puta proditorio vel valde scadaloso, quia omni iustitiae repugnat quod vbi laicus punitur supplicio atrocissimo, clericus sufficiat carceri, a quo saepe fuga accipitur, &c. Attamen subdit idem Fely. quod ipse non tenet illud pro constanti: quia cap. tua. de poenis. pro magnis sceleribus contentatur perpetuo carcere, &c.

Item, quanuis etiam Philippus Derius in dicto capitulo, at si clerici. referat dictam opinionem de Ancharan. & Panormitanus in contrariam opinionem. Francisc. de Aret. & Andreæ Sicul. id est Barbat. & contra responsiones, & impugnaciones eorundem de Aret. & Andreæ Barbat. saluet aliquas rationes, quas ponunt de Ancharan. & Panormitan. Et subdat, quod eorum opinio habet maximam aequitatem, vt videlicet crimina puniantur debita poena, & ita dicat vidisse seruari Florentiae.

Attamen



Artamen exinde sentit, q̄ alia opinio, quam sequitur de Aret. videtur esse verior, pro qua dicit, q̄ Barbat. adducit plura, quae sunt leuia. Sed dicit ipse Philippus, quod probatur per dictū c. cum non ab homine. quia ibi loquitur de atrocissimo delicto. Et tamē ibi requiritur incorrigibilitas, antequam Clericus relinquatur curiae seculari.

Item, & per consequens remanet quaestio perplexa, an dictus presbyter in nostro casu debeat degradari iuxta secundam opinionem: vel sufficiat, quod depouatur, & intrudatur in arctum monasterium, iuxta primam opinionem. Item, sed antequam ego descendam ad aliquam carundem opinionum, intendo discutere qualificationes ipsius homicidij, de quo agitur. Nam si bene percipio, per discussionem & examinationem earundem qualificationum, informabitur animus iudicantium: imò videtur iure cautū, quod ne iudicium possit fieri durius vel remissius, quam ipsum delictum deposcit. ante omnia pensanda sunt qualificationes, & circumstantiae delictorum, & illis perpen-sis est poena statuenda, prout ipsum delictum expo-  
17 stulat. Ad hoc facit l. respiciendū. ff. de poenis. ibi, cum dicit: respiciendum est iudicanti, ne quid aut durius, aut remissius constituat, quam causa deposcit: nec enim aut seueritatis, aut elementae gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quaeque res postulat statuendum est. Ad idem facit doctrina Innocent. in c. cum speciali. de appellatio. de qua meminit Panormita. in ca. j. de constitut. quae habet, quod iudices possunt interpretari iura in causis coram se vertentibus: quod intelligerem, consideratis qualitatibus ipsarum causarum.

Item, ad demonstrandum, quod dictum homicidium habet plures qualificationes, & circumstantias aggrauantes ipsum, praemitto illa, quae habentur in l. praetor edixit. §. si. cum l. sequenti. & in l. item apud Labeonem. §. quod ait praetor. & in l. sed si vnus. §. quaedam. ff. de iniur. & latius in l. aut facta. §. sed haec quatuor genera. ff. de poenis. ex quibus legibus colligitur, q̄ atrocitas vel grauitas, vel etiam impunitas delictorum cognoscitur ex septem. Primò ex causa, se-  
13 cundò ex persona, tertio ex loco, quarto ex tempore, quinto ex qualitate, sexto ex quantitate, septimò ex euentu. Et intendo ponere causam vltimo loco, & expedire cetera per ordinem.

Et primò dicere, quod dictum homicidium, de quo agitur, plurimum aggrauatur ex persona interfec-ti propter tres rationes. Prima, ex eo quia erat religio-sus professus religionis sancti Ioannis Hierosoly-mitani, quae est religio approbata, & habet multa pri-  
14 uilegia, vt colligitur ex capitulo, porro. de priuilegiis. quae papa mandat seruari in cap. dilecti. eodem titul. & illis religionis dat priuilegium se faciendi absolue-re, quod habent canonici regulares vel monachi, vt habetur in capitulo. canonica. de sententia excommuni-catio. Et quia religiosi professi, & constituti in sa-cris ordinibus aequiparantur, vt est textus in cap. j. de voto. libro vj. Et ita firmat ibi glossa. & Ioan. de Ana. in capitulo. j. de his qui filios occi. & in capitulo. tuæ. de apostata. Ergo dictum homicidium est ita graue, si-cut si clericus in sacris constitutus fuisset occisus. Pro hoc facit l. atrocem. C. de iniuriis vbi dicitur, 20 quod iniuria aggrauatur ex eo, quod infertur portan-ti habitum suum. Ita firmat ibi Baldus. & ne de hoc dubitetur habeo textum ad manum in can. qui occi-derit. xvij. quaestio. iij. ibi, qui occiderit monachum vel clericum.

Item & si dicatur, quod religiosi sancti Ioannis ori-ginaliter vocabantur hospitalarij sancti Ioannis Hierosolymitani, vt videtur dici in c. tuarum. de priuileg. respondetur, quod etiam ipsi hospitalarij erant reli-giosi. Et quicquid esset de eorum statu, tamen illud etiam verum est, quod ipsi hospitalarij & templarij, & similes gaudent priuilegiis clericorum, vt est text. & ibi glo. expressa in canon. quisquis. xvij. quaest. iij. quae alleg. canon. vt lex. xxvij. quaestio. j. & can. illud. xj. quaestio. j. & ca. parochianos. de sententia excom. Et per consequens homicidij religiosi praedicti gra-uatur, sicut graueretur, si clericus etiam in sacris ordi-nibus esset interfec-tus.

Secunda causa aggrauationis est ex eo, quia dictus interfec-tus nedom erat religiosus simplex. Sed erat etiam constitutus in officio, & administratione, cum esset comendatarius de Albiasio, & aliàs reuera erat diues & potens, & valde honestus, & non erat homo simplicis nec vilis conditionis: & quod hoc homicidij aggrauatur, probatur in l. Gracchus. C. de adul-ter. vbi dicitur, q̄ occidēs adulterum vilis, & simpli-cis conditionis, non punitur: sed bene occidens adul-terum honestae conditionis. Ad idem facit l. si adulte-rium. §. imperatores. ff. de cod. tit.

Tertia causa aggrauationis est ex eo, quia ipse in-terfec-tus, fuerat etiam per longos annos largus bene-factor erga interfec-tum: cum reseruit probatum per magnam partem septem annorum seu circa, interfe-ctus dederat interfec-tori refectiones & consilia multa, & alias fecerat sibi gratuitates, quas continuauit etiam die homicidij consolado eum interfec-torem in suis querimoniis, & multas, & vberimas oblationes sibi faciendo, & etiam eidem fingenti se languidum escas suis manibus parando: & per consequens debuit pro dictis beneficiis bona, non mala recipere, per ca. relatum. de testament. pro hoc l. sed si lege. §. consu-luit. de petito. haeredita. Ad idem can. illud. vij. quaestio. ij. Ex quibus omnibus colligitur illud vulgatum, quod beneficentibus debet reddi bonum & non malum.

Item, & pariter grauatur dictum homicidij ex parte interfec-tis etiam ex tribus causis. Prima, ex eo quia erat sacerdos, & sic eius officium erat multis prodes-se, & nulli nocere, vt est text. in ca. j. de postul. & non debuit esse ferus, & inhumanus: sed in mansuetudine clericali permanere, vt eleganter dicit Panor. in capi. primo. de cleri. percusso. & facit c. j. & can. episcopus. xlv. distinet. & c. clericis. ne cle. vel mona. vbi habetur, quod presbyteri non debent cōdemnare ad mortem etiam in casu, in quo de iure poena mortis habet lo-cum, ergo minus debent homicidium iniuriosum, & prohibitum facere.

Secunda causa est ex eo, quia ipse interficiens erat familiaris ipsius interfec-ti, vt patet per praedicta: & de tali dicit glo. in l. j. ff. ad Sille. quod nulla est officacior pestis ad nocendum, quam familiaris inimicus. Et col-ligitur ibi ex ordine literae, q̄ grauius peccat familia-res occidentes patrem familias, quam extraneis.

Tertia causa aggrauationis est ex eo, quia inter-ficiens erat pater spiritualis, videlicet pater confes-sionis interfec-ti. Et sic videtur commissum parrici-dium saltem spirituale. & Super quo considero, quod poena parricidij, habet locum, non solum quando filius occidit patrem, sed etiam contrā, quando pa-ter occidit filium, vt habetur l. j. ff. ad legem Pompe. de parri. Considero etiam, quod pro parricidio est introducta poena grauissimae mortis, valde excedens poenam

poenam ordinariam simplicis homicidij. Nā parrici-da fuitur culco, id est, sacco corij, cum cane & vipera ac simia, & gallo gallinaceo, & proicitur in mare, vel in annem proximum: alioquin bestiis subiicitur: vt in l. penul. ff. eo. Et etiam considero quod praedicta iura loquantur ad corticem literae de occidētibus parentes vel filios carnales. Et sic, quod in illis aggrauetur homicidium, & debetur maior poena: tamen idem vide-tur dicendum de filiis & parētibus spiritualibus. Pro hoc facit elegans doctrina Panormita. in dicto capi.

at si clerici. vbi dicit expresse, q̄ quod sicut fornicatio aggrauatur, & transit in aliam speciem criminis gra-uiorem, quando committitur cum consanguinea car-nali, per can. si quis clericus. lxxxj. distinet. Ita etiam ag-grauatur si committatur cum filia spirituali, videlicet cum ea, quam quis ad poenitentiam recepit. xxx. q. d. j. 27 can. non debet. Et idem dicit esse de qualibet alia filia spirituali. Item & nedom aequiparat ipse Panomit. ibidem grauitatem incestus spiritualis & carnalis, vt dictum est, sed etiam grauitatem adulterij spiritualis & carnalis. Et sic si in praemissis est eadē grauitas poe-nae, & per cōsequens dicta grauissima poena in no-  
22 stro casu debetur pro dicto parricidio spirituali, sicut deberetur pro parricidio carnali, saltem poena parricidij spiritualis aggrauatur vltra poenam ordinariam homicidij simplicis. Item, & pariter aggrauatur idem homicidium ratione loci, etiam ex triplici causa. Pri-ma, quia fuit commissum in domo religiosa, scilicet in in commedataria, & etiam prope altare, in quibus lo-  
23 cis iudicium sanguinis à iure permissum non possit fieri per iudicem secularem, per c. sententiam. ne cle-ri. vel monach. Ergo minus debuit fieri homicidium iniuriosum, & à iure damnatum.

Secunda causa grauationis est ex eo, quia interfec-tus erat in domo propriae habitationis: vbi debuit habere tutissimum refugium. l. plerique. ff. de in ius vocado. hinc bellissimè dicit Bald. in l. j. ff. ad Silla. quod gra-  
29 uius est homicidium quando quis occiditur in domo propria, quam si occideretur alibi.

Tertia causa grauationis est ratione loci vulnerū, quia non fuerunt illata vulnera in brachiis vel coxis, vel tibiis: in quibus raro vulnera sunt lethalia, sed in tergo & partibus pectoralibus, & circa cor vel iecur, aut splenem, vbi cōmuniter vulnera sunt lethalia. Et maximè quando intrant, vt in casu subiecto. Nam ex hoc infertur, quod habuit animum occidendi, atten-to loco dictorum vulnerum.

Item, grauatur dictum homicidium ratione tempo-ris. & Nam dicit dicta l. aut facta, quod tempus facit discernere furem nocturnum à diurno. Et sic secundū hoc grauius peccat, & punitur delinquēs de die, quam de nocte. Sicut grauius delinquit, & punitur fur mani-festus, quam non manifestus. Sed in hoc non insisto: quia siue nox siue dies grauent delictum, vtroque ca-su homicidium praedictum aggrauatur. Cum dictus presbyter venerit de nocte ante diē & percussit de die, & pluribus praesentibus.

Item, quia dictum est, etiam in talibus consideran-dum qualitatem. Id est, diem. ibi text. atrocitatem vel leuitatem facti ex hac consideratione aggrauatur delictum, quia nō posset reperiri maior atrocitas, quam illa, ex qua sequuta est mors, quae est vltimum terribilium, vt dicit Bal. in tract. schismatis.

Item, quo ad quantitatem, quae vt dicit dicta lex dis-cernit furem ab abigeo. & Et sic videtur consideradus numerus ictuum, quod hoc considerando in nostro ca-su homicidium aggrauatur cum percutiens non fue-  
31

rit cōtensus vno ictu: imò bina vice percussit per in-teruallum & diuersis in locis: & non cōtensus de per-cussionibus, addebat verba maligna, dicēdo, *ie laguis, ie meus*, & dicendo hoc, *ie te iueray*.

Item, & grauatur ratione euētus, saltem ex eo, quod euenire potuit, quia non sterit per ipsum percipientē, quod ipse religiosus nō decesserit statim illatis dictis ictibus. Et sic, quod non occiderit nedom corpus sed etiam animam, quia dicit Barba. in d. ca. si clerici. q̄ illi, qui occiditur, nisi misericordia diuina aliter pro-uideat, solent occidi quo ad corpus & animam, ex eo quia decedunt sine confessione: & periculū est, quod grauat ex infirmitate corporis non possint habere contritionem debitā. Et pariter grauatur ex alio euē-tu, scilicet mali exempli, vt dicitur.

Item, & Et nunc reuertor ad causam, quae primo lo-co dicebatur consideranda. vnde dicit dicta lex cōsi-derādum esse, si causa percutiēdi est iusta vel iniusta, tollit vel attenuat poenam, sed causa iusta aggrauat. Et primò ad demonstrādum, quod non interuenit causa iusta, considero, q̄ plures sunt causae iustae, ex quibus poena homicidij vel alterius percussiois remittitur in toto, vel in tanto. Et inter alias deducam tres plu-  
quam succincte. Prima est quando quis non potest mortem propriam aliter euadere, nisi occidat aduer-sarium, vt clementi. j. de homici. & ratio est: quia vim vi repellere licet. l. j. C. vnde vi. & l. vt vim ff. de iustit. & iure. Sed iste casus cessat in materia praesenti.

Secunda causa est quādo occidens mouetur iusto dolore, vt est quando interfecit adulterum repertum cum vxore vel filia: quia tunc poena in totum tollitur, vel saltem minuitur ratione iusti doloris, vt habetur in l. si adulteriū. §. imperatores. ff. de adulte. & l. Grac-chus. C. eodem tit. Et idem esset de alio iusto dolore. Sed in nostro casu nullus iustus dolor interuenit, vt de se patet: ergo & c.

Tertia causa tollendi vel minuendi poenam deli-cti est, quando percutiens fuit provocatus, & irritatus ad iram per percussum verbo vel facto, vt solet fieri in rixa vel cōtentione. Vnde Spe. in tit. de accus. in §. j. in verbo, quid si te vocauit, ponit talē casum, q̄ si ego te prouocauit dicto vel facto ad iram, & sic tu ira-tus mihi verbo vel facto iniuriaris, tu non debes pro-pter iniuriam mihi factā condemnari. Et dat rationē, q̄ quia quod calore iracundiae fit, non imputatur, id est, calumniae vitio caret, vt in can. si quis iratus. §. ij. quaestio. iij. Et pro hoc dicto est casus in l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad legem Aquil. vbi habetur, q̄ ille est puniendus, qui fuit initium rixae: quod ego intelli-gem dummodo procedat cum moderatione incul-patae tutelae. Attamen Panor. in ca. j. de iniur. non ad-mittit in totum illud dictum Speculat. videlicet vt in totum tollatur poena. Sed bene faceret, q̄ prouocatus minus puniretur.

Item, sed applicando ad nostrum casum siue pro-uocatus, & irritatus excusetur à toto vel à tanto. Ta-men illud verum est, q̄ etiam ille casus nō potest ex-cusare ipsum presbyterum in nostro casu, cum nulla fuisset sibi facta iniuria. nec verbo, nec facto: imò in-terfec-tus bonis oblationibus, & consolationibus vsus fuerat apud eundem. Et quod magis est, fuit percussus dum parabat percipienti refectionē: per quae ostendi-tur, q̄ ipse interficiens nullam habebat causam iustā, nec occasionem interficiendi dictum religiosum, nec etiam sibi nocendi verbo, nec facto. Et sic superest, q̄ dictum homicidium fuit sine causa iusta commissum.

Item, sed bene econtrā & reperiuntur plures causae sibi

sibi admixta, propter quas dictum homicidium fuit iniustum, & aggravatur plurimum. Et inter alias referam breuiter tres, in quibus iunctis praemissis & sequentibus intendo fundare meam opinionem, plus quam debilem. Prima causa est, damnabilis ingratitude. Secunda, horrenda proditio. Tertia, damnosa exempli pernicies. Et veniendo ad primam causam 32 praemitto, quod si ingratitude committitur multis modis: & inter alios est, quando redditur malum pro bono: vt expressè dicit sanctus Thomas secunda secundae quaestio. cvj. & est text. in volumine aureo. xxiiij. quaestio. iij. in cap. sex differentiae. ibi cum dicit reddere malum pro bonis: vt dicitur ibi, quod hoc pertinet ad malos homines, & hoc casu est peccatum mortale, vt dicit sanctus Thom. ibi supra.

Item, & quod ipse presbyter, de quo agitur, reddiderit religioso interfecto malum pro bono, imò mala pro bonis, patet, quia sicut in praecedentibus tractum est primò ipse interfectus per multos annos administrauerat victum ipsi interfecti, aliisque plures gratuitates fecerat, pro magna parte temporis. Secundò in die commissi homicidij antedictis fecit aperiri portam illi luctuose clamanti, *monseigne, monseigne faites m'oubrir, que iou son mort*: & dedit aditum vsque ad proprium lectum, & consequenter ipsum querimonias exponentem de eo, quod dubitabat citari vel capi ad causam ingrauidationis mulieris, idem interfectus consolabatur eundem benigne, & offerebat ire ad montem albanum, & fornire omnia. Et tertio ponens manum ad opus, volens prouidere languenti interfectis, parabat ei opera propria refectioem pro hoc se turbans erga ignem: sed idem presbyter pro dictis tribus beneficiis reddidit primò primum lectum lethalem in tergo. Secundò verò verba malitiosa, dicens: *Iou laque effi, iou son mort*. Et tertio secundum lectum lethalem in partibus pectoralibus. Et sic apparet de dicta danabili ingratitude.

Item, & quod ipsa ingratitude dictum homicidium aggravat, patet manifestè ex odiosis pœnis contra ingratos proditis. Et maximè contra illos, qui manus impias ingesserunt contra parentes vel alios benefactores. Nam de iure Digestorum propter ingratitude filius degradatur à militia, per text. in l. j. iuncta glo. nor. in verbo, indignus. ff. de obse. à

liberis & liberis praestant. Et si pariter de iure Codicis reuocatur donatio propter ingratitude in l. j. & si. C. de reuocan. dona. in cap. fin. de dona. Et pariter reducitur libertus priuati in seruitutem in l. j. C. de libe. & eorum libe. Et ita firmat ibi Bald. & concord. cvij. discussio. xij. quaestio. ij. vbi idem fit in liberto ecclesia, vt de iure nouissimo propter ingratitude pater potest exheredare filium in authent. vt cum de appel. cog. §. causas. colla. viij. & notatur in cap. Quin taualis. de iurciu. & propter ingratitude commissa contra ecclesiam solum in postulando contra illam, perdit quis beneficium, quod habet in illa, per dictum cap. fin. de postu. Si ergo propter ingratitude quis punitur ita communiter per iura praedicta, ergo oportet dicere, quod propter admixtam ingratitude in nostro casu aggravatur homicidium, de quo agitur. Item, & secunda causa aggravans idem homicidium est admixta proditio. Vnde Butr. & B. Id. in l. nemo. C. de summa Trinita. expressè sentiunt, quod delictum aggravatur propter admixtam proditionem, inferentes, quod homicidium commissum cum veneno est grauius, quam illud quod committitur sine veneno, ex eo quod homicidium

cum veneno commissum habet admixtam proditionem, vt in l. j. C. de malef. & mathe. Et idem sequitur Ioan. de Ana. in dicto c. j. de homici. Et in hoc casu dicit, quod potest saluari lectura glossae ad illum text. posita, quae vult, quod si homicida fugiens ad ecclesiam non debet gaudere immunitate. Nam hoc debet intelligi & saluari quando proditionem commisit homicidium. Et pro hoc dicit facere text. ibi cum dicit per industriam, id est, per insidias, hoc est quando committitur proditionem, & ex proposito, & appetatè. Ad praemissa facit quod de proditoribus dicitur in c. clericus. xlvj. distin. ibi cum dicit: clericus qui proditionibus vacare deprehenditur, degradetur à beneficio.

Item, & quod in nostro casu dictus presbyter procefferit proditionem, & ex proposito, & appetatè clarè patet, cum absque quacunque rixa, & absque verbis contentiosis, & comminatoriis praecedentibus nec interuenientibus de parte retro venerit. Et suum benefactorem sibi tunc effas paratè lethaliter percussit: & exinde iterum ex intervallo ad aliam lethalem percussione similiter sine rixa, & sine minis procefferit: quod vt de se patet, est horrendum & damnabile.

Item, tertia causa aggravandi dictum homicidium est, vt praedicitur, damnosa exempli pernicies, id est, exemplum perniciosum vitandum, quod insurgeret ex dicto homicidio, nisi sequeretur debita punitione. Et quod propter hoc aggravatur ipsum homicidium, videtur text. in l. aut facta. superius saepe alleg. in §. final. vbi habetur, quod delictum est grauius puniendum, quando ex illo potest oriri malum exemplum pluribus personis, & dicit ibi notabiliter glo. in verb. supplicia. quod poena crescit ex personis quorundam malefactorum, vt alij terreantur. alleg. l. famos. ff. ad legem Iuliam maiest. in fi. & l. iij. C. de epif. aud. & l. poenam. §. puniuntur. ff. de abie. ita dicit ipsa glo.

Item, ego adderem ad praemissa l. j. ff. de constitu. prin. & instit. de iure natu. gen. & ciui. §. quod principi. In quibus iuribus dicitur, quod princeps interdum imponit maiorem poenam alicui, quam meretur. & hoc facit vt dicit glo. vt poena vnus sit metus multorum, allegando ad hoc l. aut facta. in §. fin. cui concordat l. j. C. ad legem Iuliam reatum. ibi cum dicit, cum poena vnus debeat esse metus multorum.

Item, ad praemissa facit text. qui cauillari non potest, & est clausus in praesenti materia, in d. c. nouimus. de verborum signifi. ex quo colligitur, quod pro crimine damnabili, & damnoso proceditur ad degradationem, & traditionem curiae seculari. & dicit ibi Ioan. And. crimen esse damnabile, id est, dampnandum per sententiam, & damnosum quo ad exempli pernicie, scilicet quia ex illo potest oriri malum exemplum aliis: ideo proceditur ibi ad degradationem, vt euitetur dicta exempli pernicies, & vt poena vnus sit metus multorum.

Item, & quia in nostro casu vtrunq; concurrunt, quia primò homicidium est damnabile, cum habeat plus quam duodecim qualificationes, ita ipsum aggravantes, vt dici possit casus nouus, & inexcogitatus, id est, nouum genus homicidij. Ita quod nunquam visum fuit aliud tam damnabile, & tam execrabile: & maximè nunquam fuit visum nec auditum, quod vnus sacerdos pater confessionis, & familiaris, & amicus alicuius honesti religiosi accesserit ad domum illius pro habendo succursum & auxilium, & illo sibi concessio & oblato, sine rixa & cõtentione, & sine minis praecedentibus, à parte retro proditorie ipsum religiosum amicum, & filium confessionis effas sibi benigne parantem, lethaliter percussit cum gladio acuto supra

tergum

tergum fixo: & deinde ex intervallo, & in alia parte domus, scilicet prope altare iterum percussit supra stomachum lethaliter cum alio gladio, sicut factum est in nostro casu. Ergo idem homicidium est, plus quam damnabile, & pariter est damnosum, id est, habet vitandi exempli pernicie: nam potest trahi in perniciosam consequentiam, & in malum exemplum. Ita quod posset quis esse in periculo mortis cum amicis familiaribus, sicut cum inimicis: imò maius esset periculum cum amicis, quia ab inimicis quilibet praecauerit: si d ab amicis, & familiaribus praecaueri non potest, nec cõsuevit. Ideo videtur, quod dicto presbytero debet imponi ad literam poena dicti c. nouim. vt si poena rigida illa imposita faciat cessare, iuxta dispositionem illius cap. exempli pernicie. Id est, vt à cetero tales partes confessionis amici, & domestici ac familiares, & alij seruitores vel quicunque homines perterreant cõmittere simile facinus: & ne ex defectu debita poena possit succedere malum exemplum, per quod quis non sit in domo propria cum domesticis securus: & maximè videretur cõtra eundem presbyterum modo praedicto procedendum, attentis aliis qualificationibus & iuris, & facti rationibus superius deductis, & inferius deducendis simul iunctis. Item, nam habeo respectum magnū ad alia quinque facinora tam ante quam post dictū homicidium per dictum presbyterum commissis, de quorum poena fuit etiam superius facta quaestio: ad quae descendendo per ordinem. Item: quia dictum est supra quod secundo ex processu refertur probatum, quod ipse presbyter fuerat diffamatus, de quadā viguiera, quae iurauit solènter ab eodē presbytero se fuisse ingrauidatum, & ipse cõsuevit illam pluries carnaliter cognoisse, & sic videtur refutare fornicatio notoria & scandalosa. Item, propterea de iure ipse presbyter pro illa veniret deponendus, vt dicit Gofredus in summa de coha. cleri. & mulie. Et Pañ. post dominum Anchar. in cap. at si clerici de iudi. per c. quā sit de excess. praelat. & cap. ex parte ad c. de testibus. Et grauat ipsa fornicatio propter ordinem presbyteratus ipsius delati: imò dicit Panor. in dicto c. at si clerici. quod facerdos etiam cognoscendo solutam, committit adulterium spirituale ratione sui ordinis. Idem sequitur Paul. de Leza. in clemen. prima de offi. ordin.

Item, ad tertium dum dicitur, quod ipse presbyter fecit conatus de se interficendo, & ceteris: & aliam dicere, quod licet ex quo conatus non habuerit effectū, non debet tibi imponi poena. Tamen potest notari eius malitia, ac propositum occidendi alios, ex quo se ipsum voluit occidere. Secundò notatur periculum se interficiendi, si solum condemnatur ad carceres.

Item ad quartum, quod verberauit lauleriam sibi victum ministrantem: dicitur etiam, quod ex hoc monstratur malitia obstinata ipsius delati. Primò in continuando ingratitude: quia sicut fuit ingratus erga interfectum, percutiendo ipsum refectioem sibi parantem, ita fuit ingratus erga dictam lauleriam percutiendo illam sibi cibos afferentem. Secundò, quia in continuando verbera, assumit percutiones in consuetudinem. Et sic magis puniendus, secundum doctrinā Panor. in c. j. de cler. percussio. Item, ad quintum, dum dicitur, quod inuocauit demones, dicitur quod in illo videtur committere haeresim. Et maximè quia additur, quod abnegauit Deum. Et sic pro haeresi est degradandus, & curiae seculari tradendus, vt superius fuit tractum, & est text. in c. ad abolendam & cap. penult. de haeret. in anti. Et licet idem delatus abiurauerit ipsam haeresim, reuocando iudicialiter

Tom. 3.

illas inuocationes demonum, tamē neominus venit intrudendus in arcem monasterium. Ita firmat Panor. in dicto c. penult. ibi dum dicit notanter, quod si haereticus volens redire ad fidem non euadit, nisi poenam mortis: nam ad agendum poenitentiam pro delicto commissio, debet detrudi in perpetuum carcerem, & c. Adderem, quod illa abiuratio non videtur prodesse, cum non fuerit facta statim, imò ex magno intervallo: & etiam videtur facta metu poenae, & in his criminibus non iuuat abiurantē, vt dicit text. & ibi Panor. in d. c. ad abolendam. Item, ad sextū, dum dicitur, quod idem delatus abnegauit Deum & virginem Mariam, & baptisimum, dicerem quod illud non caret haeretica prauitate, & licet iudicialiter abiurauerit, deberet puniri illo respectu. vt statim dictum est. Item, & si dicitur, quod non sit commissio blasphemia, quae requirit magnā poenam: nam dicitur in authent. vt non luxur. contra naturam. quod est poena capitalis: sed de iure canonico est depositio ab ecclesiastico ordine, text. in c. si quis per capillum. xxij. q. j. Et Hostiensis in summa dicit, quod si clericus sapius hoc delictū commisit, debet degradari, argu. cap. j. de cleri. venat. Et sic quia saepe illam blasphemiam commisit: ergo ex hoc capite deberet degradari. de iure verò diuino est mors, vt L. eu tici xxiiij. cap. ibi, qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. Et gloss. super Psal. lxxvij. dicit, quod grauius peccat contemnens sedentem in caelo, quam qui crucifixus ambulat in terra. Et Bal. in l. j. C. de iureiur. versi. modo reuoco, quod isti, qui faciunt sacramenta scelerata, etiam si verū dicunt, debent decapitari. per Auth. vt non luxu. contra naturā, quia tale iuramentum est redactū ad instar blasphemie Dei. Et idē Bal. in l. accusatione. C. qui accu. possunt. quod licet episcopus dicatur legatus Dei, vt not. vij. q. j. c. sicut iuris. & xij. quaestio. j. c. fin. & c. queritur. Et licet sit iudex corporū, & animarum. xxxvj. distin. c. oportet. & xxij. q. j. cap. queritur, & xxij. q. iij. c. quid ergo. & quaestio. vij. cap. conuenior. in vti. glo. & c. pridem in glo. j. tamē non potest facere pacem de maledictione Dei, vt notatur xxxij. q. vij. c. vt pridem in gloss. ergo argu. ff. quod vi aut clam. l. prohibere. §. planē. & ff. de pact. l. cõtra iuris. §. j. & ff. mādati. l. si hominem. & ff. de verb. obli. l. qui Romae. §. Callimachus. & C. de episc. & cler. l. si quis in hoc. Et quod poena non debeat remitti eis, qui peccant contra Deum, habetur lxxij. distin. can. Salouitana. & xxij. quaestio. tertia. can. si is qui.

Item, & per cõsequens descendendo ad meam opinionem protestando de me reducendo ad meliorem partem dicerem, quod in nostro casu homicidium est, ita mirabiliter qualificatū, quod tenendo opinionem de Anchar. & suorum sequacium delatus venit degradandus. Et moueor propter plura. Primò propterea, quia proditorie & appetatè, & sine causa, & occasione fuit commissum. Et sic meretur degradationem, per text. in c. j. de homici. qui videtur pro casu nostro factus. Secundò moueor, ex eo, quia habet vitandam exempli pernicie, vt superius demonstratum est, & c. Et sic etiam meretur degradationem, per dictum c. nouimus. Tertio moueor propter quindecim qualificationes superius deductas, ipsum homicidium aggravantes. Et maximè quia commissum est parricidium spirituale, qui est casus qualificatus, secundum de Anchar. vbi supra. Et quod magis est, quarto istud homicidium est grauius, quam rapere bona ecclesiae, in quo casu dicitur dicti doctores crimen esse qualificatum. Moueor quintò, quia hic concurrunt tria alia grauissima

FF. fin. a

suma crimina requirētia depositionem. Et sic est etiā de casibus positus in exemplis de Ancha. imō est vnus casus requirēns degradationem, secundum Hostien. vbi supra. Et sic ex quo sunt quatuor crimina atrociora quorum quodlibet meretur depositionem: ergo vna depositio non esset sufficiens. Et per consequens propter dicta multiplicata atrociora crimina, debet procedi ad degradationem, secundum doctrinam traditam per ipsum de Ancha. & suos sequaces superius recitatum. Item, & pariter dicerem opinionem ipsius de Ancha. in nostro casu esse tenendam, & non immeritō quia illam sequuntur plures alij Doctores, vt patet ex præmissis, videlicet Panor. Anania. Barth. Socinus. Ange. de malefi. Et clarius Augustinus ibi, in additio. & Felin. in d. c. at si cleri. & Philip. Decius dicit ibidem, quod hæc opinio habet maximam æquitatem. Et pro illa facit dictum Bal. in c. at si clerici & dictū Innoc. in c. qualiter de accusa. & c. nouimus. vt superius fuit deductum. Et hoc idem comprobatur per plures Doctores. & glof. & text. De quibus meminit Barb. in dicto cap. at si clerici. Et per plures rationes ibi positas per ipsum de Ancha. & suos sequaces. Et sic non restaret nisi respondere ad opinionem contrariam, & ad motiua Doctorem illam tenentium.

Item, & primò, quia ipsa prima opinio fundatur in dicto c. cum nō ab homine. de iudi. & in c. tua. de pœnis. vbi colligitur, qd pro homicidio non proceditur ad traditionem curiæ secularis, nisi data incorrigibilitate, &c. Respondetur breuiter, quod ibi loquitur de homicidio simplici, & non qualificato, &c. Et ita dicunt debere limitari illud, c. cum non ab homine. ipse de Ancha. Panor. & de Ana. & alij sequaces, vt patet per superius deducta. Et sic non obstat opi. Doct. qui in dicto cap. cum non ab homine. se fundant.

Item, sed ad id quod dictum est, qd Barba. & Franc. de Aret. tenent primam opin. etiā in crimine qualificato, tradendo pro hoc duodecim motiua, &c. Et impugnando rationes ipsorum de Ancha. Et Panor. &c. Respondetur primò, qd secundum Philip. Decium ibidē illa motiua sunt leuia: & sic non obstant. Secundo respondetur secundum eundem Philip. qd rationes de Ancha. possunt saluari non obstantibus dictis impugnationibus. Et ipse Philip. eadem saluat. Et sic non obstant impugnationes prædictæ. Et ad hoc magis demonstrandum considero, qd ipse Barba. dicit, vt superius fuit tactum, quod dictum cap. nouimus. facit magis pro opin. de Ancha. quam alius text. de corpore iuris. Et tamen ipse respondet ad illum text. qd loquitur in incorrigibili: cuius contrarium tenent ipse de Ancha. & Panor. vt superius fuit deductum in eorum rationibus. Et ita etiam tenēt omnes cōmunit. Et si bene ponderetur text. ille non potest intelligi, qd loquatur de incorrigibili. Et sic iterum non obstat opinio Barb. cum cedat de directo cōtra dictum text. secundum præmissa. Item, sed in eo, quod ipse Philip. Decius addit ibi, qd illa prima opinio videtur probari in c. cum non ab homine. satis est responsum supra, qd illud capit. loquitur in homicidio simplici, & non in qualificato, vel duplicato. Et sic non obstat in nostro casu in quo sumus in homicidio qualificatissimo, & etiam sumus in casu, in quo homicida cō-

misit alia crimina enormia. Et sic effect valde absurdū qd non puniretur, nisi ea pœna qua puniretur pro homicidio simpli. Sed in eo, quod ipse Philip. Decius dicit, qd opin. de Ancha. habet maximam æquitatem, vt crimina puniatur debita pœna, certum est qd hoc dictum facit pro eadem opin. de Ancha. & sic non obstat. Et respectu Felin. non potest dici, qd teneat contra opi. de Ancha. imō videtur tenere illam in dicto cap. at si clerici. licet in dicto c. j. de homicid. dicat, qd non teneat eam pro constanti. Et sic etiā nō obstat. Et per consequens opinio de Ancha. remanet communior. & si non esset communior etiam videretur magis tenenda, quā prima ex eo, quia fulcitur textibus, & rationibus euidentibus. Pro hoc facit dictum Panor. in c. j. de cōstit. post Hostiē. & Ioan. And. ibidem. vbi dicit, qd recedendum ab opi. communi, si potest cōuinci probabilibus rationibus quod dicit esse perpetuū notandū. Allegat text. sing. in l. j. C. de veto. iure enucl. vbi habetur, qd ex multitudine authorū non est iudicandum, cum possit vnus etiam deterioris sententia multos, & maiores in aliqua parte superare. Et sic nō obstat prima opinio cōtraria. Sic dicerem salua vtriori librorum reuolutione, & melius sententis opinione Badeto. Adde, quod si videretur procedendum ad dictam degradationem, sententia degradationis esset ferenda per episcopum ordinariū assistentibus sibi aliis sex episcopis, tanquam iudicibus. Sed realis executio, & realis degradatio posset fieri per ipsum solū episcopum ordinariū. Præmissa probatur in c. degradatio. de pœnis. l. vj. Et ita formāt Io. And. Domi. de sancto Geminia. Phil. Fran. Ancha. & cōmuniter omnes scribētes. Adde vltimū, qd licet posset argui, qd cum ipse delatus confessus fuisset dicta facinora ante productionē testium, & sic sponte: ergo mitius esset agendum cum illo, per ea quæ habentur in c. de hoc. de simo. Attamē hoc nō potest suffragari ipsi delato. Nam secundū gl. ibidem cum sponte confessio mitius agitur. Sed non paritur sponte confessio in iure, timore probationum: dicebat tamen Ouidius.

*Non est confessio venia danda reus.*

Et ibi Panor. dicit illā glo. esse singularem notandam, quia quotidie solet allegari, & addit idem notari per glo. xv. q. vlti. in summa. Sed ista est, qd in nostro casu, confessio delati fuit facta timore probationum. quod sic probatur: quia subdit ibi Panor. qd quis dicitur cōfiteri timore probationum, quādo iam accessit erat ad iudicium. secus autem quando præcedente aliquo stimulo sponte iuit ad iudicium, & confessus est crimen, quia tunc hæc confessio dicitur omnino spontanea. Ita dicit ipse Panormita. Et sic cum ipse delatus non accesserit sine aliquo stimulo ad iudicium, imō fuit accessit, seu verius per realem captionē sui corporis adductus, ergo confessio per ipsum ibidē captū & maximē informationibus præcedentibus formata censetur non spontanea, sed metu probationum processisse, & sic non releuat: imō eo modo quo formata est, videretur nocere cōfidenti, per l. obseruare. C. quorum appel. non admit. ibi dicitur, qd confessus & conuictus non auditur appellans: & tamen certum est, qd conuictus tantum auditur. Ergo &c. Sic iterum dicerem saluis quibus supra. I. Badeto.

GVLIEL

GVLIELMI BENEDICTI  
QVAESTIO DE CANONICA  
TV, IVRIS PONTIFICII  
STVDIOSIS ADMO-  
DVM VTILIS

SVMMA.

- 1 *Clausula motus proprii quomodo facit prouisionem proualere. & nu. 15. & 16.*
- 2 *Motus proprius Papa quid operetur in bullis.*
- 3 *Signatura priore loco expedita, an alteri præferatur. & num. 5.*
- 4 *Signatura simplex ante leuationem bullarum an aliquid operatur. & nu. 13.*
- 6 *Prioritas supplicationum probari potest per testes.*
- 7 *Priori loco scriptus presumitur tempore prior.*
- 8 *Instrumentis duobus eodem die confectis illud præfertur quod est prius scriptum in protocollo.*
- 9 *Ordo scripturae ordinem praelationis arguit.*
- 10 *Ordo quid.*
- 11 *Scriptura semper loquitur.*
- 12 *Confessio in scriptis extra iudicium facta æquale iudiciali quando in iudicio producitur.*
- 13 *Registrum Papa quare fiat.*
- 14 *Retentiones fructuum sunt contra bonos mores.*
- 17 *Supplicationum in eodem libro scriptarum prioritas probatur ex ordine scripturae.*
- 19 *Bulle semper referuntur ad datam signaturam.*
- 20 *Papa ius alteri quæstum nec motu proprio tollere potest.*
- 21 *Subdelegatus non totam causam, sed unum articulum subdelegare potest.*



Isis petiis mihi transmissis, videtur prima facie, magistrum Petrum de Puteo impetrantē, seu loco magistri Laurentij Algas Hispani quærominiam impetrantis subrogatum melius ius habere, quā magistrum Petrum Alamandi defensoris, seu loco magistri Ludouici de Thesio defensoris etiam subrogatum. Nam licet ambo canonicatum, & cancellariam Caturen. eadem die impetraverint: tamē dictus de Puteo debet in prærogatiua prælationis prior ceteri: quod propter clausulam motus proprii, gratiā habere videtur pinguiorē, vt hodie videmus clarē decissum per regulā Cancellariæ apostolicæ incip. Item voluit qd de concurrētibus, &c. Pposito enim, qd de iure communi motus proprius Papæ non operetur, nisi quia tollit vitium subreptionis. c. si motu proprio de præben. lib. vj. nec gratiam ampliet quouis modo, vt dicit gl. fin. in clem. si Romanus. de præben. Facit glo. in clem. per literas. eodem tit. Illud intelligitur hodie secundum dictam regulam, qd gratiam ampliat, vt alia comprehendat, quā in literis gratiæ contenta. Sed bene extendit effectum gratiæ quo ad contenta in eadem. Et sic quo ad contenta in literis gratiæ, motus proprius extendere debet, vt prærogatiuam prælationis, data concurrentia operetur, vt clarē sonant verba dictæ regulæ apostolicæ: Nec t̄ obstat videtur, qd dictus Alamandi defensor niteatur probasse, qd eius signatura seu dicti de Thesio cuius loco subrogatus est, fuit priore loco expedita, vt dicit apparere ex registro supplicationum signaturarū, in quo sua supplicatio per multa folia præcedit

Tom. 3.

supplicationē dicti Algas, in cuius loco est dictus de Puteo. Quia ordo literalis attendi debet ex registro bullarum, & non ex registro supplicationū: cum simplex signatura ante leuationem bullarū nihil operet. Nam de gratia nihil doceri potest per signaturā, donec bullis cōfectis, vt plenē notatur super rub. de cōstiti. & in l. j. C. de mand. prin. Nec etiam videtur audire dictus Alamandi credēs per testes probasse, se fuisse priorem in expeditione gratiæ suæ. Quoniam processus dictæ inuestiæ multipliciter videtur nullus, & per consequens inuestiæ nulla. Tū quia locum tenēs Senatoris Romani, per dominum Aufreri principalem cōmissarium subrogatus, ab adiuncto nō exigit iuramentum. Tum quia dictus locum tenens subrogatus cōmisit notario causæ receptionem iuramenti testium, quāuis ei soli absque alterius subrogationē inuestiæ esset cōmissa, & extractus a registro fiendus. Vnde cū fecerit contra formam suæ commissiōnis, sequitur qd nulliter processit. c. cum dilecta de rescrip. & l. diligēter. ff. mād. lūcto quod ex processu inualido sequi non potest vtiles effectus. l. prolata. C. de sententiis.

Sed in contrarium videtur mihi rei veritas: & opinor dictum Alamandi defensoris fuisse, & esse in iure dictorum Canonicatus, & Cancellariæ potiorē. Considerato t̄ qd fuit prior in signatura, vt clarē probatum sperat, & confidit per testes, qui erant præsentēs cū datarius dixit dicto Algas suam signaturam portanti, quā iam prouisum fuerat dicto de Thesio. Or certum est, qd prælatio supplicationum & t̄ prioritatis apostolicarum prouisionum indubitanter probari potest per testes, qui de hora aut momento deponūt, secundum glo. ab omnibus approbatam in cap. duobus, super verbo, si non appareat. de rescrip. lib. vj.

Præterea hoc probatur plus quā notoriē per tenorem registri apostolici, vbi fuerunt registratæ supplicationes amborum: in quo secundum ordinem littere, & scripturę supplicatio signata dicti de Thesio, & Alamandi per multa folia præcedit supplicationē dicti Algas, seu de Puteo. Or in hoc omnes cōcordat doctores, quod quoties duo actus concurrūt de quorū prioritate & posterioritate quærit, t̄ ille præsumitur priore loco expeditus, qui in ordine scripturæ reperitur prior descriptus, vt formaliter post Bartolum decidit Bald. verficu. septimo. not. per illum text. in §. quibus. C. de nouo. cōd. facien. quem ibi sequitur Paulus de Castro dicens, quod primus descriptus velut prior in ordine, etiam in tempore est præferendus, si ambo descripti fuerint in eodem libro. Sed nunc ambæ supplicationes, de quibus agitur in eodem registro sunt scriptæ & registratæ: factis, si in ditteris libris. Hoc idem decidit Baldus in l. de rebus: C. de donationibus ante nuptias, vbi dicit, t̄ quod si duo instrumenta reperiantur eadem die confecta, ita quod de hora aut momento non appareat, illud instrumentum dicitur præcessisse, quod priore loco reperitur scriptum in protocollo. Maximē vbi res inter talibus instrumentis contenta non potest simul, nisi vni personæ competere, sicut in casu nostro non potest.

FF ij test

test beneficium competere, nisi alteri coimpetrantium.  
 9 Nam in talibus ordo scripturae, vel nominationis titulum consistit: ad hoc ut qui primus reperitur in registro scriptus, etiam priore loco prouisus censetur. Et quod hęc decisio vera existat, scilicet quod ordo scripturae arguat, & inducat ordinem praelationis in prouisionibus apostolicis, est tex. in cap. mandato. de prae. lib. vj. Ad hoc facit quod dicit Bald. in l. penult. in tertia oppo. C. de verb. signi. vbi dicit, quod ille dicitur esse maior & potior, qui primò reperitur descriptus. Et idem Baldus in l. j. per illum tex. C. de edicto diui Adria. tollen. Quae omnia probatur optimè per tex. no. in l. generaliter. §. proinde consequenter. ver. quis ergo statuet. ibi ordinē scripturae. ff. de fidei comm. liber. vbi si testator nominando prouidit plures seruos manumittendo ex certo pretio heredi relicto, quod non sufficit ad omnes, hoc casu inspicitur ordo, & series verborum seu literarum, ut scilicet primò scripti praerantur. Et non immerito, quia (ut eleganter dicit Bald.) per illum tex. in casu nostro notabilem in l. si duas. in prin. ff. de excusa. tuto. ex ordine verborum vel scripturae praesumitur ordo intellectus, & voluntatis ipsius loquentis vel scribentis: ut quod prius est in voce vel scriptura, prius fuisse praesumatur in intellectu, & voluntatis expeditione seu executione. Et ibi in d. l. si duas. est melior tex. totius iuris, casum nostrum de iure ciuili formaliter decidens, quod in prouisionibus principis, veluti imperatoris, & similiter Papae (de quibus ibi loquitur) ad cognoscendum prioritatem & posterioritatem duarum prouisionum eadem die expeditarum. Si tales prouisiones sint de scripta in eodem libro, iudicandum erit secundum ordinem scripturae, ut scilicet prouisio illa iudicetur priori tempore fuisse expedita, quae in libro & charta reperitur priore loco descripta. Illa cum priore loco scripta ordine scripturae inuitabiliter iudicatur prior tempore, quia secundum Bal. Philosophum referentem in l. Aretusa. ff. de statu homin. in principio. Tordo est rerum gestarum, ac gerendarum series, secundum prius & posterius. Ex quo necessario concludo, quod ex ordine probatur series successiuus rerum gestarum. Et sic prioritas & posterioritas actuum gestorum. Si vero fuerint in diuersis libris vel chartis descriptae, ita quod clarè ex scriptura non potest cognosci prioritas vel posterioritas illarum, tunc recurrendum est ad principem, qui hoc declarat, scilicet quae voluit prius facere. Or sumus nos in illis terminis, quod duae prouisiones ad praesens contentiose in eodem registro, & non in diuersis reperiantur descriptae: tamen priore loco est descripta supplicatio expedita dicti de Thesio. Ergo inuitabiliter concluditur, quod illa in dubio est iudicanda prior tempore. Ad hoc facit tex. nota. in l. j. & ij. ff. de albo scribend. vbi ille dicitur dignior & per consequens priori tempore in dignitate adipiscenda praerendus, qui priore loco reperitur descriptus, ut tenet Dominicus in cap. finali in princip. de offic. deleg. lib. vj. Ideo secundum Bal. in Auth. hoc amplius. C. de fidei commiss. primò descriptus in instrumeto contractus censetur esse principalis: secundus verò iudicabitur fideiusor. Sicut à simili dicit text. in dicta l. j. C. de edicto diui Adriani tollen. quod primò descriptus in testamento iudicatur haeres. Secundò autem scriptus censetur substitutus. Pariter dicit Ange. in §. etenim in Authen. de heredita. & Fal. quod si quis in eodem instrumeto obligatur Gulielmo, & Petro, Gulielmus tanquam prior loco scriptus erit in concursu hypothecae potior,

quasi sit prior tempore. Ad hoc facit tex. in cap. quorundam. de electio. lib. vj. vbi quia praedicatores sunt priore loco descripti, praerantur ceteris mendicantibus, velut tempore priores. Cum igitur de prioritate prouisionis dicti de Thesio constare speretur per testes in inuestigata examinatos, & notorie per registri ferriem, & scripturae ordinem. Quae duo, imò quodlibet ipsorum de se se est probatio sufficiens ad plenè probandum prioritatem dicti de Thesio, de qua dominus registri, aut datarius, qui melius ceteris praemissa nouit, clarè deponit, & in conspectu curiae hoc dixit, & attestatur per scripturam sui registri quotidie.  
 11 Cum scriptura semper loquatur pro & loco scribentis. Et perinde habenda est, & credenda, ac si ipse scribens in curia praesens esset, & hoc attestaret, quia ut dictum est, scriptura semper loquitur. l. Arriani. C. de haeret. Nam scriptura extra iudicialiter facta perinde habetur, quando producta est, ac si actus contentus in ea iudicialiter fieret. Ideo dicit Panormitanus in cap. si. de confes. quod t. confesio in scriptis extra iudicium facta tantum operatur, quoties in iudicio producitur, ac si iudicialiter & parte praesente esset facta: quia scriptura semper loquitur, & in iudicio ad probandum efficaciam contentorum in eadem. Maxime quia dicta scriptura registri apostolici est omnino de se authenticata. Tum quia à persona publica confecta expressum habente ad hoc faciendum officium. Tum quia de archiuis publicis apostolicis solenniter parte vocata extracta, & sic probat plenè capitulum ad audientiam, de praescriptis. Plus videtur mihi (consilio saniori semper saluo) quod considerato quod scriptura dicti registri est ita Authentica, quod de archiuis apostolicis fuit sumpta: & quod auctoritate Papae illud registrum per Papam est ordinatum fieri, recurrentes ad tale registrum, dicuntur ad Papam recurrere: ita quod tale registrum perinde probat, ac si Papa interrogatus declararet prius prouidisse dicto de Thesio: cum dicta scriptura & ordo illius pro ipso loquatur, cuius auctoritate & mandato facta est: ut patet ex praemissis, & ex ordine literarum censetur Papa declarare dictum de Thesio fuisse priorem in data. Unde succedit elegans decisio Ioannis Andraeae, quem ibi sequitur Dominicus in capitulo, si à sede. de praebendis, libro sexto. vbi dicit, quod vbi constare non potest iudicibus de praequalitate literarum ab eodem collatore impetratarum sub eadem data, debent tales iudices super sedere, & Papam consulere. Ex quibus de officio delegati infert Panormitanus in capitulo secundo, in primo notabili, quod cum idem beneficium conferretur duobus sub eadem data, nec apparet cuius supplicatio prius fuerit signata, debet prius consulti Papa, qui utriusque fecit gratiam, & secundum eius responsum est procedendum. Idem concludit Dominicus in quarto notabili in dicto capitulo, si à sede apostolica: quod est intelligendum, scilicet, quod princeps est consulendus, vbi non constat de ordine signaturarum per ordinem literarum in eodem registro contentarum & descriptarum, ut quia in diuersis libris reperiantur registratae, ut est textus elegans in dicta l. si duas. §. primo. Quoniam si eodem libro essent registratae, tunc appareret de ordine signaturarum ex ordine eiusdem chartae, & sic non esset princeps consulendus. Cum ergo in casu nostro tam per inuestigata, ut speratur, quam etiam per tenorem dicti registri clarè liqueat de prioritate gratiae & signaturae dicti de Thesio, sequitur quod non est necesse alio modo Papam consulere. Et dato quod consulendus fo-

duus foret, prout non, quia constat de prioritate, satis respondet Papa ex tenore registri, quod loco ipsius semper loquitur, cum sit suis auctoritate & mandato confectum: quia cum possibile non sit omnium habere memoriam, t. dictum registrum sit, ut ex ordine illius de prioritate & posteritate gratiarum appareat temporibus perpetuis. Nec Papa alio modo respondere posset, quam continetur in dicto registro. Ideo textus in l. fina. C. de inoffic. testa. appellat eos qui talia registra conficiunt, deuotissimos memoriales, quasi dicat, quod memoria principis in scripturis illorum efficaciter remanet: taliter quod libri illi respondent pro principe veritatem: qui quoties leguntur, princeps respondere videtur. Et sic cum dictus de Thesio declarationem Papae per tenorem sui registri habeat, quod ipse est primus in data: non est dubium quin obtinere debeat in causa: iuncto quod prouisio dicti Algas fuit & est ipso iure nulla. Tum quia non facta regnicola, cui obstat constitutio regia: & quod non sit regnicola, patet per literas habitationis regis Caroli, quae cum tempore illarum iam dicto de Thesio fuisset prouisum, non potuerunt dictum Algas habilitare in praedictum dicti de Thesio. l. nec anus. C. de emancipatione liberorum. Et praeterea est prouisio dicti Algas nulla, quia facta cum regressu & retentione omnium fructuum pro pensione, renuit enim pro pensione id quod in suis bullis asseruit beneficium contentiosum valere, scilicet centum florennos. t. Or talia pacta & retentiones sunt reservationes & pacta de futura successione, & tanquam inducentes successione in beneficiis ecclesiasticis, contentiosum reservationem indirectam, sunt contra bonos mores. l. si. C. de pact. & cap. ij. de concess. praeb. contra quos Papa nihil potest, nec Deus manum ponere voluit, quia licet caeremonialia legis ac etiam legalia testamenti veteris extiterint, tamen moralia non tetigit, aliquid contra mores permittendo, secundum Panor. in cap. finali. de consuet. Unde videmus quod Deus, qui iuramentum suscepit, si contra bonos mores praeteretur, ipsum respuit. cap. non est obligatorium. de regu. iuris. libro vj. Heu me. Et si Deus contra bonos mores aliquid praeterit quod votum capret mortis alienae (sicut facit talis reservatio) non permittit maxime illo non consentiente, de cuius bonis agitur: ut in dicta l. finali. C. de pactis. qualiter aut quomodo poterit hoc facere Papa eius vicarius? vellet enim de Puteo, quod Algas esset mortuus, ut à pensione absolueretur: & vice versa Algas vellet de Puteo migrasse ad dominum ut ad pristinam reuerteretur dignitatem: & sic votum inducitur captandae mortis, sine consensu ordinarij collatoris, de cuius bonis scilicet collatione agitur, quod fieri non potest, per dictam l. fin. C. de pact. & cap. ij. de concess. praeb. Et praeterea successio in illo beneficio inducitur, quod dicto Algas de Puteo succedens, & deinde Algas dicto de Puteo succedere intendit. Quod aliud non sonat, nisi quod Papa beneficium contentiosum reservat dicto Algas in euentum quod de Puteo praemoriarur: quod gentiles idolatrae nunquam permiserunt, ut ipse Papa non solus, sed in Lateranen. concilio existens, clarè confiteretur in dicto cap. nulla. de concessio. praeb. Or nunc quaero, eruntne gentiles perfectiores, & nobis iustiores? puto quod non: quia me stante Parisiis curia suprema, ut concilij generalis executrix per modum edicti perpetui promulgauit auctu, omnes regressus cum retentione omnium fructuum prohibens, quod in praesenti causa, ut intelligo, fuit productum.

Tales enim indirectae reservationes prohibitae censentur, sicut directae, glo. pragmatica. titu. de reservatione. in fine: quia talia non fiunt nisi in fraudem decreti reservationis prohibentis. Quare videtur mihi, ut supra dictum Alamandi optimam fouere causam: non obstantibus supra in contrarium allegatis. Et primò, non obstat clausula motus proprii in prouisione dicti Algas contenta, quae per regulam cancellariae apostolicae facit dictam prouisionem praualere. Nam respondetur, quod illud haberet verum, & locus esset dictae regulae, vbi esset dubium quae supplicatio esset prior. Sed in casu nostro locum non habet dicta regula apostolica: quia certi sumus, quod dictus de Thesio fuit priore loco prouisus, ut probatum speratur per inuestigata: & posito quod prioritas per inuestigata non probaretur clarè & notorie, probatum resultat ex tenore & serie dicti registri, in quo reperitur prius descripta supplicatio signata dicti de Thesio, & ut supra demonstratum est, ex ordine scripturae iudicandum est, supplicationem seu signaturam prius scriptam etiam fuisse prius signatam & expeditam. Praeterea quia in eodem libro & volumine registri utraq; reperitur descripta, quod est peremptorium in hac causa. Praeterea, & secundò respondetur, quod dicta regula cancellariae non potest sibi locum vendicare in casu nostro, quae solum habet locum, vbi militat plena concurrentia, qualis est vbi est concurrentia tam collatorum, quam illorum quibus est facta collatio, prout est videre in casu dicti capituli, si à sede apostolica. de praeb. libro vj. vbi duo concurrebant, quorum vnus titulum habebat à Papa, alter verò à legato Papae, eadem die concessum. Quo casu cum ibi sit concurrentia plena, scilicet à parte collatorum, & à parte prouisorum, inspicitur quis habet pinguiorem gratiam propter clausulam motus proprii, ut ille praeratur: & ille est verus intellectus dictae regulae, quae secundum glofam vbi supra fuit facta ad declarationem dicti capituli, si à sede apostolica. Sed nos in casu nostro non sumus in his terminis, quia non sumus in casu plenae concurrentiae, sed semiplenae, cum dicti de Thesio & de Puteo non habeant titulum à diuersis collatoribus, sed ab vno & eodem, scilicet à Papa: quo casu cum non sit concurrentia plena, sed diuersorum collatorum & prouisorum, non curatur de clausula, motu proprio, ut vna alteri praeratur: sed indistinctè hoc casu deciditur, quod si non constaret de prioritate temporis, prout constat hic forte per inuestigata, & tunc forte apparet de proprietate literarum dicti de Thesio ex ordine registri, ad Papam habendus est recursus pro declarando cui prius intendebat provide-re, quod satis iam per scripturam dicti registri est declaratum, quae pro Papa cuius auctoritate fuit scripta, semper loquitur, ex ordine & serie suis euidenter demonstrans intentionem principis, ut est textus elegans in dicta l. si duas. Si autem essent dictae supplicationes in diuersis libris scriptae, aliud esset: quia tunc princeps esset consulendus ut alteram eligeret, cum tunc ex serie & ordine eiusdem scripturae de sua intentione non appareret. Et ita intelligitur quod decidit Panormita. in dicto capitulo secundo, de officio delega. & Dominicus in dicto capitulo si à sede, in principio.  
 18 Ordo scripturae non attenditur ex registro supplicationum sed bullarum, cum simplex signatura aucteritatem bullarum nihil operetur &c. Nam respondetur quod simplex signatura nihil operatur, quo ad vim gratiae probatiuae, cum per eam, gratia probari non possit.

fit. nisi per bullas, & ita intelligitur contraria. Sed simplex signatura plenissime operatur quo ad vim iuris collationum quia per eam sola ius & titulus canonicatus conferitur in beneficio prolati verbis, fiat ut petitur, vel æquipollentibus, ut pulchre decidit Bal. in l. humanum. C. de legibus. quem concludendo sequitur Panor. & Feli. super rubrica de constitu. Unde non sine causa bullæ, quando leuantur, semper temporifantur, & datantur de data signaturæ: quod non fieret, si simplex signatura ius seu verum titulum in beneficio non conferret, prout facit. Et ita formaliter sentit Panormi. in dicto cap. ij. de offic. delega. in primo notabili, dum dicit: Cum idem beneficium conferretur duobus, sub eadē data, nec apparet cuius supplicatio fuit prius signata, debet in hoc consulti papa quæ utriusque fecit gratiam. Volēs dicere, quod ex signatura supplicationis ius conferretur. Imò si bene intelligatur, expresse decidit, quod ad ordinem signaturarum inspiciendum est in iudicando, quæ illarum præcessit: non autem ad ordinem bullarum. Et si ex signaturis apparet, quæ illarum præcessit, tunc illa potior erit, sicut in casu nostro apparet de illa de Thesio: & sic erit validior, non obstante clausula, motu proprio, in provisione de Algas contenta, quæ ius dicto de Thesio iam quæsitum in sua præambula signatura tollere non potuit. Nam nunquam legi, nec etiam rationi congruit, quod papa ius quæsitum alteri possit motu proprio aut quacunque alia forma tollere. cap. si. de concess. præben. Et quod est peremptorium, dicta regula apostolica locum non habet in casu nostro, nisi ubi plene militat concurrentia, tam collatorum, quam eorum, quibus provisum est, iuxta dictum capitulum, si à sede apostolica: ut clarè decidit glo. dictæ regulæ sic dicitur: Et antequam veniam ad alias prærogativas, dico quod ista regula venit ad declarationem capituli. si à sede. de præben. lib. vj. Ex quo sequitur, quod si vnus habet provisionem legati motu proprio, & alius eadem die à Papa, quod præfertur habens motu proprio à legato, per hanc regulam. hæc illa. Vnde si hæc omnia bene deducantur in saluationibus dictus Alamadi est in spe maxima victorie, iuncto quod processus iudicabitur per curiam omni scientia & experientia circumspectam, quæ altiora intelligit. Similiter non obstat, dum alle-

gabatur, quod locum tenens senatoris subdelegatus nullum exegit ab adiuncto iuramentum: quia etiam in subdelegatione non cauebatur, quod ab eo iuramentum exigeretur. Et præterea fuit per dictum de Puteo approbatus, saltem non recusatus: quapropter talia mendicata suffragia allegare non est honestum. Pariter non obstat, dum dicebatur, quod dictus locum tenens subdelegatus fuit ad inquirendum absque surrogatione, & sic committendo receptionem iuramenti testium, & faciēdo fieri extractum registri per alium fecit contra formam suæ commissionis nulliter procedendo &c. Nam respondetur, quod in faciēdo fieri extractum à registro nihil mali fecit, cum per tenorem suæ subdelegationis hoc ei permitteretur, ac si formaliter diceretur, pro extrahendo seu extrahi faciēdo. Et in eadem sequitur, copiam seu trassumptum tradidit & deliberrari faciatis &c. Præterea committendo articulum, scilicet receptionis testium, non fecit contra commissionis formam: tum quia pars non contradixit, imò saltem tacite consensit, non contradicendo nec appellando, quo casu valet delegatio non delegabilium, cap. si. is autem. de offic. deleg. Præterea dominus Ausfreri subdelegans causam, subdelegando absque surrogatione, non videtur dedisse novam formam ipsi subdelegato: & ratio est in promptu, quia etiam in dicta subdelegatione tacite inerat de iure communi, quod causa à subdelegato subdelegari non possit. l. à iudice. C. de iudic. Or certum est, quod expressio eorum quæ tacite insunt, nihil operatur, nec novam formam tribuit rescripto. l. tertia. ubi plene Barto. ff. de legatis primò. & Panormi. & Felinus in materia propria ita decidit in cap. cum dilecta. de rescriptis. Cum igitur dicta expressio nihil aliud contineat, quam dispositionem iuris communis, secundum quam subdelegatus, licet totam causam subdelegare non possit, tamen vnum articulum potest, puta receptionem testium, secundum Panor. expresse in capitulo, super quæstionum. §. primo. versiculi. ex prædictis deciditur. de offic. deleg. sequitur, quod subdelegatus nihil contra formam fecit, præsertim attenda generali consuetudine, quod notario causæ talia committantur secundum eum ibi. Et ita videtur mihi, consilio saniori semper salvo. G. Benedicti.

GVL-

G V L I E L M I B E N E D I C T I  
DE THESAURARIA SANCTAE  
CAPELLÆ CIVITATIS BITV-  
RICENSIS QVÆSTIO BRE-  
VISSIMA IVRIS VTRIVSQVE

studiosis tum utilis, tum  
admodum nec-  
cessaria.

§

S V M M A.

- 1 *Vsfructuaria censetur, cui ad vitam quid donatur.*
- 2 *Vsfructuarius an habeat collationem officiorum & beneficiorum in ducatu.*
- 3 *Collatio officiorum an computetur inter fructus.*
- 4 *Collatio beneficiorum ipso iure provenit sine fructuarij industria.*
- 5 *Proprietario & non vsfructuario obveniunt obmissa, quæ ipso iure committuntur.*
- 6 *Præsentare clericis ob ius patronatus rei dotalis non pertinet ad virum, sed ad uxorem.*
- 7 *Fructus rei dotalis non omnes sunt mariti.*
- 8 *Vxorij proprietaria pertinet officiorum creatio, non viro fructuario castri.*
- 9 *Ius presentandi & officia conferendi transit cum universitate.*
- 10 *Donatio ad vitam an faciat vsfructuarium aut verum dominum.*
- 11 *Donatio principis est latissime interpretanda.*
- 12 *Spiritualia non possunt per se in pactum deduci, præsertim inter laicos.*



ISIS petiis nobis transmisit, thesaurariam sanctæ capellæ civitatis Bituricensis concernentibus, videretur primo provisum de dicta thesauraria per Christianissimum dominum nostrum regem fuisse & esse in dicta dignitate seu officio de iure potiorum: & quod ad regem pertinere & pertinere provisio seu collatio dicti officij thesaurariæ, quoties locus vacationis occurrit. Nam considerandum est, quod rex solum & dumtaxat dedit illustri dominæ Ioannæ de Francia consobrinaræ suæ ducatum Bituricensis eius vita durante, ut patet per tenorem literarum doni. Et sic dicta domina Ioanna censetur esse vsfructuaria dicti ducatus, postquam emolumentorum perceptio & fructuum finitura est per eius mortem. §. finitur. institutio. de vsfructu. & C. eodem l. corruptionem. ubi cum vsfructus finitur morte, videtur omnem fructuum perceptionem & gaudentiam vita solum commite duraturam, esse vsfructum, ut ibi: quia ad iudicandum aliquid, quid est, non inspicimus verba, sed effectum dispositionis, ne lex videatur facta verbis cum facta fuerit re & effectu. l. ij. C. Communia. de legat. Vnde cum in casu nostro dictus ducatus fuerit per regem donatus dictæ dominæ Ioannæ per eam tenendus, ac fructibus & emolumentis per-

Tom. 3.

icipiendis ad vitam: & sic in hoc naturam sortitur vsfructus, & sequitur, quod dicta domina est simplex vsfructuaria, & per consequens ad eam nullo modo pertinuerit, neque pertinet collatio officiorum, nec beneficiorum. Tum primò, quia licet collatio officiorum & beneficiorum computetur inter fructus domino rei conferuandos, secundum gloss. & Doctor. in capit. cum olim. de maior. & obed. tamen non pertinent vsfructuario, quia non computatur inter fructus consumendos per administratorem, & fructuum collectorem, ut ibi. Et sic cum vsfructuarius conferendo talem fructum consumeret, collatio sibi non pertinet: quia ut dictum est, non dicitur proprie fructus, quia natura fructus est consumptiva. Sed collatio dicitur improprie fructus non consumendus, sed vero domino regi conferuandus, quapropter fructuario non pertinet, sed solum ei pertinent fructus consumendi, quum vsfructus sit ius utendi fruendi alienis rebus. l. j. & ij. ff. de vsfructu. Præterea collatio beneficiorum ipso iure provenit. Nam eo ipso quod beneficiatus moritur, ilico collatio ordinario collatori pertinet, & competit ipso iure, sine aliquo hominis ministerio, licet tempus conferendi non currat, nisi à tempore vocationis notæ & scitæ in ecclesia vacante. clemen. j. in fin. de concess. præbend. & cap. ij. de concess. præbend. vnde cum etiam in isto nulla interueniat in acquirendo cura, provisio, aut diligentia vsfructuarij, certè talibus gaudere non debet: quod secus esset in his, quæ per suam industriam quærentur, argu. l. iij. ff. ad legem Falcid. & in talibus intelligitur lex, vsfructu legato. §. j. ff. de vsfruct. Nam domus cuius dominium per sententiam, id est per secundum decretum quæritur vsfructuario, acquiritur propter iudicis ministerium, & curam vsfructuarij ac diligentiam, quæ in acquirendo interuenit. Ideo decidunt omnes, quod commissa quæ sunt in feudis & rebus emphyteuticis propter deueria per vasallum non facta, non quærentur vsfructuario regni, vel ducatus, sed cum ipso iure committantur, pertinent proprietario, ut pulchre consuluit Oldra. consil. c. cxxxix. incipien. super eo quo quæritur. Quinimò plus videmus, quod si vxor villam in dotem dederit marito suo, cui inhæret, & competit ius patronatus, quod transit cum vniversitate. capit. ex literis. de iure patronat. & cap. cum Bertoldus. de re iudic. Licet maritus dicatur quodammodo dominus rei dotalis. l. doce ancillam. C. de rei vendi. saltem dicitur plenus vsfructuarius & administrator: attamen ei casu adueniente non competit clericum præsentare, sed pertinet vxori veræ dominæ rei dotalis, secundum Panormitanum &

FF iij docto-

doctores in capitulo finali. de concession. præbend. quia licet fructus rei dotalis, & qui ex ea percipiuntur, pertinent pleno iure ad maritum & tamen hoc est verum quando fructus sunt tales, ex quibus percipitur reale commodum & emolumentum, quia tales percipiuntur in recompensationem onerum matrimonij. Sed præsentare & conferre est solum quidem honor, & simplex prærogatiua, ideo non spectat ad maritum, cum tales honores & simplices prærogatiuæ nihil conferant ad onera matrimonij supportanda. Ita tenent moderni & Iason in l. diuortio. §. si vir. ff. soluto matrimonio. Cum igitur de casu nostro ducatus Bituricensis donatus fuerit dictæ dominæ Ioannæ ad vitam expressè, ad intertenendum statum suum, & pro sui prouisione, sequitur quod sibi pertinere non potest collatio beneficiorum, cum talis honor & simplex prærogatiua non sit fructus aliquid conferens ad prouisionem victus, aut intertenementum personæ ipsius dominæ Ioannæ. Præterea rex donando dictum ducatum, sibi expressè reseruauit gardiam ecclesiarum, quam commodè non posset exercere, nisi gardiatores sibi propitios & fideles apponeret, scilicet officia dictarum ecclesiarum personis idoneis conferendo, & sibi fidelibus. Si autem tales officiarum quibus per regem erunt collata officia ecclesiastica, facerent annis singulis certam redibentiam aut pensionem fundatori duci, credo quod talia emolumenta deberentur dictæ dominæ Ioannæ: sicut à simili dicimus de laudimisi & accapitis, quæ percipiuntur ab emphyteutis, quando de nouo inuestiuntur, aut emphyteutes renouantur. quia delectur usufructuaris caltri: veruntamen recognitiones, & renouationes, ac inuestituræ sunt sciendæ per dominum proprietarium, vt plenè per doctores in l. diuortio. §. si fundum. & l. finali. ff. soluto matrimonio. vbi Alexander dicit quod emolumenta iurisdictionis, scilicet pœnæ & multæ, & cæteræ redibentis debentur marito rei dotalis usufructuario. † Tamen vxori veræ dominæ proprietariæ pertinet officiorum creatio, sicut pertinet præsentatio & collatio beneficiorum ad causam rei dotalis, vt supra allegatum fuit per Panormitanum in dicto capitulo finali. de concession. præbend. Creatio enim officiorum, præsentatio, & collatio beneficiorum plus incumbit proprietario, tanquam illi qui maius habet interesse, & penes quem & suos exinde successores officiarum habent magis conuersari, quam circa usufructuarium, qui non habet interesse nisi sua vita durante. Ideo sibi sufficiant fructus reales & corporales rei, ex quibus vita sustentatur. Per quæ omnia, videtur collationem officiorum ecclesiasticorum non pertinere dictæ dominæ Ioannæ tanquam usufructuariæ, iuncto quod est mulier, & sic plusquam vir incapax horum ecclesiasticorum. multa enim potest rex ex sacra vnctione secundum Dominicum in capitulo secundo de præbendis, libro sexto, quæ non possit mulier inuncta.

Sed in contrarium videtur, quod imò collatio & prouisio ecclesiasticorum officiorum dictæ dominæ Ioannæ pertineat, & non regi. † Non enim est dubium ius præsentandi seu beneficia conferendi ex privilegio & fundatione competens ad causam regni, vt villa, aut ducatus vel comitatus transire cum bonorum vniuersitate, vt dicto capitulo ex literis. de iure patronatus. & dict. capi. cum Bertoldus. de re iudicata. ita quod nulla est differentia, an vniuersitas aliene sit in virum vel mulierem. vt ibi deciditur: quia cum causa propter quam tale ius præsentandi, vel confe-

rendi beneficia, scilicet fundatio, dotatio, aut priuilegium, ita bene conueniat mulieribus sicut viris, eadè erit iuris dispositio in vtrisque, vt scilicet cum vniuersitate ducatus, transeat tale ius ad causam ducatus pertinens. Or in casu nostro rex motu proprio, & ex sui certa scientia, & potestatis plenitudine, donauit dictæ dominæ Ioannæ de Francia, ducatum Bituricensem: ad causam cuius & etiam fundationis ac donationis sanctæ capellæ, duces ius habent conferendi officia & beneficia eiusdem: ex qua donatione resultant duo. Primum, quod per dictam donationem dictæ Ioannæ effecta fuit domina saltem utilis dicti ducatus: cum donatio sit titulus habilis ad dominium donatoris transferendum in donatarium, prout nemo dubitat, maximè quotiens ad transferendum dominium, concurrat voluntas, & intentio donatoris, sicut in casu in quo rex donator dedit eidem dominæ Ioannæ dictum ducatum, & honores (quorum appellatione venit collatio beneficiorum secundum Panormitanum in dicto capitulo finali, in fine, de concession. præbend. omnia iura in eum transferendo, & nihil sibi retinendo, sed eam creando veram ducissam quandiu viueret, excepta superioritate regali & homagio. Ex quo indubitanter dicta domina Ioanna dici potest vera ducissa, domina plena utilis dicti ducatus. † Nec hujus translationi reali refragatur, quod donatio vita eiusdem dominæ Ioannæ limitatur. Ex quo videbatur usufructuaris, & non proprietaria: quoniam talia non impediunt dominij translationem, cum donatio dominij translationi fieri possit ad tempus certum vel incertum. Puta quandiu viuet donatarius, vt est casus in materia propria, in l. secunda. C. de donationibus quæ sub modo. Cum ergo plenum dominium esset penes regem ante donationem, & donatio nihil sibi retinuit de dominio ducatus paucis exceptis imò expressit, quod nihil retinebat: sequitur quod omne ius quod habebat, & sic dominium in dictam dominam Ioannam transfuit, penes eam remansurum quandiu viuet, vt dicta l. secunda. Ex quo resultat secundum, scilicet quod cum vniuersitate ducatus transfuit collatio beneficiorum vt dicto cap. ex literis. Si enim reseruare voluisset collationem beneficiorum, hoc expressisset, sicut fecit de collatione aliquorum officiorum, quorum præsentationem dictæ dominæ pertinere voluit, sibi reseruans institutionem. Vnde cætera, quæ non expressit, omnia transfuisse videtur, & donasse cum ducatus vniuersitate. Et ita est interpretandum contra ipsum in fauorem dictæ dominæ Ioannæ: tum quia cum posset legem apertius declarare, & non fecit, sibi imputandum venit. l. veteribus. ff. de pactis. & l. Labeo. ff. de contrahend. emptio. † Tum etiam quia dicta donatio quæ nemini alteri præiudicat, quam principi donati, tanquam beneficium principis est latissimè interpretanda, sicut verba sonant, & pati possunt. l. penul. vbi gl. & Docto. plenè. ff. de consti. princip. Præsertim, quia motu proprio, & ex certa scientia, ac de potestatis plenitudine facta: quæ omnia importunitatis partis suspicionem tollunt & excludunt. l. ij. C. de petit. bono. subla. lib. x. Et hæc maximè vera in casu nostro, vbi fortè rex specificè sibi transferendo ducatum, ad causam cuius habebat collationem officiorum ecclesiasticorum, reseruare non potuisset talem collationem sine ducatu retinendam: † tum talia de per se non possunt, præsertim inter laicos, in pactu deduci. Sed oportet, quod vniuersitas rei, quæ inter partes disponitur, translationem talium spiritualium, aut retentionem operetur,

operetur, vt plenè notatur in dicto cap. ex literis, iuncto, quod priuilegium conferendi dicta officia & præbendas in ductum fuit ducibus & suis successoribus, qualis est nunc dicta domina Ioanna, vt per text. privilegij clarissimè demonstratur. Or quod regi sine ducatu competeret collatio talium, non videtur habere apparentiam, cum potestati conferendi talia inhæreat certa qualitas, scilicet qualitas ducalis, quæ ad præfens est in persona dictæ dominæ Ioannæ, & erit vita sibi comite: & demum reuertetur ad regem cum potestate conferendi. Nec obstat, quod rex in dicta donatione sibi reseruauit gardiam ecclesiarum de fundatione regali existentium, vel simile priuilegium habentium, qualis est capella de qua agitur, quæ simili gaudet prærogatiua secundum priuilegium Clementis, & c. Quia videtur per illam reseruationem sibi tantum retinuisse conseruatoriam, & iurisdictionem conseruandi capellam ab iniuriis & molestiis. Quod patet per sequentem literam, dum illico sibi reseruatur auctoritatem creandi iudicem, qui vocabitur iudex regalium & ecclesiarum de fundatione regali existentium. Nam propter hoc

non videtur collationem beneficiorum reseruasse, cum ita sint diuersa: quia gardia & conseruatoria concernit iurisdictionem contentiosam, & collatio beneficiorum est iurisdictionis voluntariæ secundum glos. & docto. in cap. nouit. de offic. legat. Or inferre de vno ad aliud non habet apparentiam, cum ex separatis non fiat illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minoribus. & l. finali. ff. de calumnia. Postremo non videntur ob stare superius in contrarium allegata, per quæ videbatur potestatem conferendi talia officia non competere dictæ dominæ Ioannæ. † Quia illa essent vera, vbi ipsa esset simplex usufructuaris, quo casu sibi non pertineret collatio beneficiorum: & ad hos fines tendunt omnia ibi allegata. Sed ex nunc deductis apparet, quod ipsa est proprietaria, ac vera Ducissa & domina dicti ducatus. Ideo non mirum si possit ea quæ poterat rex donator ante donationem ei factam, cum omnia in eam transfulerit, nihil sibi in titulo ducatus retinendo, nisi certis rebus particularibus, quibus inhæreere posset potestas conferendi secundum docto. in cap. ex literis.

G V L I E L . B E N E . A D D O M I -  
N O S P R A E S I D E N T E S E T I V R I S -  
C O N S V L T O S P A R L A M E N T I B V R -

degalæ præclara Oratio: qua in Senatu habitata, receptus est in Consiliarium die XXII. Aprilis. 1499.

Dicta Orationi Guliel. Bened. hanc præposuit epistolam. Gulielmo Benedicti. S. du Fau. S.



Aud ab re fore arbitror, si toto te terrarum orbe iam diutius virorum præstantissime, omnes scientiæ, prudentiæ, ac solertia clarum, ac gymnasios tui multo longè tēporis excellere prædicarunt. Qui quocunque locorum existas, talem te ipsum præbes, vt tuis virtutum coruscantibus radiis, tenebrarum obscuritates non tantum effugitas, verum etiam tua luce insula has in corpus diapason conuertis & illustras. Aenigmata quæcunque penitus hucufque enodata, subtili ac mirando ingenio dissoluis, ad eo vt te diuinum ambigat nemo. Quoties perlego illam quam ad senatum orationem destinaras, mihi in mentem venit, Homerum seu Maronem, aut elegantiam patrem Tullium audire: quæ nihil elegantius, sententiarumque grauioribus, si hi vna loquerentur lingua, fieri possent. Per quam beneuolum, attentum, docile, non solum senatum facis, sed viuere, vt suam dignitatem decet, scribis, & miro schemate doces & instruis. Et qualem in scribendo, te & arte dicendi & ingenio præbes, talem (si quid gnorit) accersire satagis. Quid lucidius, quid clarius, quid denique nitidius, quam tua manu scripti codices? Nescio si alium te Praxitelem vocem, aut alium in prudentia Salomonem, cum te subtilissimum Aristotelē nemo est qui ignoret. Quicquid diuini, pontificij, Cæsarei, poetici, philosophici, ac historici iuris est, haud aliter quam legum & cano-

num ceterorumque iurium conditores, in scinio peccatoris habere dignosceris. O felix Burdegala, quæ tanto meruit honorari munice. Sed felicior curia, quæ forsitan in meritò te meruit habere senatorem. Quid denique restat, nisi quod te non tædeat supplicio hominum humanissime? Et si quid tuum forsitan quod animum & aures fastidiet, aut (quod absit) offendat, parce queso, & vt assoles in meliorem partē accipito. Deus nanque, qui tantis decorauit te dotibus præiosis, non sine honore summo diuti⁹ derelinquet: & tuum laudabile principium melior fortuna sequetur. Interea immortales obsecro deos, si quid de tuo hoc volueris Ladislao, sui erit officij tibi tanquam patrono præcipuo ad vsque necem obnixè inscruire, & quocunque locorum fuerit, seu ierit, semper honos, nomenque tuum, laudisque manebunt, quod se vocabunt terræ, in freta dum fluuij current, dum montibus vmbra lustrabunt, connexa polus dum sidera pascet. Vale felix lumen & splendor senatus, valeantque qui te amant, & honorem tuum crescere & augmentari desiderant: raptim ex Burdegala scriptum, tertio nonas Februarij.

Per illū qui te non amat quàm se minus, & supra omnes plurimum facit, DVFAV.



Voties memoria repeto (patres conscripti) cuiuscunque ordinis & dignitatis viros, qui haecenus sub Apolline regnarunt, & qui ad praesens laude & gloria fruuntur, toties vos mihi praecipui estis, quos omnes in primis admirari, deinde colere & obseruare debent. Iustitia enim quae his ex terris (bellorum clade in caelum migrasse ferebatur) nunc rursus ex caelo & astris ad vos profecto remigrauit. Vos benigni in audiendo, facundi respondendo, & iudicando clementes. Vos inquam iustitiae feruidi cultores, & aequitatis seduli obseruatores, iudicij stateram tanta rectitudine tenetis, vt nihil gratiae, nihil fauori, aut potentiae tributum velitis, adeo vt sub vestro glorioso nomine definiti recte possit quicquid iusti, aequi, pii, ac sancti significare voluerimus. Et quaecunque ad vestram illustrandam dignitatem senatoriam spectat, in vobis glomeratè concurrunt. Laudarunt veteres Iudaeorum Essecorum senatorum, Deo fidem, subditis iustitiam, & principi obedientiam seruante. Sed vos non duræ ceruicis (vt illa gens erat) imò tota humanitate diuinitus repletos, has ceterasque omnes virtutes vobis adesse non sine causa admiramur. Excelsam dictatoris Romani auctoritatè, cuius solius fixa manebant responsa, antiquitas exultit. Sed longè maiorem vestram, quorum decreta etiam immobilia, & plurimorum sententiis roborata existunt, nostra extollunt focula. Romanorum senatorum ritu gentilitatis ac idolatriæ omnino sepultæ, vetustas cõmendauit. Sed vestrum illo magnificentia, omniq; modestia non inferiorem, & præterea catholicam vniuersa veneratur Aquitania: mirantur, in vobis tanta literarum cognitio: tãta è fonte illo manans & fulgurans vis eloquentiæ, tam admiranda sententiarum grauitas, tam rectum & senile cõsiliu, tenax memoria, velox ingenium, sermonis & eloquentiæ vbertas (vt per vos) cum miraceleritate complures res prius perfectæ cernuntur, quàm vix cõceptæ credantur, vt in extrema qua sumus ætate ad vsque miraculum videtur: cum etiam nihil exterius præter hæc ad vos exornandum desit. Non aduocati, quibus summa est dicendi facultas, sermo copiosus & ornatus, orationisq; elegantia, qua præscitè dicendi genus omni ex parte æmulantur; non grafferius palatinorum caracteru memorialis, quo nemo vnquam celerius scripsit, nemo velocius legit. Est etiam in eo hoc insigne, imò potius admittendum qd scribere simul & legere, dictare & audire sapius soleat. Qui & scribit, ac maximis de rebus librariis compluribus scribentibus dictat. Non ostiarij fideles, non procuratores vigilantissimi, nec seruitores cuncti. Vos autem primates nostri hæc omnia quodammodo doctrina vestra, humanitate, & in omnes liberalitate ac munificentiâ, superatis: quæ sola præter iam dicta & alia, me ad plus agendum cogere, si mihi non deficeret loquendi facultas. Quis enim animus

quàm vester effici præstantior, & virtutibus clarior videri possit? Quis in orbe locus virtutum vestrarum triumphalibus titulis vacuus? Quod templum, quod vestro non relucent ingressu? Quæ ciuitas in orbe, quæ vestro adueto (si liberet) non oblectaretur? Quæ curia principis, quæ vestrum cõsilia aut praesentia non laceret, ac in tuto locaretur? Quæ regio in terris vestra non plena laudis? Tanta in vobis est vita moderatio, tanta morum honestas, tanta in vobis semper fuit, & est bene & rectè viuendi exercitatio, quantam hominis cuiusvis ætatis fas est optare supra quàm incredibile. Iure itaque beatam ac felicem hanc Burgalegalensium urbem, quinimò vniuersam Aquitaniam regionem propter vos omnes prædicant: & fama veriloqua relatione continua exclamat in remotis. Quam ob rem vobis principes iunguntur, prælati adherent, cuncti denique nobiles, cum cætera vulgi cæterua reuerenter obsequuntur, nec immeritò: cum sicut soli viri olim honorati, curru vehantur aureo, quibus secreta principis quantūcunque visceralia patebant: Sic & vobis bibere in auro, multas legere deauratas, priuilegiis potiri senatoriis: & quod altius existimo, regis Christianissimi corde spiritusq; eodem, velut idè corpus cum eo pergere datū est. Ob quod legifer de alio quocunc; non sic confidens: vos ob singularem industriam explorata fide & grauitate ad tanti officij magnitudinem adhibitos pro sapientia ac luce dignitatis vestrae, non aliter iudicatos esse, quàm ipse foret iudicaturus patenter edixit. Alibi intellexisse profitens, quod cum vestro consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem imperij, & reipublicæ gloriam reducere, si diui principes, iura & leges quas soli poterant ac esse volebat æternas: nisi prius senatui recitatae placuissent, nullatenus diuulgauerint aut promouerint in publicum? Cogitanti mihi quonam pacto canonistas vltimarum voluntatum ferè inexperes, legis successorem materiam onustis æquare possem: quod fieri facile aliter non poterat: quàm si testamentum Raynutij, cuiusq; elegantia singula verba commeterentur, prout iam pridem in transcurso ordinariæ lectionis factum extiterat, aliis quibus post ex pharetra modernorum excerptis. Necessè restat, vt opus hoc tenue, tamque pueriliter editum, nullius auctoritate fulcitum, vestris correctioni, determinationi, pedu conculcationi, & si visum fuerit omnimodæ annihilationi submittere. Accipite igitur clemētissimi patres, suscipite inquam, ea frontis hilaritate qua soletis, vltimū Raynutij eulogium, nouiter ampliori nomine, Testamentum canonistarum bantizatū, sacro nomini vestro cordialiter dicatum. Cui longè maiora à me debentur, vt vestro auspicio, vestraque auctoritate sustulsum confidentius eat in publicum. Et si ex his quispiam instruat, à cætu tam glorioso, velut terrestri quodam numine vitam spiritūque accepisse recognoscat. Sin autem, saltem magis is inuestigandi veritatem studioso occasio præbeat. Valete præstantissimi atque heroici patres, omne in æuum felices. Dixi.

S V M M A.

- 1 *Legitima aliorum liberorum detrahatur etiam de rebus primò genito donatis.*
- 2 *Collatio locum non habet inter succedentes iure diuerso.*
- 3 *Legitimam aut eius supplementum non tenentur filij capere in pecunia, sed in corporibus hereditatis.*
- 4 *Legitima septem liberorum est medietas totius hereditatis.*
- 5 *Filia dotata quæ renuntiauit, portio legitima remanet penes heredem.*
- 6 *Nepotes ex filia dotata quæ renuntiauit, petunt adhuc legitimam.*
- 7 *Dotem maternam an ex legitima computent nepotes. & nume. S.*
- 9 *Hæres vniuersalis habet solus medietatem, & alterius medietatis legitimam portionem. & nu. 10.*
- 11 *Donationes quid hæres proficiant, si de illis etiam detrahatur legitima.*

**R**espondendo primo dubio, videtur, quod si legitima filiis Titij debita detrahi debet de vniuersis bonis quæ fuerunt Titij ante donationes factas primò genitò, secundum glos. quam ibi sequuntur communiter docto. in l. j. in vj. quaest. C. de inoffic. don. Ex quo sequitur, quod de collatione dictarum donationum non est amplius disputandum: tum quia de ipsis sicut de residuis paternis bonis detrahi debet aliorum legitima: & sic satis conferuntur.

2 *Tum etiam quia in puncto improprie quaritur de collatione, quæ locum non habet inter succedentes iure diuerso, quales sunt dicti fratres, quorum primò genitus vniuersaliter succedit: ceteri verò titulo particulari: & sic proprie non est locus collationi. l. à patre. C. de colla. iuncta l. quoties. C. de hæredit. institu. Attento quod particularia relicta cæteris liberis facta non æquipollent legitima, possunt ipsi petere supplementum illius de bonis prout supra. Nec*

3 *tenentur eam recipere in pecunia, sed eis debetur in corporibus hereditariis secundum Bart. in l. suis. §. j. in fine. ff. de hæred. institu. & Bald. in l. scimus. C. de inoff. testa. & in l. cum rem alienam. C. de legat. text. apert. in §. prohibemus autem. vers. non licebit. in auth. de trient. & semis. collat. ij. Legitima dictorum liberorum, qui tempore mortis testatoris patris erant quinque filij, & vna filia, ac nepotes ex altera, quæ bonis renuntiauerat paternis, erit semis, id est, dimidia totius hereditatis, præfatis donationibus non deductis. text. in authent. nouissima. C. de inoffic. testa. In quo femisse computabuntur omnes septem, ita quod facient partem, sed non omnes admittentur ad partem: quia filia dotata quæ bonis renuntiauit paternis & viuit, licet computetur in numero ad diminuendum partem aliorum, tamen obstante renuntiatione iurata nihil petere potest. cap. quanuis. de pactis. lib. vj. sed portio sua remanebit penes heredem vniuersalem, qui repræsentat patrē, penes quem si viueret, portio illa remaneret, quia pater*

renuntiationem recipiendo, videtur sibi & demum suo hæredi prospexisse, secundum Paulum de castro. consilio cv. in fine. *¶* Nepotes verò ex alia filia, quæ pariter renuntiauit, & viuo patre decesserat, partem sibi faciēt, & legitimam petere possunt seu illius supplementū, non obstante materna renuntiatione secundum Bal. in l. pactum. C. de colla. quem ceteri cõmuniter sequuntur in hoc puncto. *¶* Sed dubitatur an teneantur dotem maternam computare in legitima. In hoc sunt duæ principales opiniones. Prima est opinio Bart. in l. in quartam. ff. ad l. Fal. & in l. quoniam nouella. C. de inoff. testa. dicentis, quod dotem computant maternam in legitima, & idem tenet consulendo consilio exc. incip. Gilbertus. lib. j. Sed Bal. tenet contrariū, quod non tenentur dotem maternam cõputare in legitima, prout firmat in l. illam. C. de colla. quem sequitur Paul. de castro consilio lxxij. & ccl. *¶* Tamen moderni, scilicet Ange. Arcti. in §. fin. in situ. de inoffic. testa. & Alex. in dicta l. illam. C. de colla. vj. colum. dicunt, quod si dicti nepotes veniant post mortem aut ad successionem cum paternis seu auunculis, sicut faciunt in casu nostro, tunc si habent dotem maternam, vt hæres matris, quod est si auus dotando filiam stipulatus fuit dotem reddi filia in casu restitutionis: quia tunc eam videtur dedisse filia & demum filia moriendo videtur eam ad filios transfuisse: tunc erit vera opinio Bal. & sequacium, vt nepotes eam non teneantur cõputare. Si vero auus dotando filiam, non fuit illam stipulatus reddi filia: tunc quia dos remanens penes liberos, emanare censetur de substantia aui, nepotes tenebuntur eam computare in legitima secundum opin. Bart. Idem sentit Salic. in l. scimus. §. repletionem. & l. quoniam nouella. C. de inoffic. testa. Et hæc concordia opinionum fuit ipsiusmet Bart. in l. post dotem. penul. col. ff. sol. matr.

9 *Ex præmissis resultat, qd in dicta hereditate non habebit legitimam, nisi quatuor liberi & nepotes ex filia præmorta, qui omnes in portioe matris succedunt, ac etiam partem habebit hæres vniuersalis. Et sic ad legitimam concurrent sex personæ ad faciendū sex partes: ita quod legitima omnium est semis, id est dimidia hereditate ære alieno deducto cū funeris impensa, sed non deductis præfatis donationibus, vt dictum est supra in princ. Vnde legitima singulorum erit de duodecim partibus in quas hereditas iure diuiditur, vna pars, ita quod quilibet de dictis duodecim partibus habebit vnam, taliter quod hæredi vniuersali remanebit dimidia totius hereditatis, & sic sex vnciæ seu partes. Et pro sua legitima de reliqua media parte, id est de reliquis sex vnciis habebit vnam. Et sic in totum habebit septem partes de duodecim.*

11 *¶* Nec obstat si dicat: ergo suæ donationes de nihilo ei proderūt. Videtur qd imò de aliquo ei prodesse possunt: quia si de certis rebus fuerūt factæ, & illas res velut, in illis integris ei sua portio assignabitur, ex æquitate l. filium quem habentem, secundum vnum intellectū. C. simul. circifc. Ita quod ceteri fratres tenebuntur in aliis rebus, & non in illis legitimam detrahere.

# Habes Lector hoc in Tractatu Matthæi Bossi

Veronensis, Canonici regularis ad Archuanum Buzacharinū elegantissimam Epistolam de Causis & occasionibus delinquendi. Quam subsequitur Gulielmi Benedicti de pœnis delinquentium Quæstio, an scilicet peccatores occidere liceat. Qui hac in re materiam susceptam ea dexteritate prosequuntur, ut ubi tum Epistolam, tum dictam Quæstionem perlegeris, te subinde relegere non pigebit.

Tertia partis Epistolarum Matthæi Bossi  
Nonagesimo octava.

## ARCHVANO BVZACHARINO

Iuueni virtute præstantissimo, Matthæus Bossus  
Veronensis, Canonici regularis.

S. P. D.

**V**ix letitia vlla maiore afficior vnquam, quam cum ingenios & mihi charos conspicio iuuenes, animos factasse virtutibus, primam barbaram honestate artibus optimis. Exitare quam plurimi, qui iuuentam totam sponte atque consulte sceleribus, qui idem virilem & annosam extolere ad dignitatem & laudem. Cuius rei innumera præcorum memorantur exempla, & nos quotidiana colligimus oculis: quod est Dei donum in his, & mutatio (ut Plalmus habet) dexteræ excelsi. Sunt qui nunquam destiterant a scelere: & hi quidem pestimi, infensi Deo, atque mortalibus: si non & ipsi quoque humanitati, cuius exurgere est quodcumque ceciderint. Tu verò cum eo in genere hominum mihi esse videaris, qui omnem per ætatem se moribus cædidis & castigatissimis ornauit (quod deprehendere eo vno sermone, quo me primùm salutasti, & ex epistola postea, quam grauem & peroratam ad me dedisti, mihi facillè licuit) supra quam exprimi potest, factus es mihi charus & peramandus. In quo reminiscit mihi Archuani aui, & Francisci patris clara memoria: à quibus dum viuerent, non modo vt mortalis adamabar, ceterum veluti angelus excolebar in domino. Ad primos amplexus (verum quidem fateor) eos tu mihi visus es reddidisse: sic oculos, sic ipse manus sic ora tulisti. Quos tamen nostris iam dudum ab oculis excefferunt, in te tamen rursus sum habiturus Archuano meo secundo: & præter illos aliquid tuum: quod auitam præclari ipsius tui generis vel superet gloriam. Tu suauit facundia, tu bonis literis, tu ciuili iuris præmatura peritia, tu humanitate, ac dexteritate mirabili, tu amica omnibus bonitate, & quæ ista peruenuit pulcherrimo corpore sic præditus es, vt desiderari tibi nihil iam melius possit, quam in his perpetuas atque constantia. Ita nanque comperta est vita nostra, vt nunquam tam firma quidem sit, atque munita: vt non statim possit de gradu cedere, labi quoque & euanescere: nisi tuente Deo, & vigili nostra curæ seruetur. Quam vt tu custodias, hæc time iuuenilis ætatis naufragia tibi vehementer. In primis otium: quod cunctarum virtutum, continentia præsertim, atque munditiæ venenum dici, ac parricidium me-

ritò potest: institutum perspicax omne, sanctumque propositum denerans, atque effeminans. Intendisti enim animum literis: qua susceptio nihil beatius atque libero homine dignius. Quoniam tamen non perpetim libris & pugillaribus incumbere sine fastidio, valitudinisque periculo possumus: actiuosa neque vita & exercitatio non sordida corporis tripudianda erit. Nam remissio indulta animo interdum, & per quæ venatione, pila, iaculo, cursu, rusticatiõe se corpus exerceat mirum quidem prodest in modum magnis ingenii, & liberalibus animis: quæ omnia siue quidè singula, sine detrimento, aut iniuria studiorum suscipi queunt. Quum venabere, suum ad amicū scribit quædam in epistola Plinius iunior, vt panarium & lagunculam, sic etiam pugillares ferat. Experieris non Dianam magis motibus, quam Mineram incerrare. Memoria traditū est de philosophis, regibusque non paucis, alios musicam suauem iunxisse cum literis: alios picturam & designatiua effinxisse per quæ figuratè, atque præclare: agiler alios pila lussisse: nonnullos certatim ad signū positum tela iactasse: alios incurfasse apros, vexasse equos, remis stringere, impellerèque safelum, nec exhorruisse. Quibus aditacionibus duo ista assequè batur per omnia: animi quietem, corporis vegetationem: quibus hac in vita quid potest expeti melius? proferat quisque si quid honestius aut sanctius habet, quæ quod mens sana sit in corpore sano. Sic & turpissima quoque videt, mollis, & elumbata segnitias: quia in æternum dedecus Margitem, Sardapanalum, Domitianum, Neronem, historiarum monumenta taxarunt. Serpunt & in primam istam ætatem, iuuenilè que feruorem grauiora quandoque quam exterminari radicitus possint irritamenta libidinum: quibus incendi se suspirabat Apostolus ille, qui iam beatus à tertio cælo redierat, paradisi que delitiis sentiens in carnalibus membris (vt ipse dicebat) legem voluntati suæ omnino contrariam. Tunc tibi si fortè ita vexabere, honorabiles nuptias & torum immaculatum, mi Archuane, suadeo, à memorato nostro Apostolo ducens, nabere satius esse quam vri. Quod cum feceris, noua tamen adhuc lucta nõ dærit (est quidè vita hominis tota, militia super terram) quo semper habeat generosus cuiusque animus vnde triumphū gloriosum de labore & certamine ducat. Nam ubi subit pro-

# An occidere peccatores liceat.

74

uctior ætas, de que filiorum posteritate cogitur, ecce protinus insurgit cupiditas & immodicus ardor habendi, quem qui non cohibet, aut non à radice succidit, omnem constantiam quatit, iustitiam lacerat, & ad seruitutem idolorum vsque (vt inquit ecclesiæ doctor) impellit hominem. Quæ pestis animorum & cunctarum ruina virtutum ita hodie serpit, & dominatur vbique, vt locus toto orbe sit nullus, gens nulla, professio nulla, quam non impetat & non mittat sæpe sub iugum improba & inexplebilis ditandi voracitas: vt hi quoque, qui cam criminantur, & sequuntur hostiliter, vix ab ea illos se præcipiant: hæc venalia iam fecit omnia. Etenim laus, dignitas, honor, magistratus, potestas, his deferuntur, qui pluris emunt. Taceo sacerdotia, & ecclesiastici qualiter dispensantur apices, ne os ponam in cælum. Sed quæ res publica? quis princeps? quod tribunal? quis iudex? qui ius sententiæque non vendicet? Non veritatem innoxiam, albūque iustitiam violet, inductis legibus, non ad conscientiam & honestatē quam ignorat, sed raptatis & intortis ad lucrum atque perfidiam quam sitiunt. Quis in commerciis & contractibus rerum pro lucro non fallit? non decipit? non prodit? non peccat? Præterea furta, proditioes, rapinas, lites, iniurias, criminationes, venena, quæ intentant, quæ putant inde ditari, aut hæreses scribi. Quæ cupiditas si non tantum inualisset, viuerent homines cum natura beati: quæ ampla atque magnifica, omnibusque de se communis, necessaria nemini negat, suos partus dulcius alens exiguos, quam quidem plurimum Maximi illi philosophi qui philosophati sunt, maxime Crates, Diogenes, Anaxagoras, Socrates, Zeno, Democritus, Aristides, & his plures diuitias omnino aut proiecerunt, aut contempserunt: vt vacuo & expedito à seruitute animo, propensius studio, & sapientia sese dicarent: existimantes (quod est) neminem tam quidem diuitem, quam qui diuitias verè contemnit. Quanti Romæ, cum virtutum omnium se præbuit specimen, paupertas steterit, declarent Curius, Fabricius, vterque Attilius, Acumilius, Cincinatus, Publicola, Scipio, Scæurus. Quin & ciuitas vniuersa, quæ munera Pyrii vicatim perlata continentissimè repudiavit. Quæ frugalitas, diuitiarumque contemptus, dum mansit, illoruit ciuitas, propagatūque est super omnes penè gentes imperium: sed ubi dominari potest cepit cupiditas, & priuatim habendi studium creuit, decora publicæ omnia, & augustissimum ipsam imperium deciderit.

Tu Archuane mihi, his honestis fortunis, patrimonioque nec infimo, cui assueti, sedata sic cupiditate latiore vti debebis, ne ad opes immensas seruiliter ardeas, quæ maiorem quietem, & honestiorem voluptatem pariunt neglecte, quam certè quæ sit: grauiorem denique per ætatem eas artes tueri, quæ ciuilem & maturam consequuntur vitam. Quibus & maiores tui, viri clarissimi per omne tempus Buzacharinam familiam decorarunt: vitam ducentes cum laude magnanimam, & iniuriis quærensque vacantem. Suauitas sandi tui cum me reuifisti, & epistola subinde transmissa, effecere, vt hæc tibi mi Archuane, sponderim, optans vt ad maiora te euocet omnium parens, atque saluator Dominus Iesus: in quo vale faustissimè. E sacro viridario nostro Patauino pridie Nonas Aprilis. i 502.

ANNOT. a Sacrosse virtutibus. Bonæ conuersatio in adole-

ria facit præsumptionē bonitatis in senectute. c. ex studiis. de præsumpt. b. Fœdauere sceleribus. Scipio Aphricanus quæ dii immortales nasci uoluerunt vt esset in quo virtus se per omnes numeros hominibus efficaciter ostenderet: solutoris vite primos adolefcentie annos egisse fertur. Cuius Valerius Flaccus secundi Punici belli temporibus luxu perditam adolefcentiam inchoauit, quæ quantum prius luxurie fuerat exemplum: tantum postea modestia & sanctitatis specimen euasit. Nihil Quinto Fabio Maximo (qui Gallia victoria cognomē Allobrogi subiecit ac posteris peperit) adolefcente magis infame nihil eodem sepe ornatus aut speciosus in seculo ciuitas Romana habuit. Et plures alij similes, quos memorat Valerius lib. 6. tit. de muta. mori. concludens in principio sultū esse perpetuæ infelicitatis se dammare, sēque, quæ etiam iuncta ratione fouetur, interdum certam in desperationem conuertere. c. In primis otium. De otio fugi dō vide per eundem eadem parte tertia epistola secunda, & epistola sexagesima quinta. Et in sermone beati Iohannis per eum compilato, & plene per dominum meum in repetitione capituli Reynutius, sepe verbo, datem quam ei dederat, circa finem. de rella men. quam fecit anno Domini M. ccc. xcii. d. Serpuit in primam. De luxuria & libidine lib. ix. sic dicit Valerius, blandum malum luxuria, quam aculeare aliquanto facilius est quam vitare. Iungitur illi libido, quæ ex hisdem vitiorum principis oritur, neque autem à reprehensione aut ab emendatione separantur geminō erroris connexæ scilicet vitio male voluntatis, quæ est in libidine, & prauæ voluptatis, quæ est in luxuria, & nimio vsu aut potius abusu vestium, adificiorum, ciborum, potuum, & ceterarum illecebrarum aduersus que fugiendum à sexu est salubre remedium, vt idem Bossus eadem parte epistola sexagesima quinta. Perque, inquit, ignis, uterque stipula est: sexus humanus, vt si se vir & mulier in sepe in seculo vel oculorum nuda nedum contactu vulnerentur in mortem. Cui incendio ne ardeat, nullum ex quo esse cepit humanitas, remedium, atque profectum potuit inueniri, quam recessus & fuga: quod qui non quaesierunt, tanquam subita vel combusta flamma, vel obruta vnda perierunt. Hæc ille. e. Immodicus ardor habendi. De cupiditate & auaritia, vide plene per dominum meum in repe. ca. Reynutius. de testu. super verbo cetera bona: quia radix est omnium malorum in seipso auaro & ceteris. f. Criminatiōes: quas omnes alto stylo cecinit Ouidius libro primo Metamorpho. circa principium. g. Cum natura beati quod frustra essent leges, & processus criminales ad penas que nulle essent, exularent, de quibus infra dicitur. h. Fabricius, de cuius fide & paupertate habetur per dominum meum in dicta repetitione capituli, Reynutius. super verbo, duas habens filias, tertio casu principali quo filie non succedunt cum masculis, loquendo de potestate successionis conseruando.

## An occidere peccatores liceat.

SVMMA.

Occidi hominem nullo crimine debere videtur duodecim rationibus, & vsque ad nu. 12.

Peccatores quod liceat occidere.

Homo propter peccatum comparatur bestijs.

Homines in belluas transformari.

Homo dupliciter considerandus.

Nobilitas humana natura. & nu. 20.

Fulmine non ita homo interit, vt reliqua animalia.

Fulmine non percussit aquila nec laurus.

Homo qua ratione consideratus occidi possit.

Influentia astrorum an excuset à delicto.

Innocentis est non solum non committere, sed cauere ne committatur.

Misericordiam facit cum peccatore, qui eum occidit.

Sepeliri non debet condemnatus sine permisso principis.

Anatomia an fiat sine licentia iudicis.

Iudex non debet procurare pacem inter litigantes in criminalibus.

Pœna corporalis non debet in pecuniariam verti.

Equus & currus cuiusvis capi possunt ad ducendum condemnatum ad furcam.

Iudex an cogere quem possit ad exequendum delinquentem.

Gratia secundi delicti non valet, nisi fiat mentio de primo.

Statutum vertens pœnam corporalem in pecuniariam, locum non habet in delicto geminato.

Venia



- 33 *Venia non est dignus, qui spe venia delinquit.*
- 34 *Qualitatis cuiuslibet delictum aggrauans est in gratia facienda mentio.*
- 35 *Carcerem intrans, ut intrante principe liberetur, non liberatur.*
- 36 *Servus percutiens clericum, ut Romam eat, non ob id liberatur.*
- 37 *Cedendo bonis non liberatur, qui ea spe debita contraxit.*
- 38 *Gratia obinenda spe delinquens, non gaudeat ea.*
- 39 *Crimina etiam ex quibus magna sequitur utilitas, debent puniri.*
- 40 *Dominus tenetur pro delicto serui vel iumentum.*
- 41 *Innocentem an cogatur iudex sciens condemnare.*
- 42 *Delicta qua in patria certa frequentantur, sunt magis punienda.*
- 43 *Decedio ad appellandum nondum finito potest sententia executioni mandari.*
- 44 *Executio sententiae debet fieri de die.*
- 45 *Capitalis poena ultimum remedium.*
- 46 *Peccatores reuocandi triplici via.*
- 47 *Iudici qua inesse debeat.*
- 48 *Iudicium humanum quatuor modis peruertitur.*
- 49 *Poena interlocutoria sententia non est perpetua.*
- 50 *Ira non debet moueri iudex.*
- 51 *Animus iudicis quibus rebus possit in se moueri.*
- 52 *Pilas sententiae iniquitas. Et nu. 53.*
- 54 *Salus duo in quouis iudice esse debent.*
- 55 *Populi vices quatenus admittenda.*
- 56 *Vulgi sententia vana.*
- 57 *Suavis alios stultos putant.*
- 58 *Multitudine peccante, minuitur poena.*



Quaestio ardua apud aliquos semper fuit, Vtrum occidere peccatores sit licitum: & videtur quod non, medijs sequentibus. Et primo, Christus enim dominus, veritas & sapientia diuina, redemptor noster Math. xij. prohibuit extirpare zizaniam, quae significat filios nequam. Sed omne quod est prohibitu a Deo, est peccatum: ergo occidere peccatores est peccatum. Et secundo, iustitia humana conformatur iustitiae diuinae, quia omnis Christi actio, est nostra instructio e. significasti. de elect. sed secundum diuinam iustitiam peccatores ad poenitentiam reseruantur, iuxta illud Ezechielis xvij. Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat. Ergo videtur omnino esse iniustu, quod peccatores occidantur. Tertio illud quod est secundum se malum, nullo bono fine fieri licet, ut dicit Augustinus contra mendacium, & habetur per Philoso. ij. Ethico. Sed occidere hominem secundum se malum est, quia erga omnes homines tenemur charitatem habere: amicos autem volumus viuere & esse, ut dicitur ix. Ethico. Ergo nullo modo licet hominem peccatorem occidere. Quarto, scriptum est Math. xvij. & in e. nouit de Iudaeis. Si frater tuus in te peccauerit, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratri tuo: si autem non te audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, ut in ore duorum vel trium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic ecclesiae: si autem ecclesia non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus: id est ab alijs separatus per excommunicationem & censuram ecclesiasticam: non autem quod realiter occidatur, & anima a corpore separetur. Quinto, quia phibitu est in lege Exodi xx. Non occides: quae indistincte & simpliciter prohibet omnem hominem occidi, igitur

pro peccato & crimine occidi non poterit: quia vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. ij. ff. de offi. praesid. l. de precio. ff. de publicia. in re actio. Sexto, non debet quis velle in proximo suo, quod fieri est prohibitum in seipso: sed seipsum occidere est omnino prohibitum, & si fiat est peccatum mortale: quia se occidendo sibi admittit necessarium poenitentiae tempus, & sic maxime sibi nocet. Praeterea naturaliter vnaquaeque res seipsum amat, adeo quod naturali inclinatione conseruat se in esse: & corruptentibus resistit quantum potest. Et sic quod aliquis seipsum occidat est contra naturalem inclinationem, & contra charitatem, qua quis debet seipsum diligere. Etiam quia quaelibet pars suo toto, & sic communitati iniuriam & damnum inferre non debet, prout facit seipsum interficiens, qui communitati hominum iniuriam & damnum infert, ut dicit Philoso. v. Ethic. & dicitur infra, & habetur. ff. de his qui sibi mor. cōseruauerunt, per totum, & l. ij. C. qui testa. facere non possunt. Etiam non debet se occidere, si sit malefactor, secundum Tho. in secunda secundae q. lxiiij. articulo v. Praeterea vita est quoddam donum diuinitus homini attributu, cuiusque potestati subiectum, qui occidit & viuere facit, ut habetur Deuteronomo. xxxij. Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam & sanabo. Ergo eiusdem rationibus non debet homo pro peccato & delicto alium occidere, ne faciat alteri quod sibi fieri non vult. Septimo, minor poena corporalis maior est quacunque poenitentia. l. in seruorū. articulo vj. in fi. ff. de poenis. Et alibi dicitur, quod animae hominum quibusque rebus praeferenda sunt. l. sancimus. C. de sacrosan. ecccl. Igitur pro quacunque causa mundana non debet peccator occidi, sed poenitioni & emendationi diuinae reseruari, & remitti in die iudicij. Octauo, iniquum & iniustu foret, quod propter delictum homo occidatur, quia delicta non debent afficere nisi suum auctorem. l. sancimus. C. de poe. Sed delicta secundum sui conditionem committuntur per vnum membrum: quod homicidium per solas manus, raptus & adulterium per sola genitalia membra, blasphemiam per linguam, & sic de alijs. Ergo valde iniustu foret, pro delicto vnus membrum totum corpus occidi. Sufficit enim membrum quod peccauit abscindi & vita priuari: & non quod totum corpus occidatur: ne poena delictum excedat. Nono, quia prohibitum est propter peccata, & delicta rumpere domum delinquentium & destruere, ne domorum destructione vrbis diffunderetur. In authent. de mand. princ. §. oportet. colla. ij. quia tunc respublica cui satisfaciendum est, per talem poenitionem potius laederetur, quam ei satisfaceret: quod non est ferendu, ut quod favore ipsius decretum est, in eius laesionem retorquetur. l. quod favore. C. de legib. Ergo pari, imo fortiori ratione, non debet homo delinquens, qui nedum est vna domus, quinimodo microcosmus, id est, minor mundus, destrui, cum plus sit destruere mundum, quam particularem domum: quia homo non solum sibi, & patribus natus est, sed respublicae patriae suae. l. j. §. & generaliter. ff. de ventre in poss. mitem. Vnde respublica ex tali poenitione laederetur: cum tamen satisfaciendu & non detrahendu est delictorum poenitione. Decimo, certum est hominem propter delictum non posse puniri in facie. l. in metallū. C. de poenis. Nec etiā abscindi ei possent membra praesertim genitalia, ut castreretur & eunuchus fiat. l. j. C. de eunuchis. Nam secundum Damascenū lib. ij. peccati committitur per hoc quod recedit ab eo, quod est secundum naturam, in id quod est contra naturam, Et secundum

causam naturam est, quod corpus hois integrum sit membris: contra naturam autem est, quod sit membris diminutu. Ergo maius peccatum est quod quis occidatur. Unde decimo, humana iustitia regulari debet ex diuina: quia ut dictum est, ois Dei actio est nostra instructio. Sed Ecclesia xv. dicitur: Deus reliquit hominem in manu consilij sui. Ergo videtur, quod non est aliquis peccator coercendus morte: imo nec vinculis, nec carcere saltē perpetuo. l. incredibile. C. de poen. Sed in suo libero arbitrio relinquendus, quandiu eum viuere Deo placuerit. Unde decimo & vltimo facit, quia per aduetum Christi lege gratiae fuerunt oia veteris legis, nedum ceremonialia, sed etiā legalia, & iudicialia correctae & abolita, vt plenē habetur, & ibi Pan. in c. fi. de consuet. Ergo oēs poenae delictorum sunt extinctae: maxime crudelis poena mortis, & in die iudicij delata, & Dei iudicio reseruata. Et contra autem, quod licitum sit, imo expediens peccatores occidere, habetur Exodi xxij. maleficos non patieris viuere. Et per os Psal. dictum est, in matutino interficietis oēs peccatores terrae. Et Exo. xxxij. praecipit Moyses: Occidat vnusquisque fratrem suum, & amicum, & proximum suum, pro peccato vituli conuulsis. Praeterea homo propter peccatum comparatur bestia, iuxta illud Psal. homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similibus factus est illis. Facit l. j. C. vbi sena. vel clarif. vbi reatus omnē honorē excludit. Et Proverb. x. dicitur: Qui stultus est, seruet sapienti. Ideo quis hominem occidere in suo honore, & dignitate manentē sit secundum se malum, tū hominē peccatorem occidere potest esse bonum sicut occidere bestiam. Peior enim est malus homo, quam bestia, & plus nocet, ut dicit Philo. vij. Ethic. & lib. j. Politic. Nec vlla maior aequitas in natura, quam hominem exterminare criminofum, qui homo non est, sed belua, quae se armat contra naturam, vt pulchre dicit Bal. in c. super hoc. in fi. de renuntia. Pro quo est tex. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & clarior in l. probrum. ff. de verb. sig. Quonia vt dicit Senec. lib. j. de benef. hominem non facit vngues, neque dentes terribiles: sed nudus natus est vt nulli videatur inimicus. Et Boetii. lib. iij. de cōsola. In terra est, inquit, naturaliter mentibus hominum. veri summi que boni cupiditas. Et lib. iij. Et qui virtute deserta homo esse desinit, cum in diuinam conditionem transire non possit, vertitur in beluam. Et Tullius lib. ij. de Paradoxis: Tu, inquit, cum tibi siue Deo, siue mater (vt ita dicam) rerum omnium natura dederit animum, quo nihil est praestantius, neque diuinius, sic te ipsum abiciet, atque prosterne, vt nihil inter te, & quadrupedem putes interesse? Quid enim (dicit Valerius lib. ix.) vitius aedius? quid etiam damnosus? quibus virtus atteritur: victoriae languescunt, sopita gloria in infamia conuertitur: animique pariter, & corporis vires expugnatur. Cum igitur quilibet dicat hominem se velle fore, cur per delicta facit homo, vt bestiae conparetur? Nunquid Lycaonē Archadiae regem aduenas, & subditos depradantē, ac deo Ioui de sanguinolenta caede & rapina cibum offerentem, thalamo eius flamma consumpto rabidum fuisse transformatu in lupum fingit Ouidius j. Metamor. Pariter Io luxuriata in vacca ilico conuersa eodem libro fingitur. Sic Nabuchodonosor Babyloniorum rex in beluam propter peccatum conuersus a catholicis legitur Danielis iij. Sunt enim peccatores veluti pecora contra naturam agentes, sicut animalia bruta, vt in tanta morum peruersitate iam non sit homo, sed iners & insciantia pecus: qui non est pessimus in Authentica de incestis nuptiis. §. j. coll. ij. secundum Ioan. Fab. in §. j.

instit. si quadru. paupe. fecit. dicatur. Subiungentem: sis ergo homo non bestia. Non te voluptas vnus horum seruū faciat corporis tui rei vilissimae. Et Propheta Psal. xxxj. Nolite, inquit, fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Et sequitur: Multa flagella peccatoris, &c. Nec potest iudex maius bonum offerre Deo, quam occidendo vel aliter puniendo criminofos: nec pinguior victima macari potest, quam homo iniquus, vt dicit Seneca in tragædijs, secundum Pau. de castr. in l. nemo deinceps. C. de episc. audien. pro quo facit tex. in c. nec is. §. illud. xv. quaest. j. Vnde olim in Gallia (Caesare de bello Gallico lib. vj. Comenta. referente) alia gratiora dijs immortalibus non arbitrabantur, quam supplicia eorum, qui in latrocinio aut aliqua alia noxa erant deprehensi. Iudex enim qui malos percudit, in eo quod mali sunt, minister est Dei: vt dicit Barbatius ille Hieronymus super Ezechielem li. iij. Et super Ieremiam: homicidas, inquit, sacrilegos, venenarios punire non est effusio sanguinis, sed legum ministerium. Et super Isaiam dicit. Non est crudelis qui crudeles ingulat: sed crudelis ideo vocatur, quia crudelis patientibus esse videtur. Nam suspensus latro patibulo crudelem semper iudicem putat: quia pessimus quisque asperimē rectorē patitur, vt dicitur in epistola ad Caesarem senem de repub. contra illud Catonis:

Quod merito poteris patienter ferre memento. De quo plenius. xxij. quaestio. v. per totum. Ex quibus vtrinque allegatis remanet quaestio nostra dubia. Proterius vera decisione dicendum est, quod homo potest considerari dupliciter: vno modo secundum se. Et hoc modo considerando eum, non licet aliquem interficere: quia in quolibet etiā peccatore debemus amare naturam, quam Deus fecit tam nobilem, quae per occisionem corrumpitur. Nobilitatem hanc & excellentiam naturae humanae ostendit Hermes Trimegistus sic dicens: Magnum miraculum est homo, & animal honorandum. Sic anima intellectiua in naturam Dei transit, quasi ipse Deus sit: hic per naturam animae diis est coniunctus: hic demonum genus nouit, terram colit, elementis commiscetur: acumine mentis in maris profunda descendit, caelum quod videtur altissimum animi sagacitate metitur, intentionem animi eius nulla caligo aeris confundit. Nec terra densitas eius operationem impedit. Non aquae profunditas aspectum eius obtundit. Vnde Papias: Homo, inquit, est animal rationale mortale, disciplinaeque sensus capax. qui ingenio valet, artibus pollet, & cognitione rerum, aut quod agere debet eligit, aut animaduersione, quod inutile sit contemnit. Videatis Archid. in cap. in ecclesiastico xij. quae st. ij. vbi de hominis nobilitate pulchra addit. Est pariter nobilis ratione artificis, & admiratione artificij. De quo Mercurius ille Trimegistus Moyli contemporaneus sapientissimus ad Tanciu filium. Age, inquit, fili, & circūspice humani corporis opificium: cuius admiratione perdisce, quistā pulchrae imaginis conditor? Quis oculorum pictor? Quis nares aureisque tornauit? Quis labia distendit oris? Quis nervos tendit atque ligauit? Quis irrigauit venas? Quis ossa cōgessit solida? Quis carnē pellicula tenui circumcunte contextit? Quis digitos articulis discretuit? Quis fundamenta pedum extendit? Quis perforauit poros, atque meatus aperuit? Quis splenē coegit atque compressit? Quis Pyramidem impressit cordis figuram? Quis pulmōni sculpsit fistulas? Quis haec honoranda, & alia corporis membra in propatulo esse voluit?

luit? Quis obsecra in obscuris prfus abdidit? caque ab aspectu cernenti voluit secreta facere? Vide quot diuinæ artis opera in vna eademq; materia demōstrā tur singularāque pulchra recteque dimensa, ac in suis propriis officiis differētia. Quis nā singula finxit? Quis tam pulchræ imaginis opifex? An vtr' ille Demogor gon? an felicitate Saturnus? Cretes sine Iupiter ista cō- pēgit? an Iuno? an Promethe' ille Ouidianus ex luto effinxerit? Si secundū rectæ ratiōis dictamē respon- deamus, id certē dixerimus ipsam inuisibilem Deum prouidentia ipsam æternā, quæ Promethæi nosē de- signatur, non solūm hominē, sed & cūctā esse partici- pantia, propria voluntate fecisse. Ex quo bonitas Dei clarē cognoscitur à creatura mundi, præsertim ab ho- mine, quæ oēs microcosmū vocat, id est, minorē mū- dū, vel ut omni creaturæ cōmunicantē, scilicet cū plā- tis vegetādō, cū brutis sentiēdo, cū cæteris essēdo, & cū Deo intellectus acumine intelligēdo, & bonum à malo discernēdo. l. j. ff. de iust. & iur. Quamobrē Ovi- lib. j. Metam. hominē mundū meliorem appellauit & à solo Deo creatum cognouit, dicens: Ille opifex, re- rum, mundi melioris origo, &c. Id idē etiā Poeta in suis Geor. scētibi: cœlestisque illi origo est. Facit gl. 18 in §. si. in st. de iur. nat. Et præcipuū habet inter cæte- ra animalia homo, q̄ licet omne animal istam fulmi- ne intereat, homo tamē nō semp̄ interit: imō percuf- sus euadit sepiusimē. Anchisen em̄ Troianū fulmine afflatum fuisse legimus, cum apud Verg. de se dicat: me diuū n̄ pater, atque hominū rex fulminis afflauit ventis, & contigit igni, &c. & tamen longo post tē- pore vixisse, & superstitem mansisse. De cuius ful- guris duplici specie tractat Philoſ. iij. Meteor. viij. c. Super quo additū est, q̄ de auiibus nunquā fulmine percūtitur Aquila, quæ ales Iouis armiger dicitur, vt eius fulmine non feriatur: de quadrupedibus etiam nunquā fulmine feritū vitul⁹, seu bos marin⁹. nec de ramis Laurus. Hinc legitur. Tyberius Cæsar Lauro coronari solitus. Et tētota ex vitulorū marinorū pel- libus composita subire, vt illorū præsidio discrimine tutus esset tēpore tonitruorū & fulminum, quæ supra modū formidabat vt refert Antoninus archiepisc. in 20 prima parte Historiali. tit. vj. & xxj. c. §. j. Maximæ ergo nobilitatis in natura sua est homo, qui masculū cōprehendit & fœminā: de quibus dicitur Ecclesiast. xvij. Creauit illis (scilicet Deus) scientiā spiritus: sen- su impleuit cor illorū, & mala, & bona ostendit illis. Posuit oculum ipsorum super corda illorū, ostendere illis magna opera suorum, &c. Et Sapient. ij. Creauit Deus hominē inexterminalē, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. l. si quis in metallum. C. de pœn. & l. iustissimē. ff. de ædil. dicto. Et Propheta Psal. viij. de homine ad Deum loquens: Minuisti, in- quit, eū paulominus ab angelis, gloria & honore co- ronasti eum, & constituisti eum super opera manū tuarū. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & bo- ues, vniuersa pecora campi. Volucres cœli, & pisces maris qui perambulant semitas maris. Vnde conside- rando hominem secundum suam, tam excellentē na- turam, non debemus eum pro toto mundo occidere, quāuis peccatorē: & ita verificari & intelligi debent authoritates & rationes pro parte negatiua supra in princi. adductæ, & vt latius respondendo ad singula dicitur: quia quo ad hoc considerata eius natura, quæ de se bona est, & cōsequēter amādā verificari potest quod allegatū est, q̄ Deus creauit hominē inexter- 21 minabilē, & sic nō occidēdū quomodocūque. Secundo modo cōsideratur homo per cōparationē ad

bonū cōmune, quod per peccatū corrumpitur. Quæ consideratione, sicut licitū est occidere plātas, & ani- malia bruta, inquantū ordinantur naturaliter ad bo- num vsum hoīs, sicut imperfectū ordinatur ad perfe- ctū. Et oīs pars ordinatur ad totū, vt imperfectum ad perfectū: quia oīs pars naturaliter est propter totum. Ex quo videmus, q̄ si salutē totius corporis expedit præcisio alicuius mēbrorū, vt quia est putridū vel corru- ptiuū aliorū mēbrorū (vt infra dicā) certē laudabili- ter, & salubriter abscinditur. Ita etiā si aliquis homo sit cōmunitati periculosus, scādalous, & corruptiuus ipsius propter aliquod peccatum, tunc laudabiliter & salubriter occidi potest, vt bonū cōe cōseruetur: modi- cū em̄ fermētū totā massam corrumpit, vt dicitur j. ad Corinth. v. Vnde eo tunc pœnas ob maleficia sui & pati magna ratio suadet. l. si à reo. in fi. ff. de fideiuss. Cū publicē interit crimina puniri. l. ita vulneratus. ff. ad l. Agl. vt pœna vnius sit met⁹ multorū. l. j. C. ad l. iul. repetū. Et ne per impunitatis audaciā fiant, qui nunq̄ fuerant audaciores & nequiores. c. vt famæ. de sent. excō. Nec eos excusat influenza astrorum cœ- lestiū, quibus forsā dicerent se ad malum inclinos: quū scriptū sit: Sapiens dominabitur astris. Nisi tanta esset influenza, que tolleret sensum intellectus, sicut in furioso & dementi, secundū Bal. in c. j. vt lit. pend. Facit l. diuus. ff. de offi. præsi. vbi delictū furiosū in fu- rore perpetrātū nō punitur: quia voluntate peccandi caruit, & afflictio danda non est afflictio: de delictō autē ante furorē cōmissio tenetur, & puniri potest ad minus pœna honorū. l. si. §. & siquidē. C. de cura. fu- rio. & l. tā demētis. C. de episc. audi. quod iudices debēt summē aduertere. Vnde Augusti. de ciuita. Dei: Non est, inquit, innocētia, id est boni viri, parcendo sinere vt in malū grauius incidatur, pertinet ergo ad inno- centiæ officii, nō solūm nemini malū inferre: verum etiā cohibere à peccato, vel punire peccatum, vt aut i- pse qui prius odio habebatur, corrigatur, experimen- to, aut alij teneantur exēplo. Qui enim vitius nutrien- dis parcat & fauet, peccatorē nutrit, & bonos inficit: quia impunitas aliquorum plures alios morti tradit. Et exitio multos tradit, q̄ liberat multorū exitia cogita- tem & qui eum supplicio addidit, oēs saluos fecit. in auth. de mand. prin. §. homicidia. vbi glo. Subiungēs idem Augusti. libr. xix. de ciuita. Dei. c. xvij. circa fin. 23 Pertinet ad innocētis etiā officii, non solū nemini malū inferre: verum etiā cohibere à peccato, vel pu- nire peccatū, vt aut ipse, q̄ plectitur corrigatur expe- rimētō, aut alij terreantur exēplo. Mali profectō ho- mines, vt inquit Bal. in l. Casius. ff. de senato. expelli debent ab omni honore: quia seruiūt diabolo, & sunt sine cōscientia. Boni autem diligere debent, quia Deus eos diligit, & semper vincunt. Et maius bonum non potest in republica facere iudex: etiam pro bono de- linquentium, quā non punitionem dissimulare peccatorum maximē in primordiis occurrēdo, vt ha- betur secundū Machabeo. xj. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sentētia agere, sed statim vtiōes adhibere, magni beneficij est indicium. Et quia omnis qui iustē iudicat, etiam si delinquentem occi- dat, dicitur eum eo facere misericordiam, in eo quod inter flagella ad penitentiam eum inuitat, & à ma- ioribus peccatis in futurum committēdis præseruat: pro quibus fortē moriendo impēnitens æternaliter damnaretur. Et iudex puniendo criminosum pecca- to finem imponit, secundum glos. in cap. omnis qui iustē. xl. distict. Et sic misericordiam cum eo facit, vt ibi dicitur, potius quā si punitionem differret, aut dissi-

aut dissimularet. Quæ enim illa iustitia inimica boni- tatis palpare criminosos, & vulnera eorum vsque in diem iudicij incurata seruare? c. si quis diaconus. eadē distictio. Et est, quod Catilina in secunda respōsio- 29 ne ad inuēctium Ciceronis dicebat: Summa, inquit, est misericordia, in parricidā subitum suppliciū ani- maduertere: quia (vt dixi) peccatis suis sinē imponit, & de perpetratis satisfacit taliter, q̄ si pœna est suffi- ciens pro crimine commissō, prodest, vt delinquēs in a'io seculo amplius non puniatur nec crucietur: cum Deus non iudicet bis in idipsum. Ideo non denegan- tur ei sacramenta ecclesiæ: imō nec sepultura solēnis. xij. q. ij. c. si. & in cle. j. de pœ. & remiss. & clarius in c. quid ergo. xxij. q. v. secūdm Panor. in c. ex parte. de sepul. & Sepulturæ tamē tradi nō possunt sine permis- 30 su principis, cui est confiscatum cadaver. l. si. ff. de ca- daue. punito. quod fuit in passione Christi obserua- tū, vbi Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio petiit à Pilato, qui tunc Ierolymis vice principis fungeba- tur, corpus Iesu pēdens in cruce, vt habetur Matthæi 26 xxvij. Nec pariter tradi potest medicis ad anatō- miā faciendam. quod tamen Bart. reliquit cogitādum in d. l. si. Et sic licet puniri per iustitiam perdāt omnia politica, quo ad honores, vitam, & bona, & tamen in foro conscientie non perdunt diuina ad salutem ani- mæ necessaria: imō possent in eis tanta & talis esse cō- tritio, q̄ inors (vt dixi) in totum satisfaceret pro eis. Vnde Hieronymus: Christus in paradisiim de cruce latronē tulit, & homicidij pœnā fecit martyrium. de pœn. dist. j. c. importuna. Præterea ex impunitate ma- ior nasceretur peccandi licentia. Ob quod Plato dice- re solitus erat: Neminem prudētē punire, quia pec- catum est: sed ne peccetur in posterū. Et iudex qui cri- men repertū non vindicat, tegere vt conscius crimina festinat, dicit text. in l. j. c. de cōmer. & merc. Et totā rempublicā scandalizat. Et inde est, q̄ licet bonus iu- 27 dex primō pacem tractare debeat inter litigantes, & lites pace terminare. c. studēdum. xc. dist. & c. j. de mu- tuis peti. tamen vbi agitur criminaliter, ad pœnā de- licti, non debet nec potest partes ad pacem, & cōcor- diam inuitare, ne fiat præiudicium iustis, & bono rei publicæ, cui expedit peccata nocētū esse nota. l. eum qui nocentem. ff. de iniur. secundum gl. in d. c. studē- dum. quam sequitur Io. de pla. in l. iustibus. C. de agri- & cens. lib. xj. Ex quo consultissimē & sanctē ordina- uit Carolus quintus Francorū rex sapiēs appellatus, anno domini M. ccc. lvi. tūc regnum in absentia regis Ioannis patris sui regēs, q̄ in quibuscūq; delictis iu- dices regij neminem recipiāt ad cōpositionem. Et id idē prohibuit inferiorum dominorū regni sui iudici- 31 bus, sub pœna perditionis iurisdictionis: sed q̄ delin- quentes puniant secundū qualitātē delicti. Non enim deliquit bursa, sed persona, quæ puniri debet, vt pœ- na suos sequatur auctores. l. sancimus. C. de pœnis. 28 Vnde tales compositiones sunt absurdæ. Et quod malē seruant domini episcopi, & cæteri ecclesiæ prælati, qui omnia delicta cōuertunt in pecuniā propter aua- ritia. Et quæ vilis est post sententiā personę condēna- toriā capiunt pro crimine pecuniam. Et vt honestius faciant, & corū pallient innatam auaritiā, & illā excu- sent, vt plurimū in sentētia sibi reseruant potestatem faciēdi gratiā, & minuēdi pœnam: quod an fieri pos- sit, dicit Bal. post Gul. de Cug. in Authen. interdici- mus. C. de episc. & cler. & in l. j. C. de calum. q̄ nō: quia esset implicatio contrariorū, vbi pœna imposita est à Rege taxata. Attamen de facto omnē eorū iurisdictio-

nem spiritualē, & tēporalē conuertunt in pecuniam. l. consulta diuina. C. de test. Sicq; restat pro maleficio imponi posse etiā pœnā mortis, vt satisfaciat republi- cæ, cuius interest. Et cuius fauore capi potest a sinus vel equus, aut currus cuiuslibet de populo pro portā- do malefactorē ad furcā condēnatum, secundū Bar. per illū tex. in l. iubemus nullā. C. de sacrosan. ecclesi. Bal. & Sali. in l. fin. ff. de pig. act. in quo beatus fuit Sy- mon Cyreneus, quē de villa venientē exeuntes mili- tes inuenerunt, & angariauerūt vt tolleret crucē Iesu, dum pro nostra redēptione duceretur ad supplicium allegato Matth. xxvij. Quinimō constitui posset de publico salariū, & dari præmium ei, qui malefactorē repererit, & iudici præsentauerit puniendū. l. cum na- uarchorū. in fi. vbi Bar. & Io. de Plat. C. de nauicula. lib. xj. Nō tamen posset iudex cogere, quē ad suspē- dendū au decapitandum, vel aliter in persona execu- tandū delinquentē, secundū Bar. in d. l. si. ff. de pigno. actio. quæ sequitur Io. de Pla. C. ne quis liber inuitus a tum republicæ gerere cogatur. l. si. libr. xj. nisi esset vilis persona, vt dicit Bal. in d. l. si. quæ sequitur Chri- stopho. Porcus in stit. de his qui sunt sui vel alie. iuris. Et maximē debēt iudices occidere illos, qui enormia commiserunt delicta, quorū calamitate illachrymari nō debent. l. obseruandū. ff. de offi. præsi. Imō cōstan- tes esse ad instar legū, quæ oppellātur inexorabiles. l. si. C. de tabu. lib. x. contra quas nemini licet effunde- re preces, quia sunt res surdæ & cōstātes, quæ nō mo- uentur precibus, quin cuiuslibet merenti dent præmia, & demerenti supplicia, vt dicit Io. de Plat. in d. l. finis. Ex quo græcus ille Solon putauit rem publicam dua- bus rebus cōseruari, videlicet præmio & pœna: vt hinc boni ad virtutes inuitentur, quia gloria maximē ad virtutem concitantur, iuxta illud Ouidij, -laudatūq; virtus Crescit, & immēsu gloria calcar habet. Et mali p pœnā à flagitiis arceant, etiā pœna mortis si debeat. iuxta illud Horatii in episto. ad Quintum. Oderunt peccare boni virtutis amore. Oderunt peccare mali formidine pœna. Quam glo. refert in d. l. j. ff. de iusti. & iure. Cū enim tales republicā delinquendo scandalizent, ac publicū gaudium & lætitiā, quæ in pace consistit turbēt, vt d. l. nemo deinceps. vbi Bald. in tertio notabili. C. de episc. aud. in iudices nō puniētes provocat, & in po- pulū ira Dei, à quo punitione delictorū venia separa- tur, & populi incolumitas procuratur. l. puinciarum. C. de feriis. Præsertim quando assueti delinquere puni- 32 ſuntur, qui veloci executione à terra veniūt extirpan- di. Nec gaudent venia paschali, vt d. l. nemo. Per quē text. dicit ibi Gul. de Cug. quē ibi sequitur Bal. q̄ qui gminat delictum sperare nō debet veniā. Et adeo q̄ non valeret indultū principis super condēnatione se- cunda, nisi fiat mētio de prima, quia censetur esse sur- reptitiū. Vnde qui semel gratiā habuit de vno homi- cidio vel alio delictō, deinde super secundo vult gra- tiam impetrare, debet in hac secūda facere mētionem de prima, secundū Gul. ibi. Et deinde refert Barbat. in c. super literis. de rescri. vidisse Bononiæ quēdam de- capitari, qui in secūda tacuerat primā gratiā. Idē Ias. in l. præscriptione. C. si contra ius vel utilit. publ. Pro quibus optimē facit text. in c. ij. de fil. presbyte. lib. vj. Et pariter statuta pœnā corporalē in pecuniā conuer- 33 tētia, quæ de iure valēt, secundū Bar. in l. j. ff. vi bono. rapt. per text. in §. pœna. instit. de iniuriis. prouiso, q̄ pœnā pecuniariā imponant non parū nec concessi- bilem, sed rationabiliter taxatā, ne detur occasio de- linquēdi. secundū Bal. singulariter in §. iniuria. de pa- G G ce iur-

ce iuramē. firmata. nō habent locū in reuerante delictum, secundū Bar. per illū tex. in l. omnes. C. de delatoribus. Et in l. j. C. de super exactio. lib. x. & vbi obiq; per Io. de Pla. & Bar. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infra. Et Salū. in l. & si feuerior. C. ex quib. cau. infra. irrog. Pro quibus optimè facit text. in d. l. nemo. de epif. audi. vbi reueras delictū nō gaudet priuilegio illius. l. Et ita fuit seruatum in ciuitate Caturci, per curiā Senefcalli Caturecen. stante iudice maiore magistro Antonio Trupignō meo legū praeceptore, anno dñi M. cccc. In persona cuiusdā Gul. Musard, armurarij, qui peccatū adulterij reitauerat, & iuxta statutū ciuitatis lx. solidos soluere offerebat, qui auditus nō fuit: imō nudus in camisa per ciuitatē fuit ductus, ita qd statum dans illi optionem illarum duarum pœnarum non potuit ei optulari, vt cum peccunia liberaret. ¶ Similiter si quis delinqueret sub spe & cōfidentia futuræ veniæ, quia fortè scit regem vel principē loci de pximo venturū, qui cōsuevit saltem in suo primo aduentu omnia delicta remittere, & delinquentes captos liberare, vel sciebat pacē inter principes de pximo pmulgandam. Cuius obtentu remittenda erant damna, & delicta hincinde perpetrata: non cōprehenderetur talis sub dicta generali abolitione, quia natura æquū est cum nō esse impunitum, qui hac spe audacior factus est. l. j. §. j. ff. si quis testamento liber esse iussus fuerit. Quod facit contra plures gentes armorū guerræ Frāciæ, vt dicit Masuerus titulo de priuilegijs in prin. & contra illos, qui delinquant spe remissionis, & abolitionis cōsequendæ. Nā abolitio postea cōcessa eis nō prodest, nisi de hoc in ea mētionē fecerint, & princeps eis remiserit. ¶ Cum de qualibet qualitate delictum aggrauante sit mentio fienda in cōfessione ad fines obtinendæ veniæ, p. tex. in d. l. j. §. j. quē Bar. ibi notat contra p̄fectum vrbis Romæ, qui coronat imperatorē, & imperator de consuetudine antiqua satisfacit omnibus suis creditoribus. Vnde si p̄fectus aduentū proximū imperatoris sentiens audacior factus multa debita contraxerit sub spe liberationis fiendæ à principe: certè à talib' debitis liberari nō debet. Sic nec ille à pœna delicti vel à carcere qui sciens principem venturū, cuius aduentu rei liberatur, deliquit: ¶ vel si iam deliquerat, vt liberaretur, in carcere se posuit. Et idē dicit cōtra eos, q. sub spe pacis fiendæ delinquant, quia nō cōsequuntur immunitatē. Facit e. relatū, de sent. excom. ¶ vbi feruus atrociter percussus clericum ea intētionē, vt vadat Romā pro absolutione, & sic ea occasione liberetur à seruitute, & dominica potestate, non reportabit illā commoditatē, vt Romā ire teneatur: sed sub potestate domini remanēs poterit ab episcopo absolui in partibus. Ad hoc facit quod decidit Angel. in l. is qui bonis. ff. de celsio. bonorum. dicens, ¶ q. contrahens plurima debita sub spe, q. liberabitur cedendo bonis, nō gaudebit priuilegio celsionis bonorū si de hoc appareat. Quē sequitur Fely. in c. fi. de testif. ¶ Et me audiente leges Tolosæ, vidī quendam decapitari, qui sub spe, & cōfidentia obtinēdi gratiā à rege hominē occiderat, & de hoc ante delictū se iactauerat, q. cum occideret, q. pro decē scutis gratiā haberet, in qua dictā iactationē & suā intētionē tacuerat, quæ tanquā surreptitia ei nō profuit. Ex quibus omnibus clarè videtis, quantū suadet bonū publicū, q. delicta puniantur in correctionē delinquentiū, & exemplū ceterorū. Quia cōsideratione moti tāta cōtinentia olim vixerūt Romani, vt etiā minimos excessus punirent: qui vt dicitur in §. placuit. infra. de obliga. ex delicto.

excusari poterant, & sine scandalo reipublicæ dissimulari, in quo eos summè Valer. cōmendat lib. viij. tit. de priuatis iudicijs. Multus, inquit, sermo eo etiam iudicio manauit, in quo quidā furti damnatus est: qui equo, cuius vfus illi vsque Artitiā à Roma decē millibus passuū distantē cōmodatus fuerat, vltiore eius municipij eliuo vocatus esset. Quid aliud hoc loci, quā verecundiā illius seculi laudemus, in quo tam mōtū pudore excessus puniebantur? Hæc ille. ¶ Plus dico, q. crimina etiā puniēda sunt, licet casualiter bon' effectus reipublicæ sequeretur, secundū Pet. de Anch. in repe. c. j. de cōsti. vbi dicit, q. si ingressus domū alicuius de nocte seruinus surripuit, in quo erant literæ p̄ditionis ciuitatis aut regni: certè hoc patefacto non cuitabit pœnā furti, cum intētionē habuerit furadi. Vnde fortuna, quæ felix ciuitati fuit, nō cōsideratur, sed solus vfus. Ideo si occiderē volentē prodere ciuitatē, nō cōsiderans bonū publicū, sed propriā passionē & vindictā, morte puniendus essem, ac si alium occidisset. secūs in intētio furatis, aut occidētis esset, vt reipublicæ prodesset: vt fecit Cneus Flauius, qui librū actionū secretò subtraxit, & populo Romano tradidit pro bono publico legendum. Ob quod tribunus plebis creatus est. l. ij. §. postea. ff. de orig. iur. quia nō propter sui lucrū, sed vt publico prodesset hoc fecit. Videatis Fely. in c. j. vlt. col. versū. & istū text. amplia. de p̄sump. quod est notandum p̄ iudicijs, vt diligentes sint ad extirpandū malefactorē, quos iura humana tāto fauore reipublicæ mota, non solum pro suo proprio delicto, sed etiā pro alieno, putā serui, vel ancillæ, vt saltem pro noxa eum perdat, punire voluerunt. infra. de noxali actio. per totum. Et quodd' grauius est, si meū animal damnū dederit cōtra naturā sui generis, tenebor de pauperie, infra. si quadru. paupe. fecif. dicatur. licet in bruto non cadat animus delinquenti. ¶ Tamen quia aliqua culpa domino animalis imputatur, qui negligenter animal suū brutum custodiuit, tenebitur de dāno ab animali illato. Ad eodē q. si canis meus comedit carnes tuas, tenebor actione vtili de pauperie, licet cōtra naturā suā canis non deliquerit, cū satis sit de natura canis comedere carnes: tamē tenebor, quia sicut in actione legis Aquilię consideratur culpa hominis: sic etiā in hac actione de pauperie culpa animalis consideratur, talis videlicet quæ cadere potest in eo. Ex quo dicit Io. Fab. in §. j. allegato titu. si quadru. paupe. fecif. dicatur. q. eo tunc tenebor, vbi canis meus fregit vas aut cistā, vbi erant carnes: vel fortè terruit forociter custodē, vel fortè euerit ollam bullientē, vbi erant carnes: fecūs, si canis reperit carnes sine custode in loco patenti: quia tūc nō tenebor, propter culpā tuā in negligētē custodiēdo carnes. Ecce quāuis zelus Romanorū in puniēdo delicta etiā nō sua. Sed maior in Francia iustitiæ zelus, q. cum eius generis copia deficeret, etiā ad innocētū supplicia deos malorū punitiōe placare cupiētēs descēdebāt, vt Cæsar refert de bello Gallico lib. Cōmētariorū. vj. malē tamē in hoc intelligentes rationē. l. puinciarū p̄sides. C. de feriis. Cum multo sanctius sit facinus nocētis impunitū relinquere, quā innocētē condēnare. l. absētē. ff. de pœnis. ¶ Nō enim debēt iudices, quē sciūt innocētē, falsis tamē testibus conuictum dānare: sed diligētius testes examinare vt occasionē inueniat liberandi eū. Sicut fecit Daniel, Danielis. c. vlt. Si autē hoc facere non posses, debet cum superiori relinquere iudiciādū. Si autē hoc nō potest, nō peccat secundū allegata sententiam ferens: quia nō est ipse, qui occidit innocētē, sed illi qui eū afferunt

runt nocentem. Minister autem iudicis innocētē cōdemnatis si sententia intolerabilē errorem contineat, nō debet obedire: aliās excusaretur qui martyres occiderunt. Si verō non cōtineat manifestā iniustitiam, nō peccat p̄ceptū exequēdo, cū ei nō pertineat discutere superioris sententiā. Nec ipse occidit innocētē, sed iudex, cui ministerij adhibet, secundum Tho. in secunda secundæ quæst. lxxij. artic. sexto. & Doct. in l. licitas. §. veritas rerū. ff. de offi. p̄s. si. & in c. pastoralis. de offi. delega. Si ergo pro peccatis alienis qs puniatur, multò magis pro suis, quæ propria malitia cōmiserit, vel quibus obuiare potuit & debuit, sed non fecit: quia nō videt carere scrupulo societatis occultæ, quia manifestò facinorosi desinit obuiare. c. sicut dignū. de homicidio. ¶ Et maximè puniēda sunt delicta, quæ in patria & regione frequētantur, quia multis grassantibus est opus exēplo. l. aut facta. ff. de pœnis. Imò tunc exaggerandæ sunt pœnæ, secundū Innocē. in c. j. de conslit. vbi dicit ex tali causa transgrediēdas esse leges cōmunes, & celeriter pœnis inferēdas, nec aliquo modo diffrendas. l. cū reis. C. de pœ. ibi velox pœna subducatur. ¶ Ad eodē q. ea die, qua sentētia criminalis lata est, mādatur executioni, non expectato dicendo ad appellandū indulto, secundū Bart. in l. qui vltimo. in ff. de pœnis. & ita seruati in p̄sentī regno in quo siue sit in casu quo appellando de iure non admittitur, siue in quo admitteretur, semper sentētia absq; mora exequitur, si ab ea citò nō appellatur, per text. in l. non tantū. ff. de appell. & l. addictos supplicio. C. de epif. audien. vbi damnatus ante decēdiū ducebatur ad supplicium. Quod patet quia datur cullibet facultas appellandi pro eo, & executionē impediēdi, quod non fieret, si tempus appellandi foret elapsū. l. furti. §. j. ff. de his qui notantur in famia. Videatis glo. notabilē in c. cum apud. xj. q. iij. quæ ponit casus, in quibus differret executio criminalis. Vnde cū cullibet de populo deur ad causam humanitatis libera facultas appellandi pro condēnato etiā inuito, vt d. l. non tantum. Et quia etiā punitiō delictorū tendit in exēplum multorū, in satisfactionē reipublicæ per maleficiū scandalizatā, fienda est de die executione palā & publicè, & non clā, aut de nocte, aliās p̄sumeret contra iudicē, quia qui malè agit, odit lucē, Ioannis iij. & c. cōsuluit. de offi. deleg. Tales enim qui ad supplicium ducuntur, sequi solet populi multitudo maximè puerorū, qui vt à talibus caueant maleficijs, solent à parentibus verberari, secundum gl. in d. l. addictos. Super quo fuit sammè reprehēsus tēpore Caroli sexti Francorū regis Præpositus Parisiensis, qui de nocte duos suspendērat in patibulo scholares. De quo Gaguinus libro ix. c. iij. Quo, inquit, tēpore duos ex schola Parisiaca scholasticos propter eadē à se factam cū Gulielmus Tignonuillus Parisianus p̄sces ad patibulū noctu appensos strangulare iussisset, ne si segnius fecisset, homicidæ liberarentur, coactus est (schola apud iudices suā ignominia persequētē) scholasticos patibulo depositos, osculo mortuis exhibitos, & lecticæ impositos ecclesiæ restituere, aurigāte carnifices, qui equo insidens lineam in star sacerdotis vestem induerat. Eorū scholasticorum etiā nunc sepulchrum in porticu diui Maturini Parisiensis, cū epigrammate vilitur. Hæc ille. Vnde restat delicta esse per iudices puniēda, etiam pœna mortis, si grauitas delicti hæc pœnā requirat. Tamen pronus esse non debet Iudex ad occisionē delinquentiū: tūc impositio pœnarum capitaliū debeat esse vltimū rectū iudicis remediū. Debet enim primo congressu deuos ad viam

reuocare & reducere, nunc minaciter terrendo, nunc verberando, nunc incarcerado & ceteris leuioribus remedijs: ita qd ad mortē properare nō debet, nisi cū alia remedia sunt consumpta, secundum Io. Fab. in l. j. C. de summa Tri. Qui etiā super titulo iustitiæ, de publici. iud. dicit Iustinianū hoc clarè demonstrasse per situationē illius tituli in fine voluminis, docendo in hoc iuuenes, qd quādo erunt iudices impositio pœnarū capitaliū sit eis vltimū remediū. Et quia mors est venenum, quod vt plurimū reperitur in cauda extrema parte animalis. Ex quo iudiciū mortis esse debet vltima intētio iudicis. Nā æternū diuinā iustitiā, & propriū semper existisse sacris memoratur in literis, ¶ reuocare peccatores ad vitā via ac ordine triplici, vocibus p̄conū & vatū, id est, p̄dicatorum largitate quoque beneficia: flagello denique, si duo priora non corrigant. Quod clarè etiā Vlpi. edixit in d. l. j. ff. de iusti. & iur. ibi, bonos non solum metu pœnarum, verum p̄miorum quoq; exhortatione efficere cupientes. Sic iudices debent subiectis paternam exhibere prouidentiam, in Auth. de manda. princ. §. festinabis. & dolere, ac inuiti trahi ad pœnas. Quod sentit Poëta, lib. vj. Aeneid.

*Et a tibi erunt artes, pacique imponere morem: Percere subiectis & debillare superbos.*

Et p̄ documēto iniunctū Cæsari imperiū adepto In exempla ad Cæsarem senem de re publica. Neq; quisquam te ad crudeles pœnas, aut acerba iudicia inducat, quibus ciuitas vastatur magis, quā corrigitur. Sed vt prauas artes, malāq; libidines ab iuuentute prohibeas. Ea vera clementia erit pacem concordia stabiluisse. Neq; barbaro ritu eadem eadē & sanguinē sanguine expiandum. Ego cūctā imperia crudelia magis acerba, quā diuturna arbitror. Hæc ibi, quia si glorientur in morte hominū, prout aliqui faciunt, homicidæ sunt. capit. miles. & c. cū minister. xxij. q. v. De isto iustitiæ tēperamento in bono, & recto iudice requisito diuinē admodū loquitur magnus ille Gregorius in quarta parte, & lib. xx. moralium. Omnis, inquit, qui rectē iudicat, statērā in manu gestat. In vtroque penso iustitiā, & misericordiā portat. Sed per iustitiā peccati sententiā, per misericordiam peccati tēperat pœnā. Vt iusto libramine quædā per æquitatē corrigat, quædam verō per misericordiam indulgeat. Qui Dei iustitiā oculis suis p̄ponit, semper timens & tremens in omni negotio formidat, ne de iustitiæ tramite deuians cadat. Et vnde non iustificatur, inde protinus condēnetur: disciplina enim vel misericordia multam destruit, si vna sine altera teneatur. Vnde circa subiectos inesse debet iudicibus, & iustē consulēs misericordia, & piē seuiens disciplina. Hinc est, qd seminiui illius vulneribus, quā à Samaritano in stabulū ductus est (Luca x.) adhibetur vinū & oleū: vt per vinū mordeatur vulnera, & per oleum foueantur: quatenus vnusquisque qui sanandis vulneribus p̄sct, in vino morsum distractionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis. Per vinum mūdantur putrida, per oleum sananda fouentur. Miscenda est ergo lenitas cum seueritate, & faciendū quoddā ex vtroq; temperamentū, vt neq; multā asperitate exulceretur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Quod & illā tabernaculi arca significat, in qua cum tabulis, virga simul & manna est: clarè demonstrans, qd vbi (sicut in iudice) est virga distractionis: sic & manna dulcedinis. Hoc etiā cognoscens rex regum, & eximius Prophetarum Dauid Psal. xxij. Virga, inquit, tua, & baculus tuus ipsa me cōsolata sunt: quia virga à domi-

47 nō percussus, tuit baculo sustentatus. \*Sit ergo in iudice districtio iustitiæ, quæ feriat: sit & cōsolatio baculi, quæ sustentet. Sit itaq; amor, sed non emolliens. Sit & rigor, sed non exasperans. Sit zelus (scilicet iustitiæ) sed nō immoderatē sequens. Sit pietas, sed non plus quàm expedit parcens. In regimine ergo debet utrunque iudex miscere, ut nec disciplinæ delit miser cordia, nec misericordiæ disciplina. Hæc ille. Et ad episcopum Constantinopolitanum idē ait. Quid autē de episcopis, qui verberibus tueri volunt canones dicam? bene fraternitas vestra nouit. Pastores enim sumus, non percussores. Vnde apostolus prædicator egregius: Argue, inquit, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. xl. dist. per totū. O igitur iudices (inquit Iacobus magni) clemētiā vestris iudiciis asstringe facite. His indulgere acquiescatis, quorū conditio vestra est, quibus etiā similes fieri potestis. Si vos sublimanit fortuna, naturā quæso propriā non negligatis. Mementote vos cupere Deum pprium iudicē habere, &c. Hodie, proh dolor, curiosius quàm oporteat sunt iudices delictorū temerarij inquisitores: qui vtiā diuim audirent Bernardū in Canticorum sermonibus: Caue, inquit, alienæ conuersationis esse aut curiosus explorator, aut temerarius iudex. Etiam si perperā actū quid deprehenderit, nec sic iudices proximum: magis autē excusa. Excusa intentionē si opus non potes: puta ignorantiam, puta surreptionē, puta casum. Qui si omnē omnino dissimulationē rei certitudo recusat: suade nihilominus ipse tibi, & dicito apud temetipsum: vehementer fuit nimis tētatio. Quid de me illa fecisset, si accepisset in me similiter potestatem? Præterea considerent iudices, qd nemo firmē tam porro inutilis est, qui aliquantula bonitate non præflet. Neque quispiā tam maximā & cōsummata virtutis, qd sine exceptione laudari possit ad vnguē. Vnde his præcipuē indulgendū est, quibus adest sincera veniā petēdo humilitas, iuxta illud Ouidij ad Cæsarem: His precor exemplis tua nunc fortissime Cæsar, Fiat ab ingenio mollior ira meo. Illa quidē iusta est, nec me meruisse negabo. Sed nisi peccassem, quid tu cōcedere posses? Materiā veniē fors tibi nostra dedit. Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat Iupiter, exiguo tēpore inermis erit, &c. Quasi velit iustitiā sine misericordiā nō esse iustitiā, sed potius lenitatem. Vbi autē iustitia dulcore misericordiæ temperata suadet delicta punire, certē licet, imō oportet etiā inferre mōrtē cessante omni humana lenitate, & iracundiā, præsertim odio, & vindicta. Quæ iura etiā canonica, & ciuilia abhorrent in iudice. xj. q. iij. c. illa præpositorū. vbi sic dicit: illa præpositorum sollicitudo vitiosa est, illa est cautela laudabilis, in qua totū ratio agit, & furor sibi nihil vēdicat. Restrīgenda sub ratione potestas est. Nec quid agendū prius, quā concitata ad tranquillitatē mens redeat. Nam commotionis tēpore iustum putat omne quod fecerit. Et sequitur: Ira sæpe etiā innocentes ad crimen adducit: quia dū iusto amplius irascimur, & volumus aliena cōcedere peccata, grauiora committimus. Ideo Apostolus ait: Nō vos vindicātes charissimi: sed date locū iræ: hoc est, declinemus eam, ne nos illa corripiat. Vnde dñs Iesus mittēs ad euangelizandū discipulos, misit eos sine auro, sine argento, sine pecunia, sine virga, ut incentiua litis & instrumēta eriperet vltionis. Et sequitur: Sūm opere præcauendū est, ne rectores ecclesiæ, & qui publica, id est, secularia iudicia exercent, in dictandis sententiis nullatenus lenitate, aut furore ducti sint præcipites: sed causis prius diligenter vēti-

latis, cū res quæ ignorabatur, ad noticiā pleniter uenerit, tunc diuina & humana lex resoluatur. Et tunc secundū quod ibi constitutum est, remota personarū acceptione, diffinitiuā proferatur sententia. Hinc est, qd Moyses querelas populi semper ad dñm tabernaculū ingressus referebat: & iuxta quod dñs imperabat, iudicia proponebat: Nimirū nos instruit, ut nō ex corde nostro, sed ex pcepto diuino condēnationis & iustificationis sententiā proferamus, non sensū nostro, sed ratione iuribus informata dīctate. Meminerint obsecro iudices, quatuor modis humanum iudiciū peruertit: Timore, dū metu potestatis alicuius veritatē loqui pertimescimus. Cupiditate, dum præmio alicuius animū corrupimus. Odio, dum contra quemlibet aduersariū molimur. Amore, dum amico vel propinquo cōtendimus præstare auxiliū. Quam uerō graue sit vel odio, vel amicitia, vel metu, vel munerere, vel quolibet modo iudiciū peruertere, Augustinus testatur dīctis: Quicunq; aut cōsanguinitate, aut amicitia, seu hostili odio vel inimicitia in iudicando ducitur, peruertit iudiciū Christi, qui est iustitia: & fructum illius uerit in dānationis amaritudinem. Et idē si iudex pauperibus miseretur, aut per imprudentiā malē iudicat, secundū gl. in c. quatuor, cū sequen. allegata. xj. q. iij. Et maximē ab his cauere debent iudices in præsentī regno Franciæ, in quo ex generali cōsuetudine, & regia ordinatione procedūt in criminalibus extraordinariē, ut infra dīctur. Quia cū in talibus extraordinariis processibus secretē procedatur per solum iudicē cōtra reum, aduocato procuratore & quocunq; alio instructore semotis: maius uertitur periculum, & sic cautius agendū. c. vbi maius periculum. de elec. lib. vj. & l. j. ff. de carbo. edicto. Et super omnia cesset in eo omnis subitaneus motus, quē odii & iracundiā, & quocunq; præcipitatio, & lenitas gignunt: ratione cuius nouerca iustitiæ meritō appellatur: Vnde fons eloquētiæ Cicero in sua oratione priore quā in exilium iret: nemo, inquit, tam facinorosus inuentus est uita, ut non tam iudiciū prius sententiis conuinceret, quā supplicii afficeretur, &c. quasi dicat, qd iudex repentiē & leuiter pœnas infligere nō debet, nisi p sententiā diffinitiuā, quam pcedere habet plenissima causæ cognitio. I. iudices. vbi bona gl. C. de iudi. quia secundū Ouidiū in libr. sine titu. Culpa nec ex facili, quanuis manifesta probatur. Et Seneca ad Lucillū epistola. xl. Nihil ordinatum est, quod præcipitur & properat. Inde dicit text. in l. fi. ff. de pœnis. \*qd pœna per iudicē simpliciter interloquēdo indicta, nō cōsetur ppetua, sed tēporalis, uita durante iudicis interloquantis, secundum Inno. in c. qd translationē. de offi. lega. & Panor. in c. ex literis. de confli. secūs si diffinitiuē eam indixisset. l. j. C. de postul. Nec obstat text. in c. iurgantium. de rei iudi. vbi iurgantium causas celeri sententiā diffiniri præcipitur. Et d. l. cum reis. C. de pœnis. præcipitur reos ueloci pœna subduci, quia hoc intelligitur, vbi constat sufficienter de crimine. Non enim tunc est differenda: imō acceleranda sententiā, & pœna inferenda. \*Non moueri debet iudex impetu iræ uel alterius passionis: quia si impetu iræ abstractus iudex seuire festinaret, admitteret magis scelus, quàm vindicaret, ut dicit Valer. lib. v. tit. de Parentum moderatione in liberos. Qui lib. iij. tit. de Animi moderatione Archita Tarentinū contra omnē iram animo moderatū cōmendās sic dicit, Taretinus Architas dum se Pythagoræ pceptis Metaponti penitus immergit, magno labore, longoq; tempore solidum opus doctrinæ amplexus, post

postquā in patriā reuertitur, ac rura sua reuifere cepit, animaduertit negligentia villici corrupta, & perditā. Intuensq; malē meritū, Sumpsissem inquit, à te supplicium, nisi tibi iratus essem. Maluit enim impunitū dimittere, quàm propter iram grauius iusto punire. Hæc ille. Non ergo cōmotis animis debet iudices procedere, sed cū animi moderatione iudicibus summe necessaria, quæ mētes nostras impotentia, & temeritatis incurfu ferri non patitur. Quo euenit, ut reprehensionis morsu sit vacua, & laudis quæstio sit opulentissima, dicit ibi Valer. Christū enim imitari debent rectissimi iudices, de quo dictum erat Psal. xcv. Qui nō commouebitur, iudicabit populos in aequitate. Et Psal. xcij. Etenim cōmotis orbem debet iudices commouebitur. Nec obstat, qd in furore, & ira Deus peccatores corripit. Psal. vj. quia ibi loquitur de ira ex imperio rationis procedente, & iusto libramine iustitiæ, secundum quā potest etiam, imō debet moueri quilibet rectus iudex. Nam ut singulariter dicit Bal. per illum text. in l. moueor. C. si seruus exportandus uænet. \*Animus iudicis rectē & iuste potest tripliciter moueri. Primō aduertit ad cū uidet aliquod execrabile delictū esse commissum, ut ibi est text. & in l. fecidissimē. C. de capti. & postli. reuersis. Secundō moueri potest primitiue, cū motus admiratione procedit, quod seruo, & zelo iustitiæ ad puniendum tale delictū, ut ibi fecit imperator. Qui etiā in l. cum vir. C. de adult. iubet insurgere leges, armari iura gladio vltore. Et in Authē. de mand. prin. §. homicidia autē. coll. iij. ibi, ita cū uehementia corrigere, &c. Et ibidem in §. festinabis ad iudicē. Talem, inquit præbebis temetipsum omnibus publicē & priuatim, ut terribilis quidē sis delinquentibus, & indeuotis circa fiscalia, malfuētissimus autē & mitis omnibus placidis & deuotis, paternā eis exhibēs prouidentia. Per quem text. dicit Bal. in §. iniuria. de pace iuramen. firman. v. col. vers. quæro utrum semel tortus, &c. qd iudex terribilē uultū ostendere debet contra delinquentes, & est licitus metus, ut ceteri terreantur & caueant à delicto, aliās autē cōtra bonos, & innocentes terribilis uultus iudicis & cuiuslibet potētis iustū. Et sic reparabilem induceret & cauere metu ad rescindendū actum sic timore expeditū: quia talis metus est illicitus, secundum Io. And. in c. quia propter. pen. collat. de elect. quē sequitur Bal. in d. §. iniuria. & Alex. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui. oper. nunc. Tertio moueri potest iudex præsumptiue aliquid præsumendo secundum apparentiam, quam cogimur sequi, donec contrarium probetur per text. in d. l. moueor. qui hostes iustos iudicium motus notat ex imperio rationis procedentes, quib; moueri debet & potest. Sed cōtra imperium rationis nullo modo debet iudex moueri proprio, nec aliorum maximē populi impetu. \*Et in hoc defecit Pilatus uolens populo Iudæorū ignauo pontificū, & Pharisæorū inuidia ad furorē, & rabiem cōtra Christū cōmoto placere, & satisfacere ipsūmque placare: quem potius corripere debuit, & cogitare causam autorēq; seditionis. Et præterea, qd licet pœna delicti ritē imposita vel imponenda possit ad furorē, & tumultū populi aggravari, secundum Io. Imo. in l. si quis potest. in ff. de testa. Et etiā accelerari, ut celerius imponatur, vbi aliter tumultus sedari nō posset, nec scandalū uitari. l. qui eadem. in fin. ff. ad leg. Corn. de Sica. Tamen nunquā ad furorē, & tumultum est aliquis sine debita causæ cognitione occidendus. Ut pulchrē deduxit Catilina ad inuectiuas Cice. in senatu cōtra eum factas, respōdens: Omnes,

inquit, homines qui in maximis principatibus vitam agunt, aut qui de rebus publicis, aut priuatis cōsultāt, decet in primis animaduertere, ne cuiquam voluptati temerē assentiant, ne ueliberū ingenii furore, aut iracundiā pessundent. Sed uigilanter enitendū est, ut durēt inuictis animis, ut omniū rationes æquē circumspectant: nec in alterutrā partē declinent, donec luce clariore in apertū deductæ, & satis peroratę uideantur. Difficile est enim commotis animis, & cōcitatis ingenis, uerū cuiquā psuadere, &c. \*Quæ tamē prædicta Pilatus non fecit: qui nō solum pœnam accelerauit, sed Christū innocentē interfecit ad clamorem populi, ut habetur Matth. xxvj. Videns autem, qd nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus corā populo: Innocēs, ait, ego sum à sanguine iusti huius, &c. Et tradidit eis illum, ut crucifigeretur. \*Non aduertens in recto iudice debere esse duos fales. Videlicet fal scientiæ, aliās est insipida: & fal securæ conscientiæ, aliās est diabolica, ut pulchrē dicit Bal. in l. ij. circa fi. C. de senten. ex breuiculo recitata. Nō sic fecit Quintus Scauola, qd cū Sylla occupata vrbe senatum armatus coëgisset, ut Caius Marius, quā celerimē hostis iudicaretur: Cuius uoluntati nullis obuiā ire audētibus, solus Scauola interrogatus de hac re sententiā dicere noluit: quin etiā truculentius sibi minitātī Syllæ: Licet, inquit, mihi agmina militū, quibus curiā circumsedisti ostētes: licet mortem identidē miniteris, nunquā tamē efficiēs, ut propter exiguum senilēmq; sanguinē meum, Marius, à quo vrbs, & Italia cōseruata est, hostē iudicē. Hæc Valer. lib. iij. tit. de Constantia. Minus ergo debuit Pilatus Christū innocentē ad clamorē populi, qui non vrbe solā aut Italiā, sed uniuersum orbem redempturus & saluaturus uenerat, quē occidere non debebat ad clamorē populi (timore ductus) clamātis, si hunc dimittis non es amicus Cæsaris. Cū in hoc uanæ uoces populi nō sunt audiendæ per iudicē, nec admittendæ. l. decurionū. C. de pœnis. quia plebs sæpe clamoribus aut gratia vel pretio fortassis excitata moueri solet: c. si ergo. viij. q. j. Vnde lex ciuiliū nunquam fecit populū & multitudinē diffinitorē causarū. Nā prudentia, quæ requiritur in causarū decisione & terminatione, est in paucis literatis, & solēnibus uiris: quū nihil sit honestū horum, quæ tractat multitudo, dicit text. in Auth. de referenda. Et leuitatis ac pessimi erroris author semper est turba. Et sapiens ait Aristoteles iij. Rheto. Quāto maior populus, tantō minor intellectus: & sic in iudicādo nō sequēdus. c. ad nostrā. de cōsuetu. \*Licet enim populi uoces sint tolerandæ & audiendæ, & admittendæ in collaudando aliquē. l. j. C. de quæsto. & mag. offi. lib. xij. non tamē in puniēdo: sed requiritur causæ cognitio, ut ibi dicit, & in l. iustissimē. C. de offi. recto. prouinciæ. & d. l. decurionū, secundum Io. de Pla. in d. l. j. quia etiā libertas, quæ pia causa est, seruo data ad rumorē populi est nulla. l. si priuatus. ff. qui & à quibus manu. libert. nō accipiunt, qui tex. est not. Et minus teneret matrimoniu sic cōtractū, in quo cōsensu nō sufficit, nisi sit cōsensu liber. c. cum locū de sponsal. & l. Titia. ff. de verb. obli. Sicut nec electio est siēda ad uocē populi. c. Osius. de elect. vbi dicit Bal. qd semper cōtra uulgū sunt malæ præsumptiōes: quia clamor semper impedit animum, ne possit cernere uerū, nec æquū. l. si cōstat. ff. de ap. pel. & d. l. si priuatus. Nihil enim rectē geritur si cum clamore vincitur. l. si. ff. de hered. insti. Præterea qui placet populo, displicet Deo, cū populus docēdus sit, & non sequēdus, secundū cum. l. xj. dist. miratur. &

c. docēdus est populus. lxiij. dist. secundū gl. in dicto c. Osius. Nam scriptū est Isaiā xxxij. q̄ erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium. Vnde in concilio Toletano xj. dicitur, q̄ cultū suum iustitia perdit, q̄ silentia iudiciorū obitrepentiū turbo confundit. v. q. iiii. c. in loco. Et Ioannes papa xxij. ciuitatis Caturci oriundus (vt in supplemento chronicorum habetur) aliquando interrogatus: **¶ Qui** foret à veritate remotus? Respondit vulgi sententia, quæ quicquid laudat, vituperio dignū est: quicquid cogitat vanū: quicquid loquitur falsū: quod improbat, bonū est. Et quod approbat malū, ac quicquid extollit, infame. Quod Iudæi patenter ostenderunt: qui à Pilato interrogati Matth. xxvij. Quæ vultis dimittere vobis, Barrabam an Iesum, qui dicitur Christus? Responderunt Barrabā. Erat autē Barrabas latro, q̄ homicidiū fecerat in seditione, quæ elegerūt, vt Christū perderent innocente. Vnde Sallustius in Catilinario: Semper, inquit, in ciuitate, quibus pro maiori parte opes nullæ sunt, bonis inuident, malos extollunt. Vetera odere, noua exoptant. Odio suarum rerum mutare omnia studēt. Turba atque seditionibus sine cura aluntur, quoniā egestas facile habetur sine damno, & c. Et idem in Iugurthino ait: Vulgus vti plerumque solet ingenio mobilis, seditiosum atq; discordiosum, cupidū nouarum rerū: quieti & otio aduersum. Hæc ille. Ideo oratione ad Cæsarē sedē de Republica dicitur, q̄ multitudo vulgi more magis, quam iudicio post alius alium quasi prudentiorem sequuti. Et Seneca in prima Tragœdia: Vulgus infidū bonis, fluctūq; magis mobile vulgus. Quod Iudæi clarè monstrarunt, qui Christum curantē languidos, & suscitantē mortuos regē facere voluerūt, Io. vj. Et die passionis suæ alta voce clamauerunt: Tolle, tolle, crucifige eum: vt impletur quod dicit Poëta lib. ij. Aeneid. Scinditur incertum studia in cōtraria vulgus. Ideo non sequenda imperite multitudinis simplex fides, quæ prona est semper ad scandala. Ob quod non ab re commendatur apud Valer. lib. v. tit. de gratis. Minutius equitum magister Romanus, qui impudentis vulgi errore gratæ mētis significatione correxit. Nō licet enim populo interficere quenquā, vt responderunt pōtēces Iudæorū eidē Pilato, dicētes: Nobis nō licet interficere quenquam Ioan. xvij. Quinimō nō valeret cōsuetudo, q̄ index teneretur iudicare secundum voces, & opinionēs populi astātis corā eo, vt d. c. ad nostrā. de cōsue. Cū vt dixi, nō sint omnes sapiētēs, sed potius in maiori parte stulti, iuxta illud Ecclesiast. j. Stultorū infinitus est numerus. Et ¶ stulti ac peruersi, vt plurimū credunt, & extimāt omnes esse sibi similes, secundum Tullii in suis paradoxis, dicentē: Stultorum sententia est: omnes infantiunt. Et in Ecclesiast. vbi supra, in via stultus ambulās, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat. Ideo nec innocētēs pro nocentibus puniānt, reprobatū est ad clamorē populi aliquē esse damnādū: quia dicit Poëta lib. j. Aeneidum. Sequitque animis ignobile vulgus. Et vt dixi, multitudo vulgi more magis, quā iudicio post alius alium quasi prudentiorem sequuti excedit. Sequuntur profectō omnes cōmotiōtēperāda est per iudicē, & sæpe omittenda vindicta. c. sanē. de tempo. ordi. & in c. ea quæ de simo. & in c. ex parte. de trāfactio. & vtrōbiq; gl. & text. optimus. in c. quoties. j. q. vij. & in c. dilectus. l. ij. vbi plenē Felj. de simo. Facit c. latores de cle. excō. ministran. vbi glo. declarat, quādo dicatur multitudo. Facit bonus tex. ij. Reg. xvij. ibi volens parcere multitudini, & c.

Vnde Valer. allegato lib. v. tit. de ingrat. Populi, inquit, mens in modū subitæ tēpestatis concitata, leui querela prosequēda est. Singulorum autem ingrata facta liberiore indignatione proficēda sunt, quia potētēs consilij, cū vtrūq; ratione perpendere liceret, scelus pietati prætulērūt: quasi dicat, q̄ difficilior est multitudinē à delicto abstinere, quā singulos: quia multitudo cōcitata, vt plurimum à maiori parte quæ stultorū est, vt dixi nō est potens consilij, quia vt tēpestas citō mouetur, & plus more, quā iudicio: ideo leui querela prosequenda est. Ad eodē q̄ decidit Bal. in l. j. c. de seruis fugi. q̄ vbi multitudo hominū deliquit. soli caporales factionis, & criminis puniendi sunt pœna delicti perpetrati. Et dicuntur caporales principales delicti fautores, incitatores & conductores. l. in hoc iudicio. ff. de seruo corrup. Caporalis enim dicitur, qui est caput, & principium alicuius rei, vt dicit Ang. in Authen. de hæred. & sal. §. j. coll. j. per l. ij. §. si quis. ff. vi bon. rapt. Nam dicitur princeps factionis, & tenetur pro tota familia: quod est notandū. Et si ceteri puniantur leuius, puniuntur pœna pecuniaria. Singuli verò quādo delinquent, sunt potentes cōsiliij, & deliberatē perpendere possunt vtrūq; scilicet bonū & malum: quia ex se ipsi mouētur. Vnde eis nō ita facilliter parit, quotiens delinquēdo scelus pietati prætulērunt. Cū quibus supradictis temperamētis arbitror & concludo iudices iustē posse delinquentes etiā pœna mortis naturalis punire. Non obstantibus. xij. rationibus, & medijs supra in contrariū allegatis. Et primò non obstat, q̄ Christus iudex iustus Matth. xij. prohibuit extirpare zizaniā, qui sunt filij nequā, à quorum eradicatione, id est, occisione, abstinendum mandauit. Nam respondetur, quod hoc intelligitur quādo non possunt occidi mali, quin simul occidantur boni. Vel quia latent cum bonis. Quod potuit etiam esse ratio, quare vniuersitati, & multitudini delinquenti paritur, vt supra dixi. Ne boni & innocētēs ppter malos, inter quos sunt mortari, puniant, vel quia mali habēt multos sequaces: ita q̄ sine bonorum periculo interfici nō possent, vt dicit Aurelius Augustinus contra Parmenianum. Ideo dominus docet magis esse sinendū malos viuere, & vltionē referuādā vsque ad extremum Dei iudicium, q̄ q̄ boni simul occidantur. Vbi verò ex occasione malorum nō imminet periculum bonis, sed magis tutela & salus: tunc licitē possunt, imò debent mali occidi. Non obstat, dum secundò arguebatur, q̄ iustitia diuina non occidit peccatores, sed eos ad pœnitentiā referuat, iuxta illud Ezechiel. xxvij. Nolo mortē peccatoris, & c. quā iudices sequi tenētur. Nam respondetur, q̄ Deus secundum ordinem suæ sapientiæ, quandoq; statim peccatores occidit ad liberationem bonorum: quādoq; autem eis tempus pœnitēdi concedit, secundum q̄ ipse nouit suis electis expedire. Sic etiam humana iustitia hoc facit imitando pro posse diuinā. Illos enim, qui sunt in alios perniciosi, occidit. Eos verò qui peccāt, alijs grauius nō nocentes, ad pœnitentiā referuat. Vel aliter, Deus qui ab æterno omnia futura nouit, & singulorum cōscientias & intentionēs, dissimulat quandoq; etiam grauiā delicta punire eorum, quos scit ad pœnitentiā venturos: quoniam ipse est cui patent intentionēs, & secreta cordiū. Quod secus est in alijs iudicibus. Ideo cum ratio differentiæ sit manifesta, potest hinc ad alias rationes colligi responsio.

Laus Christo Iesu Domino nostro.

GVL

GVLIELMI BENEDICTI  
QVÆSTIO DE VENDITIONE,

QVÆ LECTORIBVS IVRI VTRIQVE  
addictis maximam adferet com-  
moditatem.

**Dominus de Monteferrado patriæ Burdegalenis**, vendidit domino Battardo de Cardona, locum & terram de Veyrines cum suis pertinentiis & dependentiis quibuscunque, pretio xxij. millium Francorum Burdegalen. Sed post dictam venditionem reperitur, quod idem de Monteferrando prius venderat Ioanni de Montecucquo mercatori Burdegalæ, parochiam de Pessaco, quæ semper esse confueuerat de pertinentiis dictæ terræ de Veyrines, pretio xij. centum Francorum Burdegalenium. Cum pacto recobriij, cuius virtute dictus de Monteferrando dictam parochiā ilico post venditionem de Veyrines, recuperauit.

S V M M A.

- 1 **¶ Venditio an solum comprehendat ius, quod tunc quis habet in re. & nu. 4. 5. 6. 7. & 20.**
- 2 **¶ Venditio secunda an comprehendat venditū prius. & numero 21.**
- 3 **¶ Venditio rei non continet ea, quæ sunt tunc à solo separata.**
- 4 **¶ Vendens rem censetur totam integraliter vendere.**
- 5 **¶ Socius vendens rem, censetur totam vendere, non partem suam.**
- 6 **¶ Correlatiua debent à pari iudicari.**
- 7 **¶ Dependentiarum appellatione quid veniat.**
- 8 **¶ Possidere non proprie dicitur quis id quod arbitrio alterius sibi facillē potest auferri.**
- 9 **¶ Rem habere dicitur, qui actionē habet ad eā recuperandā.**
- 10 **¶ Alienata non censetur res durante pacto de retrō vendendo.**
- 11 **¶ Venditor dicens se non totum possidere, debet partes sigillatim declarare.**
- 12 **¶ Enūctio eum asfringit, qui sciebat, etiam si cautum sit, ne teneretur.**
- 13 **¶ Sciens vitium, etiam si protestatur, tenebitur, nisi rem specificeauerit.**
- 14 **¶ Vitium rei venditæ specificatum nō sufficit, si cum alijs non veris miscetur.**
- 15 **¶ Sciens & confusus loquens presumitur dolosus.**
- 16 **¶ Rupta & cesa nō veniunt in edificij, aut fundi venditione.**



Varebatur An dicta parochia venire debeat in venditione de Veyrines, & tradi dicto Bastardo velut de pertinentiis loci Veyrines existens, vel an remanere debeat penes dictum de Monteferrando venditorem, velut tempore venditionis de Veyrines de eius pertinentiis non existens. Cum vendita tunc foret, & à loco de Veyrines separata. Fuit in curia opinionum diuersitas, quæ olim etiam fuerat Tullio referente lib. ij. de officijs. c. viij. inter Diogenem Stoica ratione motum & Antipatrum hominum consuetudine, & iure ciuili suffultū. Aliquibus firmiter tenentibus dictam parochiam tempore venditionis de Veyrines iam pridem alienatā, nō venisse in dicta venditione, & sic dicto Bastardo non pertinere sed penes venditorē, qui postea illā recuperauit, remanere debere. Primò, quia ¶ quicunque alienas cēsetur in dubio alienare ius dūtaxat,

quod habet in re quā alienat. Et nihil aliud velle dicitur alienare. l. ad res donatas. ff. de adi. edi. & l. serui electione. §. Labco. & §. si. & l. si dominus. §. si. ff. de lega. j. l. si ita legatū. ff. de aur. & arg. & l. vxor patru. C. de lega. Secūdo, quoties quis diuerso tempore duobus cōcedit, nunquā in secunda concessione venit, nec cōprehenditur quod fuerat translātū in prima. c. cum ordinē. de reser. & c. veniēs. de præscri. Præsertim vbi in prima cōcessione versabatur particula seu spēs aliqua: & in secunda cōcedebatur totū. Quo casu succedit regula volēs, generi per speciem derogari. l. vxorē. §. codicillis. ff. de leg. ij. Tertio, certū est ¶ in venditione alicuius rei nō venire, quæ iā fuerāt à solo separata tempore venditionis. Et inde est, q̄ raptā nō veniūt, quæ fundi nō sunt. l. in vendendo. ff. de cōtra. emp. Nec in venditione sylvæ venit glās quæ antē ceciderat. l. cum manu fata. §. si. ff. eo. Quarto, ¶ tex. habemus valde clarū in l. qui tabernas. ff. de cōtra. emp. qui casū nostrū pūctualiter decidere videtur: vbi vendens rē, cuius proprietates alteri pertinent. nō dicitur proprietatē vendere, nec solū. sed solū ius quod habet, scilicet superficiē. Quinto, ¶ habemus tex. illo eod. tit. l. Rutilla polla, vbi vendēs rē, cēsetur eā vendere prout est tempore venditionis, & nō vt ante fuerat aut ex post fuit. Sexto, ¶ videt de hoc esse cal⁹ apert⁹ in l. ij. §. in hereditate vendita. ff. de her. vel acti. vendi. vbi in venditione venit omne id solū quod tempore venditionis puenit. Et sic cū tempore venditionis dicti loci de Veyrines, dicta parochia de Pessaco nō esset de suis pertinentiis, cū pri⁹ anno elapso fuisset alienata, nec fuit per dictū venditorem, donec quarta die post venditionē de Veyrines recuperata, videbat dictā parochiā in dicta venditione nō venisse. Septimo, ¶ & maxime viso instrumēto venditionis de Veyrines, in quo expressē cautū reperitur, q̄ dict⁹ de Monteferrado venditor dictū locū de Veyrines vendidit eo modo, quo ipsū tenebat, & possidebat. Or tempore venditionis nō tenebat, neq; possidebat dictā parochiā imò illā tenebat præfatus de Montecucquo mercator. Igitur, & c. quia oēs cōtractus ex cōventionē legē accipiunt. l. j. ff. de positi. Iūcto, q̄ emptor in culpa fuit, cur de viribus rei nō se informauit, ideo damnū quod sua culpa sentit, sibi imputabimus. c. damnum. de reg. iu. lib. vj. Sed in contrarium, q̄ imò dictam parochiā de Pessaco, & cetera alia per prius alienata dictus de Mont. ferrando venditor vendidisse dicatur, vt de illa, & alijs præuenditis dicto Bastardo teneatur, sequētib⁹ probatur medijs. Primò, quia ¶ vendens rem, nedum vendere censetur ius quod habet: quinimò totam rem integraliter vendidisse dicitur, secundū Cyn. & Bald. in l. j. c. si pignus pig. datum sit. circa fin. & in l. ij. c. de remis. pig. & in l. si quis emptiois. §. ij. C. de præscri. xxx. vel xl. anno. quos sequitur Alexan. in dicta l. si domus. §. si. ff. de lega. j. Secūdo, ¶ facit quod decidit Bal. in l. j. c. qui testa. facere nō possunt. dicens, q̄ vendens aliquam rem si in ea sociū habeat, videtur rem totā vendidisse, si emptor eā esse cōmunē ignorabat. Tertio, q̄ dictus venditor teneat de parochia de Pessaco, vt dicatur eā dicto Bastardo vendidisse.

Tom. 3.

GG iij disse,

10 disse, patet argumento sumpto à correlatiuis ⁊ quæ à pari debent iudicari. l. j. C. de cupres. lib. x. Cùm secundum Philofophum in vj. Topicorum in diffinitione vnus correlatiui, semper poni debeat reliquum. Quia si emptor præcium solueret venditori in petiis auti antea diminutis, non recti seu integri ponderis, non liberaretur: imò supplere teneretur quod diminutum de iusto & recto pondere esset. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. acti. Cùm solui nō videatur quod detri<sup>o</sup> soluitur aut defectuosum. Ergo pariter tenebitur venditor, nec liberatur rem tradendo diminutam. Quartò, maximè in casu nostro, vbi vèditor terrā de Veyrines nedum simpliciter vèdidit, sed omne ⁊ id quod ab ea depēdebat integraliter, vt dicūt verba instrumenti. Vnde postquā omne id quod depēdebat, integraliter vèdidit, de dicta parochia præalienata teneri, quæ solita fuerat à dicta terra depēdere, & de pertinentiis esse: Cùm appellatione pertinentiarū, & depēdentiarum veniant omnia, quæ depēdere & pertinere cōsueuerunt, secundum Innoc. & Panor. in c. cum ad sedem. de resti. spolia. Quintò, etiam quantumcunq; venditor dixerit, qd vendebat terram de Veyrines, vt eā tunc tenebat & possidebat, licet eo tunc dictam parochiam de Pessaco non teneret nec possideret actualiter seu realiter, tamen satis eam tenere videbatur & possidere, vt in generali vèditione de Veyrines cōprehensa dicatur, & inclusa. Attēto qd alienata fuerat dicto de Montecucquo mercatori, cum pacto recobrij, ita qd in potestate erat vèditoris reddendo prætiū, illā recuperare in momēto. l. ij. C. de pact. 12 inter empt. & vendi. conuen. ⁊ Vnde non videbatur dictus de Montecucquo dictam parochiam possidere, nec in bonis suis habere, quæ ab eo poterat auferri, & auocari. l. non videtur. ff. de acqui. pos. vbi dicit, qd non videtur ille possessionem adeptus, qui ita nactus est, vt eam retinere nō possit. Per quod datur intelligi, qd dictus venditor dictam parochiam satis dicebatur possidere, & non dictus Montecucquo. Sextò, hoc iustificatur, viso qd dictus venditor actionem habebat ex pacto recobrij efficacem ad recuperandum dictam parochiam de Pessaco, ⁊ quam ex hoc habere adhuc dicebat in bonis suis, per tex. in l. rē in bonis nostris. ff. de acqui. rerum. domin. vbi dicitur: rem in bonis nostris intelligimur habere, quoties possidentes exceptionem, aut amittentes ad recuperandā eam actionē habemus gl. dicit rē scilicet corporalē. Facit tex. in l. qui actionē. ff. de reg. iur. Et rem habere videtur, qui actionem habet realem siue personalē ad rem recuperandā, secundū glo. ibi. Septimò, facit quia vt in instrumento dictæ venditionis de Veyrines cauet, præfatus vèditor non solū dictū locū de Veyrines vendidit, sed omnē eius causam, & actionē sibi competentē. Vnde dicta parochia, quæ est fructus & effectus actionis ad eam recuperandā cōpetentis, vèdita videtur. Octauò, facit quod elegāter decidit Ioā. Fa. in §. j. in fi. in l. de emp. & vē. vbi dicit, qd stāte cōsuetudine, qd proximior linagerius possit rem venditam pro pretio habere, & ab extraneo emptore recuperare: Eam petere nō poterit, si alienata fuerint cū pacto recobrij, quandiu termin<sup>o</sup> recuperādū durauit. Et alia 14 ratio nō est, nisi qd ⁊ res nō cōsetur alienata, quādiu per vèditorem recuperari potest. Quod etiam tenuit dominus Giraldus de Sabauaco doctor Tolosanus in repetitione. l. dudum. C. de cōtrahē. emp. Et sic dictus venditor, cū tempore venditionis de Veyrines, ius recuperandi parochiam de Pessaco haberet: quasi termino recobrij adhuc durante, satis dicebatur

eam in bonis habere & possidere, vt in venditione de Veyrines comprehendatur. Nonnō, etiam si dicta parochia sine spe recuperandi fuisset alienata, in dicta venditione de Veyrines cōprehēderetur, vt dictus vèditor ad interesse teneatur, saltem ad pretium sui valorē, quod de dicta parochia habuisset, vt l. ij. §. sed & si quid æris alieni. vers. sed & rerū ante venditionē. ff. de hæredi. vel actio. vendi. vbi expressè deciditur, qd venditor tenetur saltē ad pretium de particularibus rebus antea alienatis: putā donatis. facit l. venditor. §. nominis. eod. tit. Decimò facit quia quantumcunq; venditor dixit vendere solū, & duntaxat quod tunc tenebat & possidebat tempore venditionis: tamen non obstantibus dictis verbis tenebitur de dicta parochia de Pessaco, quā prius alienauerat, posito qd sine pacto recobrij eam alienasset, per tex. not. in l. cū in lege venditionis. ff. de cōtrahen. emp. vbi si quis domum vendens dixerit flumina & stillicidia, vt nunc sunt ita sint: nec aliter fuerint dicta verba generalia per venditorem declarata: id accipitur quod venditori nocet. Ideo secundum Bart. ibi intelligitur de fluminibus & stillicidiis dominantibus, & non de seruitibus, quasi dicat, qd illa verba intelliguntur de seruitutibus dominantibus acquisitis in augmentum domus, & non de seruitutibus per venditorem alienatis in domus venditæ detrimentum & diminutionē, pro quibus venditor tenebitur emptori. non obstantibus dictis verbis. Facit tex. in l. fina. §. si. cod. tit. ibi, dū dicit: Quo iure, quaque conditione ea prædia hodie sunt, ita venēit & c. ⁊ Vnde dicitur facit text. casum nostrum punctualiter decidens in l. quæro. ff. de actio. emp. vbi si venditor fundum vendidit, ea lege, vt id venundatum videatur quod possidebat. Sciens tamen se aliquam partē non possidere, non certioratur emptorē, certē tenetur, quia illa clausula generalis, scilicet quod solū vèdebat quod possidebat, pertinere non debet ad ea quæ specialiter nouit quid vèdidit, nec specialiter excepit. Imò si venditor diceret se nō totum possidere, tenebitur, nisi declarauit sigillatim & spcialiter ea quæ non possidebat, vt ibi est text. solennis. Nec alioquin emptor capiatur, qui fortasse si hoc cognouisset, vel empturus non esset, vel minoris emeret, vt ibi. Duodecimò facit, quia licet tex. ibi in principio vti videatur verbo præteriti emptoris, vt quia venditor dicebat, quod venundatum videatur quod possedit: tamen idem tex. in l. ea. l. vers. cū hoc & apud veteres. Idem decidit, si venditor vsus fuerit verbis præsentis temporis: putā dicendo: seruitutes si quæ debentur, debentur: nam intelligitur de seruitutibus dominantibus per venditorem acquisitis in augmentum fundi, & non de seruitutibus per eum vèditis in fundi nunc venditi diminutionem, quia hæc generalis exceptio ab eo scilicet venditore emanata, non ad ea pertinere debet, quæ ipse nouit, quæ specialiter excipere potuit, & debuit, sed ad ea quæ ignorauit, & de quibus emptorem certiorare nequiuit. id quod facit tex. notabilis in l. j. §. venditor. ff. illo eodem titulo. Decimotertiò facit text. not. in l. teneatur. §. finali. ff. eodem titulo de action. emptio. vbi plus deciditur, quod si noster venditor vltra illa verba generalia dixisset & expressè conuenisset, quod non teneretur de euictione, nisi solū de his quæ tempore venditionis tenebat & possidebat: tamen adhuc tenebitur de his quæ antea distraxerat & diminuerat, nisi specialiter dixisset, qd nō teneretur de dicta parochia de Pessaco, aut cæteris ab eo præalienatis. ⁊ Vnde dicit ibi Bar. per illū tex. qd pactū, ne quis de euictione

tionē teneatur, nō prodest ei qui causam sciuit, ex qua res euinceretur & tacuit. ⁊ Pariter dixit ibi Bald. qd venditores, qui adiciūt, qd de euictione teneri nolunt de quocunq; vicio aut deterioratione nō excusantur ab vllō, imò tenebuntur: non obstante illa protestatione, si illa sciebant tempore venditionis. Similiter creditor si cedendo iura dicat nolle teneri ad faciendū bonū ius cessum. Nihilominus tenebit, si sciebat se ius non habere. Idem secundum Bart. ibi, si venditor sciebat seruitutē deberi quāuis dixerit se nolle de seruitute teneri, quia nō proderit ei, nisi seruitutem specificauerit. Decimoquartò facit quod singulariter decidit Spec. tit. de emptio. & ven. §. nunc dicendum. 18 vers. quid si vendens equum. vbi plus dicit, ⁊ qd etiam tenebitur venditor de vicio & defectu rei venditæ specificato & declarato emptori, si in declarando illud vitium, alia adiunxerit vitia non verā & patenter falsa: putā vendendo equū in spatula patientē, non patē nisi post fatigationē dixit, equus ille effossa habet lumina, est lunaticus, patiens in spatula, & recalcitrosus: & sic inter multa expressit vitium spatulæ: certē tenebitur de illo vicio spatulæ expresso, postquam aliā infidiosè expressit non verā. Allegat tex. notabilem in l. ea quæ cōmendādi causa. §. si. ff. de cōtra. emp. ⁊ vend. & similiter Ang. in §. actionum autem. in l. de actio. Decimoquintò & vltimò præmissa esse verā demonstratur per rationem que in iure reperitur multiplex. Prima, quia per tales clausulas generales vbi venditor sciebat vitium, præsumitur dolus in eo, postquā sciebat & non reuelauit. Eo enim ipso præsumitur illa verba protulisse ad decipiendum emptorem, vt non aduerteret de vitis rei quæ vendebatur. Et talis est præsumptio iuris per tex. in d. l. quæro. Qui enim specificare potest, & non facit, sed obscure loquitur, certē præsumitur infidiosè & causa fallendi emptorē, ita generaliter dixisse, vt dicta l. ea quæ cōmendādi. §. si. ff. de cōtrahē. emptio. Ideo dicit Bar. in d. l. quæro. Nota hanc legē quod venditor vendendo dicta clausula generalis, scilicet vèdo rem vt eam possideo & teneo, aut simili, videtur hoc facere causa circūueniendi emptorem, eo ipso quod scit defectum rei de qua venditio fit: vt ibi clarè demonstrat Pau. de Cast. per illum tex. quia secundum Bal. ibi exceptio cauillosa & obscura non patrocinator excipiet. Nā qui aliquid scit debet clarè & specificè loqui, nō sub verbis generalibus & confusis: sed in ignorante toleratur generalitas, cū nō possit quis specificare quod nescit. Postquā ergo ex verborum generalitate præsumitur dolus in venditore sciente, & non specificatōne tenebitur ex empto tãquā dolosus. ⁊ Nam eo ipso qd ipse sciebat, & confusè loquutus est, probatur dolus suus præsumptione iuris, cui statur, nisi cōtrarium per vèditore probaretur. arg. l. siue possidetis. C. de probat. quia iustum est eum puniri propter dolosam mentem & absconditam machinationem, cū non emptori manifestauerit quod ipse sciebat, dicit text. in l. si. C. de litigio. Secunda ratio est, quia illa verba generalia, vendendo sicut possideo, habent varium intellectum. Nam intelligi possunt, qd venditor locum de Veyrines vendebat, prout eū tenebat & possidebat, scilicet eū omnib<sup>o</sup> per eū acquisitis, & sic possit capi illa verba inclusiuè includēdo per eū acquisita, si quæ erāt. Pariter intelligi poterāt exclusiuè, scilicet excludendo à vèditione omnia illa quæ prius alienauerat, quia illa nō tenebat. Vnde cū dicta verba sint generalia & confusa, quia si capiātur inclusiuè, concernunt commodum emptoris: si autē exclusiuè, commodum


respiciunt venditoris. semper interpretabantur contra venditorem in fauorem emptoris: vt scilicet exclusionem non importent præalienatorum, per tex. in l. veteribus. ff. de pact. & l. Labeo. lā premere. ff. de cōtrahē. emp. Et ratio huius rationis est, quia ei soli imputandum est, qui apertè loqui potuit & debuit: & nō fecit. Or in casu nostro solus venditor declarare poterat dictā parochiā fuisse venditā, cū ipse hoc sciret, tãquam ille qui eā vendiderat, & sic de factō suo ignorantiam prætereundere non poterat. l. si. ff. pro suo. Si ergo non fecerit, ei imputabitur per dicta iura. prætereā ipse erat qui exprimendo dicta verba generalia loquebatur. Or indubitātū est, quod ad loquētem pertinet verba sua declarare, aliās eis imputabitur, & cōtra eum interpretabuntur l. si in emptione. §. j. ff. de cōtrah. emptio. Imò est vnū mirabile in casu nostro, qd in odium vèditoris rei vitium sciētis & defectum, licet prædicta verba generalia ab emptore dictā parochiā alienatā ignorante fuisset prolata, qui dixisset, Ego emo Veyrines prout eam de præsentī teneo & possides: certē adhuc interpretarentur contra venditorem scientem dictam parochiā alienatam aut aliud vitium in re, per text. singularem in dicta l. quæro ver. cū hoc & apud veteres sit relatum in eius persona, qui sic acceperat seruitutes, si quæ debentur, debentur & c. Nam intelligitur de seruitutibus dominantibus, & non seruitutibus, quas venditor sciebat fundum qui vendebatur debere fundo vicini. Tertia ratio principalis huius decisionis est: quia per dictam generalem exceptionem venditor noster probare fatagit, qd dictam parochiam de Pessaco exceperit quā tunc non possidebat. Cū ergo illa exceptio sit generalis, obscura, & confusa, verba illa sunt ambigua semper talis probatio interpretabitur cōtra probantem qui ea vitur, per tex. in præsentia. vbi glo. & Panor. de pba. & Bar. in l. inter stipulantē. §. si Stichus. ff. de verbo. obli. vbi verba tam instrumentorū quàm testium productorū obscura & ambigua interpretantur cōtra producentē, id est, contra illū qui vitur tali prolacione, vt scilicet non probet secundū quod intēdit. Si ergo quo ad vim probatiuā verba testium interpretantur contra illum qui vitur probacione, quanto magis interpretari debēt contra se verba sua propria, quæ non declarauit, cū posset? Postremò est vnū peremptorium, quia etiam posito qd verba de quibus agitur, interpretarentur exceptiuè & exclusiuè, prout venditor prætēdebat intelligere & illa accipere, ⁊ scilicet à venditione de Veyrines dictam parochiā & quādā alia per ipsam præalienatā excluderet: tū illa exceptio seu exclusio adhuc esset multipliciter intelligibilis, videlicet qd exciperet quicquid præalienata quantumcunq; graua, vel solū excluderet quādā modica de quibus emptor parum curasset. certē illa exceptio interpretaretur cōtra vèditore, vt scilicet cōsetur tantū à dicta vèditione exclusisse aliud quod modicū, de quo per emptorē discretū non esset curandū. l. si debitori. ff. de iud. & non dictā parochiā de Pessaco valentē in reditu annuo vltra cētū libras. Vñ his rationib<sup>o</sup> & aliis pluribus, dictā clausulā generalē atq; captiosā interpretatio prudētium fregit, vt verbis vtar iure cōsulti in l. cū Aquiliana. ff. de traf. actio. ita qd per arrestū curiæ parlamētū Burdegalæ dicta terra de Veyrines fuit adiudicata dicto bastardo de Cardona emptori, comprehēsa dicta parochia de Pessaco & quibusdā aliis à dicto de Mōteferrado venditore præalienatis: nunc per ipsam recuperatis, quæ ab antiquo esse cōsueuerant de pertinentiis & dependentiis

dentis dicti loci de Veyrines, quæ præfatus venditor saluare non potuit prætextu dictæ clausulæ generalis & captiosæ: & fuit latum dictum arrestum die vicesima secunda Februarij anno dñi millesimo quingentesimo secundo. Non obstantibus superius in contrarium allegatis. ¶ Nam in primis non obstat dum primò dicebatur quòd in alienatione non veniūt nisi ea, quæ competeant alienanti tempore alienationis per iura ibi allegata. Quia illa iura loquuntur de alienationibus seu dispositionibus lucrativis, vt sunt legata & donationes, in quib⁹ nō venit nisi ius quod habet alienans tēpore alienationis. Et sic in illis non veniūt ea quæ donans aut legans præalienauerat, de quibus non tenetur donatario vel legatario aliqua actiōe nec de euictiōe: ne liberalitatis suæ donator pœnam patiatuꝛ au testator vt dicitur in dicta l. ad res. ff. de edil. edict. Nos autem loquimur hic in alienatione seu dispositione onerosa, qualis est venditio seu emptio, vbi pro re quæ venditur & emitur, datur æquipollens & interdum superabundans pretiū, vt factum fuit in casu nostro: ideo de his ille qui vendit censetur in dubio rem vēdere integrā & liberam, nisi specificè aliquid excipiat: quod si non fecerit, tenebit vt dictū fuit, nisi emptor sciūisset aliquid fuisse præalienatū vel onus impositum: quem tūc, cum certus esset certiorare nō oportuit. l. j. in fine. ff. de actio. empt. & c. eū qui certus est. de reg. iur. lib. vj. Præmissa plenè habentur per doct. & Alex. in d. l. si domus. §. si. ff. de lega. j. & ita etiam cōcludit Cicero in disputatione Diogenis & Antipatris decidēs, allegato lib. iij. de officiis. c. nono. vt opinio Diogenis in emptore vitium rei sciētē locū habeat, & opinio Antipatris de emptore vitii ignorāte loquatur, sicut in casu nostro vt ibi plenè disseruit. ¶ Secundò non obstat dum dicebatur, q̄ in secunda concessione nūquam venit quod alteri fuerat prius concessum: quia illud est verū in præiudicium illius tertij cui priore loco fuerat facta alienatio: quoniā eius acquisitio non reuocabitur per secundam alteri factam. Sed in præiudicium concedentis, vt ad interesse teneatur secūdo de præalienatis, certè illa præalienata & concessa veniunt in secūda concessio ne, nisi ipse alienans qui hoc scit, expressè illa exceperit, prout in casu nostro factum non fuit, imò in casu nostro ipsamet præalienata veniunt in propria specie, vt dicto bastardo debeatur in quem fuit collata concessio secunda, viso, quòd per dictum de Monteferrando concedentē fuerunt recuperata, per doctrinam Bart. in l. cum vir. ff. de vsucapio. quem sequitur Panor. in c. cum ex officiis. de præscriptio. vbi si non dominus alienauerit, sufficit, quòd post alienationē dominium ei superueniat, ita quòd reconciliatur vēditio prius facta, vt res alienata comperat emptori. Tertiò non obstat tex. in dicta l. in vendendo. §. si. ff. de contrahen. emptio. vbi rupta & casā non veniunt in fundi aut ædificij vēditione, ex eo quia oculariter apparebat separata à re vendita, ideo imputatur emptori, qui hoc videbat & sciebat, quare illa nominatim & expressè non emit: nec tenebatur venditor ipsum de hoc certiorare, cū oculariter illa rupta & casā viderentur. Nam cum qui certus est, certiorare non oportet, vt dicta l. j. §. si. ff. de actio. emp. Præterea in l. cum manu lata. §. si. in contrarium allegata expressè fuit per venditorem actum, ne res ad emptorem transiret: quod nō fuit factū in casu nostro: quia dictus de Monteferrando nominatim non expressit, quòd parochia de Pessaco ad dictum Bastardum non transiret, quare non obstat. Quartò non obstat. l. qui

tabernas. in cōtrariū allegata: quia ibi tabernæ, quæ vendebantur, notoriè erant sitæ in loco publico, quarum vsus solū venditori pertinebat, ideo vendiditū censetur non ipsum solū publicum reipublicæ pertinēs: sed tantū ius quod habebat, id est vsum ipsarū: nec emptor qui videbat eas in loco publico ciuitatis sitas, emisse voluisse videtur solum nō venditori, sed ciuitati pertinens. Sed solū vsum vēditōri pertinens per rationem dictæ l. j. §. si. Eadem ratione non obstat l. Rutilia polla. ff. de emptio. & vendi. quia ibi emptor lacum angularium quem emebat, & circa eū pedes decem oculariter videbat quatenus illi decem pedes se extendebāt à ripa dicti lacus consuetā. Ideo si lacus postea creuerit, & terra maius spatium occupauerit, in tali venditione venit lacus eatenus, quatenus tempore venditionis fuit. Sed in casu nostro est totum oppositum: quia parochia de Pessaco semper consueuerat esse de pertinentiis de Veyrines: non immerito venditio loci de Veyrines eam comprehendit tanquā de suis pertinentiis existentem. Et si tempore venditionis de pertinentiis non foret, hoc fuit factū occulto ipsius venditoris, de quo emptor ignorantia prætendebat verisimilem, tanquā de facto alieno argu. l. si. ff. pro suo. Similiter non obstat l. j. §. in hereditate vendita. ff. de hære. vel actio. vendi. quia totum oppositum est veritas, q̄ imò venditor tenetur de eo quòd tertio vendiderat aut prædonauerat, vt eadem l. §. sed & si quis aris alieni. ver. sed & rerū. & §. non tantum. Postremò non obstat, quòd dictus bastardus emptor fuit in culpa, cum de præalienatis non inquisiuit, imò se informare neglexit, quæ negligentia culpa adscribitur. l. si fiduciator. ff. mandati. Nam respondetur, quòd si emptor negligendo inquirere fuerit in culpam tenet quia venditor tacēdo quòd sciebat, imò ipsemet parochiam de Pessaco vēdiderat, fuit in dolo qui culpa emptoris præponderat, vt plenè dicitur in l. quod Nerua. ff. de positi. Præterea ad veritatē loquendo, dictus bastardus emptor non fuit in aliqua culpa per iura lupcrius in decisioe quāuis allegata, per quæ clarè demonstratur, q̄ declarare & inuestigare vitia & defectus rei quæ venditur, non incūbit emptori, sed venditori. Vnde si emptor nō inquisiuit de his quæ sibi à venditore monstrari debebant, sibi culpa aliqua nō est adscribēda: sed ipsi venditori, cui declarare omnia incūbebat, si non fecit, imputabitur dolo qui culpa emptorē decipere voluerit: aut salte imputabitur ei dissoluta negligentia, quæ prope doli est, vt d. l. si fiduciator. In casu autē nostro fuit verus dolo in d. de Monteferrando, qui alienationē dictæ parochiæ per ipsum præalienatā tacuerat, emptorē decipiēdo & c. Pariter non obstat possēt l. cū vēdens. ff. de cōtra. emp. vbi nisi venditor dixerit, fundū quē vēdidit esse optimū & maximū: si postea reperitur seruitus aut vitium nō tenetur. Or dictus de Monteferrando dū vēdebat, hoc nō dixit, ergo non tenetur. Nā respōdetur, q̄ ille tex. nō intelligitur sic vt de plano ad corticē literę loquitur, prout quidā ruditer eū intelligebāt, non aduertētes q̄ scribitur per apostolū ij. ad Corin. iij. Lite ra occidit, spiritus autē viuificat. Cōtra quos scribit prouer. xix. qui tātū verba scētatur, nihil habebit: qui aut possessor est mētis, bona reportabit. ideo respōdetur, q̄ verba dictæ l. cōuertit debēt hoc modo, vt sanè intelligantur. cū vēderes fundū nō dixisti vt optimū maximūq; est, id est, cum vēderes fundū dixisti, vendendo nō vt optimus maximūq; est. Et sic non obstat.

Laus Iesu Christo Domino nostro.

Entre



Ntre messire Jean Bastard de Cardonne cheualier, & dame Gayde sa femme demandeurs d'une part: & messire Gaston de Monferrant aussi cheualier, & dame Lanne de Surgieres sa femme vendeurs d'autre. Tout vendū a esté que la cour a condamné & condamne lesdicts defendeurs à permettre, souffrir, & laisser iouyr paisiblement à tousiours iux lesdicts demandeurs de la place, chasteau, terre & seigneurie de Veyrines, franche & quiete de six vintz frans Bourdelois de rente, que iceluy de Monferrant auoit vendūz à feu Iaubert de Cbroques sur ladicte terre & seigneurie de Veyrines avecques toute haute, moyenne, & basse seigneurie, iustice, & iurisdiction, & toutes autres appartenances & dependences quelzconques, & tout ce qui en depend entierement. En ce compris la paroisse de Pessac avec ses appartenances & dependences de treize liures Bourdel. de rente annuelle, à cause de la paroisse de Meignac, dont la iouissance pendant le proces fut adiugee par ladicte cour ausdicts demandeurs le sixieme iour de Iuin, l'an mil cinq cens, comme estant des appartenances de ladicte terre & seigneurie de Veyrines. Et à imposé la cour & imposé ausdicts defendeurs silence perpetuelle pour raison desdictes choses, tant en petitoire que en possession, & les a condamnez & condamne à porter bonne & ferme garentie d'icelles dictes choses ausdicts demandeurs, & a fait & fait inhibition & deffense ausdicts defendeurs à la peine de cēt marcs d'or au Roy à appeler de ne troubler ne empescher d'ores en auant lesdicts demandeurs en la possession, droit, & iouissance desdictes choses, ains les en laisser iouyr pleinement & paisiblement sans leur mettre ou donner, faire mettre ou donner aucun trouble, desfourbir, ou empeschement. Et en outre ladicte cour a cōdamné & condamne ledict de Monferrant à rendre & restituer ausdicts demandeurs les isles, Aubaredes, moulin, avec la somme de sept cens quinze frans Bourdel. & vingt ardenz. Dont est faite mention en certain instrument de permutation fait du lieu & place de Suspuich & Agennois avec lesdicts isles, Aubaredes, moulin, & certaine somme de deniers conuenz audict instrument de permutation, daté du vingt & troisieme iour d'Octobre, l'an mil quatre cens quatre vintz dixneuf. Et a ordonné & ordonne ladicte cour, que là & au cas que ledict de Monferrant baillera & deliurera realement & de fait desdictes deux ans prochainement venans ausdicts demandeurs, ladicte place, terre, & seigneurie de Suspuich, & la possession d'icelle, avec toute seigneurie, & tout ce qui en depend entierement & paisiblement franche & quiete de toute charge, hypotheque, & tout autre empeschement. Ce fait en iceluy cas icieux demandeurs seront tenz laisser & quier franchemēt & liberalement audict de Monferrant ladicte terre & seigneurie de Veyrines en la qualite forme, & maniere que iceluy de Monferrant la leur a baillé, & par ladicte cour & ce present arrest leur est iugee, ensemble lesdictes isles, Aubaredes, moulin, & sept cens quinze frans Bourdelois, & vingt ardenz, au cas que lesdictes isles, Aubaredes, moulin, & somme susdicte auroyent esté rendues ausdicts demandeurs, autrement seront quiertes icieux demandeurs en luy vendit & laissant ladicte terre & seigneurie de Veyrines tant seulement, & lesdicts deux ans passez demourera ladicte terre & seigneurie de Veyrines perpetuellement ausdicts demandeurs. Et pareillement ledict instrument de permutation demourera cassé & annullé, & de nulle valeur. Et a ladicte cour absout & relaxé lesdicts demandeurs des conclusions & demandes dudit de Monferrant, lequel de Monferrant a condamné & condamne aux despens de ceste cause. Lesquelz a ladicte cour pour certaines causes & considerations à ce la mouans, moderez & modere à la somme de soixante liures parisis: & sans preiudice du proces pendant en ladicte cour entre lesdictes parties à cause de douze deniers despoire, & quatre liures Bourdel. de rente rachetez par ledict de Monferrant de feu diūt de Fremin Perier recepueur des amendes de ladicte cour. Dit aux parties à Bourdeaux en Parlement, le xxij. iour de Feurier, l'an mil cinq cens & deux.

Lugduni

